FLORA PEDEMONTANA SIVE ENUMERATIO METHODICA STIRPIUM...

976

CAROLI ALLIONII

FLORA PEDEMONTANA

TOMUS SECUNDUS

FLORA
PEDEMONTANA

SIVE

ENUMERATIO METHODICA

STIRPIUM INDIGENARUM PEDEMONTII

AUCTORE

CAROLO ALLIONIO

In Arch Taur. Prof Bot Em., Hort. publ., et Mus reg. dat. Dir. prim., R. Scient Taur. Acad. Socio, et Thesaur. perp., necnon Academ. Bonon., Lugd., et Madrit, Societ Basil., Berol. Nat Cur., Physico-Bot Flor., Gott., Lond., Lund., Patriot Mediol., Monsp., R. Medic. Paris., Patav., &c. Socio

TOMUS SECUNDUS.



AUGUSTAE TAURINORUM

EXCUDEBAT IOANNES MICHAEL BRIOLUS

R. SCIENTIARUM ACADEMIÆ IMPRESSOR ET BIBLIOPOLA

MDCCLXXXV

ICONUM
INDICATIO ET EXPLANATIO

Antequam ad Iconum indicationem veniam, quamvis in Praefatione earumdem rationem utcunque dederim, opportunum tamen videtur quaedam adhuc de iisdem monere. Icones ita exaratae sunt, ut stirpes in naturali, ut ajunt, magnitudine exhibeant, atque iis exceptis, quas debeo generositati Cl. BELLARDI, ex viva planta delineatae sunt. Quum per adeo diuturnum tempus protrahi editio debuerit, & nonnullae jam prioris temporibus paratae non omnino satisfecerint, novas diligentius delineari curavi. Inde factum est, ut quarumdam Icones repetitas sistam, per errorem etiam ARENARIÆ *bifloræ* icon iterum proposita est. Prima Tabula, eaque jamdudum parata tradit formas foliorum, & florum, ut Tyrones terminorum Botanicorum vim, atque proprii systematis distributionem intelligere commode possint. Non ultra quam requireretur ad Tyrones in Botanices cognitione manuducendos, rem hanc pertractavi. Qui penitius edoceri cupiunt, consulant Clar. Viros DALIBARD (a), LINNÆUM (b), LUDWIG (c), SCHÆFFER (d), ROZIER (e), LEPP (f), REUSS (g), LAMARCK (h), SCOPOLI (i), aliosque, qui materiam hanc copiose exposuerunt. Nobis haec sufficere visa sunt ad patriae stirpes ex dicto proprio systemate cognoscendas.

(a) Fl. Paris. Prod. (b) Termin. Bot. Philosoph. Bot. (c) Inst. Regn. Veget. (d) Isagog. in rem herb. (e) Element. Elem. (f) Embryo Botan. (g) Compend. Botan. (h) Flor. Franc. (i) Fundam. Botan.

Tab. I. f. 1. *Orbiculatum* folium.
2. *Subrotundum*, cujus figura ad *orbiculatum* proxime accedit.
3. *Ovatum*.
4. *Ovale*, sive *ellipticum*, cujus diameter longitudinalis duplus est diametro transversali, utraque extremitate angustiore, & rotundata.
5. *Oblongum*, cujus diameter *elliptico* simile, sed cum majori longitudine.
6. *Lanceolatum*, quod est *oblongum*, utrinque in acumen sensim attenuatum. (V. tab. 52. f. 1.)
7. *Lineare*, cujus latitudo ubique in tota longitudine similis est, licet in extremitatibus acute finiat. (V. tab. 33. f. 2.)
8. *Subulatum* est *lineari* affine, sed teretiusculum, & in acumen sensim attenuatum.
9. *Reniforme* est ambitu rotundatum, basi excisum, & in latitudine magis, quam in longitudine extensum.
10. *Cordatum* est *ovatum* basi excavatum, destitutum angulis posticis.
11. *Lunulatum* est *subrotundum* basi excavatum, angulis posticis notatum.
12. *Sagittatum* est triangulare, basi excavatum, angulis posticis instructum.
13. *Cordato-sagittatum* est *sagittatum* basi cordata.
14. *Hastatum* est triangulare basi, lateribusque excavatis, angulis patulis.
15. *Bifidum*, h. e. in duas partes divisum, atque inde patet, quid sit *trifidum*, *quadrifidum*, *quinquefidum* etc.
16. *Trilobum* est divisum versus medium in tres partes distantes, marginibus convexis.
17. *Palmatum* est longitudinaliter in partes plures subaequales divisum versus basim, qua tamen cohaerent in unum, sive potius in lobos subaequales ultra dimidium subdivisum.
18. *Pinnatifidum*, quod habet segmenta opposita pinnas referentia.
19. *Laciniatum* est varie in partes sectum, partibus iisdem indeterminate subdivisis.

Tab. I. f. 20. *Sinuatum*, quod lateribus sinus dilatatos admittit.
21. *Sinuato-dentatum*, in quo sinus foliorum dentes velut porrigunt.
22. *Quinquepartitum* est in quinque segmenta, sive lacinias divisum.
23. *Serratum*, quod, margine inciso, angulos acutos imbricatos extremitatem respicientibus notatur.
24. *Crenatum*, cujus margo in segmenta parva rotunda exsecatur.
25. *Acute emarginatum*, cujus extremitas acute excisa est.
26. *Cuneiforme*, cujus extremitas obtuse execta est.
27. *Binatum*, si bina foliola uni petiolo annexa sunt.
28. *Ternatum foliolis sessilibus*, si foliola tria petiolo careant.
29. *Foliolis petiolatis*, si foliola petiolum habeant, distinctaque sint.
30. *Pinnatum cum impari*, si petiolus simplex lateribus annectat foliola plura, & terminetur foliolo impari unico. (*V. tab. 3. f. 1. & tab. 4. f. 1.*)
31. *Pinnatum abrupte* est pinnatum terminatum neque cirrho, neque foliolo.
32. *Pinnatum alterne*, foliolis alternis pinnatum.
33. *Pinnatum interrupte*, h. e. pinnatum foliolis interruptis, & alternis minoribus.
34. *Pinnatum cirrhose* est pinnatum terminatum cirrho.
35. *Conjugatum*, cum petiolus simplex utroque latere annectit foliolum unicum.
36. *Pinnatum foliolis decurrentibus, aut decursive* est pinnatum foliolis decurrentibus per petiolum.
37. *Pinnatum petiolis membranaceis*, si substantia foliosa decurrens membranam referat.
38. *Lyratum* est transversim divisum in lacinias, ita ut superiores majores sunt, & inferiores remotiores minores.
39. *Duplicato-ternatum*, cum petiolus affigit tria foliola ternata.
40. *Duplicato-pinnatum*, aut *pinnato-pinnatum*, cum petiolus lateribus affigit foliola iterum pinnata.
41. *Triplicato-ternatum*, aut *ternato-ternatum*, cum petiolus affigit tria foliola biternata.
42. *Triplicato-pinnatum*, cum petiolus affigit plura foliola bipinnata.
43. a *Peltatum*, cujus petiolus inseritur folii disco, non margini.
b *Petiolatum*, si petiolus annectitur folio ad marginem baseos.
c *Sessile*, si folia petiolo carent, & immediate cauli adnectuntur.
d *Decurrens*, vel *alatum*, si basis folii sessilis, dein ultra basin extendatur deorsum per caulem, ramum &c.
e *Amplexicaule*, si basis folii undique ambiat latera caulis transversim.
f *Perfoliatum*, si basis folii undique cingat transversim caulem.
g *Connata folia*, ubi foliorum oppositorum basis in unum utrinque coalescit.
h *Vaginans*, si basis folii format tubum cylindricum, caulem vestientem.
44. a *Articulata folia*, cum folium unum alterius ex apice excrescit.
b *Stellata folia*, quae radiatim instar stellarum disposita sunt.
c *Terna, quaterna*, foliis tribus, & quatuor ex eodem plano provenientibus.
dd *Opposita*, cum folia duo decussatim nascuntur, sive collocantur.
ee *Alterna*, cum per gradus circum caulem, & ramum est foliorum unum post alterum.
f *Conferta*, si numerus tam ingens est, ut ramus, vel caulis totus obtegatur.
g *Imbricata*, si conferta, & erecta se quoad partem dimidiam tegant instar imbricum.
h *Fasciculata*, si plura distincta folia ex eodem puncto prodeuntia sint.
45. a SALVIA in exemplum floris *labiati*, quem alii *Ringentem* dixerunt.
b Flos e calyce eductus exhibens *Labium superius*, quod est *falcatum*, & *Labium inferius*. *Labium superius* dicitur etiam *Galea*, inferius autem *Barba* vocatur.
c Stamina duo cum stylo, sive tuba.
* Propter stamina duo pertinet ad *Diandria* LINNÆI, sive ad *Distemones* aliorum. Propterea quod numerus segmentorum floris sit quaternus, & stamina tantum sint duo, spectat ad *meiostemones* HALLERI.
d Calyx quinquedentatus, & quidem dentes superius, & inferius approximati velut *labiatam* formam repraesentant, dicitur *bilabiatus*, labio superiore *tridentato*, sive trifido, inferiore *bidentato*.

Tab. I. f. *e* Calyx diductus, ut quatuor semina appareant, quae *nuda sunt*, sive nulla capsula continentur, praeter calycem, & stirpibus hujusce classis idcirco dederunt nomen *Gymnotetraspermarum*, sive herbarum semine quaterno nudo.

46 *a* VERONICÆ flos in exemplum *Corollae rotatae quadrifidae*.

* *Corollae* nomine Botanici intelligunt involucrum, quod proxime ambit germen, quod solet esse tenerae, & marcescentis substantiae, coloratum, multiplici, elegantique forma superbiens. Si hoc involucrum simplex sit, dicitur *Corolla monopetala*, si vero ex pluribus disjunctis partibus componatur, dicitur *Corolla polypetala*, simpliciter etiam solet dici flos *monopetalus*, aut *polypetalus*. Caeterum ex numero petalorum dicitur *dipetalus*, *tripetalus*, *tetrapetalus*, *hexapetalus*, &, si petala plura sint, quam sex, polypetalus.

b Flos idem visus e latere, ut appareat *Calyx quadrifidus*, sive in quatuor profunde segmenta divisus.

* *Calyx* est exterius involucrum, quod viridem saepius colorem habet, saepe etiam persistit, atque corollam ambit.

c Capsula bilocularis cum stylo, sive tuba, cujus extremitas, sive stigma acutum est.

d Capsula aperta cum seminibus excussibus, duo locula ostendens, & idcirco dicta *bilocularis*, sive *diangia*.

* Herbae, quarum fructus est capsula sicca membranacea, semina continens, dicuntur *angiospermae*, & ex numero loculorum, in quibus haec capsula semina continet, *monangiae*, *diangiae*, *triangiae*, *tetrangiae*, *pentangiae*, aut etiam *polyangiae*, sive *uniloculares*, *biloculares*, *triloculares*, *quadriloculares*, *quinqueloculares*, aut *multiloculares*. Loculum porro unumquodque, si unum continet semen, dicitur *monospermum*, si duo *dispermum*, si tria *trispermum*, si plura semina *polyspermum*, quae vero stirpes fructum habent *trilocularem*, loculo unoquoque *monospermo* proprie dicuntur *Tricoccae*.

47 *a* GALII flos in exemplum floris quadrifidi rotati cum staminibus quatuor, & stylo bifido, sed microscopio auctus.

* In GALIO corolla est fructui imposita, & propterea quod fructui corolla insideat, dicitur *Epicarpio*, sive *Supera*. Stamina sunt quatuor, atque ex hoc numero staminum quaternario pertinet ad *Tetrandiae* LINNÆI, sive ad *Tetrastemones*. Illi flores, qui soluta, & libera habent, & aequalis longitudinis stamina quinque, sex, septem, octo, novem, decem, aut duodecim, &c. dicuntur a LINNÆO *Pentandria*, *Hexandria*, *Heptandria*, *Octandria*, *Enneandria*, *Decandria*, *Dodecandria*, aut aliis *Pentastemones*, *Hexastemones*, *Heptastemones*, *Octostemones*, *Enneastemones*, *Decastemones*, *Dodecastemones*.

b In naturali magnitudine flos exhibetur.

* Essentia floris consistit in Staminibus, & Germine. STAMINA componuntur ex *Filamento*, *Anthera*. ANTHERÆ filamento interdum carent, & *sessiles* vocantur. ANTHERÆ pulverem seminalem, sive *Pollen* parant, quem interdum elastica vi dispergunt. Tenuior activa hujusce materiae seminalis portio germen foecundat. GERMEN saepius *stylo*, aut *tuba* instructum est, quam finit stigma. STIGMA id est in vegetabilibus, quod vulva in animalibus, atque TUBA vaginae vices gerit. Stamina igitur sunt partes genitales masculinae in vegetabilibus, germen autem constituit genitales partes femininas. Si hae partes masculinae, aut femininae in eodem flore exstant, flos dicitur *Hermaphroditus*. Si distinctis locis, in eodem tamen individuo, sejunctaeque sint partes masculinae, & femininae, hujusmodi plantae dicuntur a LINNÆO *Monoecia*. Si in distincto individuo sejunctae hujusmodi partes sint, ut in CANNABE, vocantur *Dioecia*, atque inde patet quid sint flores *Masculini*, quid *Feminini*. Si distinctis locis adsint flores masculini, feminei, & hermaphroditi, hae plantae pertinent ad *Trioecia*.

48 ASPERULÆ *cynanchicae* flos in exemplum corollae *infundibuliformis*, *limbo quadrifido*.

* Dicitur *infundibuliformis*, *limbo quinquefido*, eo quod infundibulum refert. Hic etiam flos pertinet ad *Epicarpia*, atque in Icone corolla manifeste apparet fructui imposita. Fructus tam GALII, quam ASPERULÆ, quam

Tab. I. *f* coalescat ex duobus seminibus coalitis nudis, quae nulla capsula continentur, propterea rediguntur ad corpus *Gymnospermas*.

49. *a* Flos THYMI labiatus, cujus *labium superius*, sive *galea* plana est non concava, parum fissa, *labium autem inferius*, sive *barba* profunde divisa est in tria segmenta ovalia subaequalia.

bb Stylus, sive Tuba.

cc Stamina quatuor suis *apicibus*, sive *antheris* instructa, quorum duo breviora sunt.

d Calyx profunde *quinquedentatus*, & *bilabiatus*.

* Flos THYMI habet stamina quatuor, quorum duo breviora, duo longiora sunt, eadem proportio staminum nude apparet in TEUCRIO (n. 52.), propter hunc numerum, & hanc staminum proportionem hujus classis flores vocavit LINNÆUS *Didynamia*, & *Gymnospermia* eo quod instar SALVIÆ nuda semina maturent in calyce.

50. LAMII flos.

51. *a* Idem calyce exemptus anterius visus. Galea concava est, barbae segmentum medium bilobum.

b Calyx apertus, semina quatuor continens. Hic calyx vere bilabiatus non est.

52. TEUCRII flos, sive flos monopetalus *unilabiatus*, stamina etiam quatuor cum stylo, sive tuba possidet, sed galeam nullam habet, dentes tantummodo duos divergentes pro egressu staminum.

53. PEDICULARIS *incarnatae* flos, cujus galea *rostrata* est.

54. *a* ANTHIRRINI flos corniculum, sive *Nectarium*, sive *Calcar* postice educens.

* Pertinet hic flos ad *Personatas* TOURNEFORTII, & *Dydinamias angiospermas* LINNÆI, eo quod semina capsula contineantur.

b Calyx quinquefidus. Eadem figura stamina repraesentat, quae quatuor sunt, duobus brevioribus.

c Calyx, qui est profunde quinquefidus, & patens. Cernere etiam licet germen, sive embryonem fundo calycis impositum cum suo stylo, sive tuba, extremitas tubae, sive styli vocatur *Stigma*. Germen una cum stylo venit TOURNEFORTIO sub nomine PISTILLI.

55. *a* PULMONARIÆ flos in exemplum floris *hypocrateriformis*, qui est tubulatus cum imposito limbo, tanquam cratere.

b Flos e calyce exemptus, ut tubus floris appareat.

c Calyx, qui est profunde quinquedentatus, apertus, ut quatuor germina cum tuba, sive stylo appareant.

56. *a* CORTUSÆ flos in exemplum floris monopetali *rotati*, profunde quinquefidi. Stamina quinque ex imo flore nata, & conniventia stylum comprehendunt.

b Calyx ad medium usque quinquefidus.

* Flores, qui habent stamina corollae inserta, sunt VERONICA, GALIUM, ASPERULA, THYMUS, &c. & ea dixit GLEDITSCHIUS *Petalostemones*.

57. PRIMULA *auricula* in exemplum alterum floris Hypocrateriformis, qui calycem habet quinquefidum.

* Calyx dicitur *bifidus*, *trifidus*, *quadrifidus*, *quinquefidus*, *sexfidus*, *octofidus*, *decemfidus* &c. pro numero segmentorum. Calyx etiam si non componatur ex pluribus partibus dicitur *monophyllus*, si segmenta brevia fuerint pro numero segmentorum vocatur *bidentatus*, *tridentatus*, *quadridentatus*, *quinquedentatus* &c. In PRIMULA segmenta corollae incisa sunt, non integra, ut in PULMONARIA, & in VERBASCO.

58. *a* Verbasci flos planus rotatus segmentis inaequalibus, duo enim inferiora paullo minora sunt.

* Flores monopetali, quorum corolla dividitur in partes aequales, dicuntur *regulares*, aut *aequales*. Si vero segmenta inaequalia fuerint, *irregulares*, aut *inaequales*. Si staminum numerus respondeat numero segmentorum floris, aut numero petalorum nuncupantur ab HALLERO *Isostemones*.

b VERBASCI calyx cum embryone stylum, sive tubam suam ferente.

59. *a* Flos CAMPANULÆ in exemplum floris campaniformis.

b Ejus calyx.

60. POLYGONATI flos in exemplum floris *tubulati nudi*, sive calyce destituti, limbo sexfido.

Tab. I. f. 61. *a* Flos SCABIOSÆ in exemplum floris *aggregati*, sive floris monopetali *compositi antheris liberis*
b Flosculus marginalis exemptus, suoque germini insidens.
* Consulat Lector Tabulam 47, quae exhibet SCABIOSAM *transylvanicam*; in ea Tabula separatim delineantur *flosculi*, sive *corollulae* suis quatuor staminibus instructae.
62. *a* Flos CHRYSOCOMÆ in floris *discoidis* exemplum.
b Ejusdem floris calyx.
* Flores hujusce ordinis dicuntur *compositi*, *discoides*, sive *tubulosi*, eo quod intra unum calycem communem plures flosculi subaequales aliquando, & aequales inter se discum, sive scutum veluti referant. Flosculi in his generibus habent antheras quinque in unum tubum coalitas, quemadmodum distinctius patebit in exemplo sequentis numeri.
63. *a b* CARDUI flos in exemplum floris compositi *capitati*
ccc Embryo, sive semen, cui primum pappus impositus est, & deinde flosculus quilibet
d Flosculi CAMPANULÆ quinquefidae
e Stamina in unum tubum coalita, quae stylum complectuntur.
eee Stamina antheris diductis
fff Stylus, sive tuba.
64. CENTAUREÆ flos
* CENTAUREÆ genus praebet exemplum floris compositi capitati, sed flosculi peripheriae steriles sunt, *eunuchi* subjectum germen habent, quod abortit, hujusmodi flores nullas habent partes femineas, aut masculinas.
65. *a* Exemplum floris compositi, monopetali, *semiflosculosi*, aut *planipetali*, sive *ligulati*
b Calyx imbricatus ex tribus squamarum ordinibus.
c Receptaculum, sive *thalamus*, sive *placenta* flosculos recipiens. Placenta nuda dicitur, si neque pili, neque squamae, aut paleae ex ejus superficie eriguntur, si foraminibus ea excavetur, dicitur *alveolata*
d Semen cum *pappo sessili simplici*
e Semen cum *pappo simplici*, sed *stipitato*, sive per filum cum semine connexum
f Semen cum *pappo stipitato plumoso*
66. *a* Exemplum floris compositi *radiati*, sive mixti ex flosculis, & semiflosculis.
bb Semiflosculi *radium* constituentes, flosculi autem campanulati centrum, sive *discum* occupant.
c Semen *pappo* coronatum
d Semen coronatum *margine denticulato*.
e Semen *nudum* connexum.
* Flores exhibiti sub numeris 62. 63. 64. 65. & 66. ad Classem *Syngenesiorum* reducit LINNÆUS, eo quod antheras habeant in unum tubum coalitas, singularis autem est diversitas sexuum in flosculis, qui hosce flores componunt. Si flores omnes aequaliter hermaphroditi sunt, uti in semiflosculosis fere omnibus, & in pluribus discoideis, & capitatis, apellantur *Syngenesia polygamiae aequalis*. Si feminae adsunt, quae ab hermaphroditis foecundentur, hermaphroditorum feminis fertilibus, dicuntur *Polygamia superflua* magna pars radiatorum huc spectat. Si feminae adsunt, quae propter vulvae defectum ab hermaphroditis foecundari non possunt, dicuntur *Polygamia frustranea*, ut in CENTAUREA. Si vero Hermaphroditorum germina ob vitium aliquod, aut defectum vulvae abortiant feminis fertilibus, tunc vocatur *Polygamia necessaria*, uti in CALENDULA, MICROPO &c.
67. *a* ALYSSUM in exemplum floris *tetrapetali cruciformis*.
b Lamina petali cum ungue, qui est attenuata petali extremitas.
c Calyx *tetraphyllus*, h. e. ex quatuor foliolis compositus.
d Stamina sex cum stylo, quorum duo breviora sunt.
* Propter stamina sex, quorum duo breviora sunt, vocavit LINNÆUS hanc Classem *Tetradynamiae*.
e SILICULA, sive fructus.

Tab. I f. *f* Fructus apertus, ut binae valvae appareant cum dissepimento valvis *parallelo*.

68 *a* THLASPI in aliud exemplar floris *tetrapetali cruciformis*

b Calyx

c Fructus, sive silicula *margine foliaceo, emarginata* cum stylo persistente

d Valva una separata. In hoc genere siliculae *dissepimentum* valvis *contrarium* dicitur

69. *a* CARDAMINES flos, qui est quam tetrapetalus cruciformis.

b Silicula bilocularis cum *dissepimento*.

c Valvae elastice revolutae cum *dissepimento*, cui semina adhaerent.

70. *a* EPILOBII flos alteram speciem exhibet floris tetrapetali. Icon exhibet petala, calycem, stamina, & stigma quadrifidum. Fructus inferus est, sive flos embryoni insistit.

b Fructus, sive capsula EPILOBII *quadrivalvis*.

71. *a* ASTRAGALUS in floris *papilionacei tetrapetali* exemplum

b VEXILLUM, sive petalum superius, quod solet esse reflexum.

c c ALAE, sive petala lateralia.

d CARINA sive petalum inferius, quod solet embryonem complecti.

e f Stamina embryonem cingentia, qui abit in legumen.

g h Stamina novem velut in membranam communem connexa sunt, unum autem litera *h* demonstratum solutum, & liberum.

72. PSORALEÆ flos in *floris papilionacei pentapetali* exemplum.

a Vexillum

b Calyx

c c Alae duae laterales

d d Carina ex duobus jam separatis petalis constans, *h e Dipetala*

* Plantae flore papilionaceo, ab aliis dictae *leguminosae* sunt, eo quod earum fructus soleat esse LEGUMEN modo uniloculare, modo biloculare semina suturae valvarum annexa continens, uti videre est in VICIA, LATHYRO, &c. LINNÆUS propter stamina hac ratione disposita in *duo corpora* vocavit *Diadelphia*

73. Flos *Pentapetalus umbellatus*

a *Involucrum universale*, & *umbella universalis*

b *Umbella partialis*, & *involucrum partiale*, hoc est *partialis umbellae*, quae dicitur etiam umbellula.

c Flos unicus separatim exhibitus

* Plantae *umbelliferae* fere omnes habent petala quinque, stamina quinque, stylos duos, fructum inferum, quod in duo distincta, sed approximata, aut adhaerentia semina solet evadere, ad *Gymnodispermas* etiam pertinent.

d SESELI in exemplum seminis ovati striati.

e LIGUSTICUM in exemplum seminis *costati sulcati*.

f LASERPITIUM in exemplum seminis alati alis *quatuor* membranaceis pellucidis

g SELINUM in exemplum seminis alati ala tantum marginali, & pellucida.

h HERACLEUM in exemplum seminis plani compressi

i TORDYLIUM in exemplum seminis compressi margine cincti

l CAUCALIS in exemplum seminis aculeis tecti.

m LIBANOTIS in exemplum seminis pilis tecti.

n SIUM in exemplum seminis *oblongi*

o MYRRHIS in exemplum seminis *longi*

74. *a* SAXIFRAGA in exemplum floris *pentapetali* calyce *monophyllo* instructi

b Ejusdem floris calyx, & stamina cum stylis duobus.

75. SILENES *Vallesiae* flos in exemplum alterius floris *pentapetali*.

a b Calyx quinquedentatus

c Fructus, sive capsula, quae quinque valvis apice dehiscit.

* Stirpes, quae florem pentapetalum, & calycem subcylindracum monophyllum habeant, vocavit *Caryophylleas* TOURNEFORTIUS. Propter stamina decem, & tres stylos pertinet SILENE in systemate *Linnaeano* ad *Decandria trigynia*. SILENE, & SAXIFRAGA spectant ad *Diplostemones* HALLERI, eo quod staminum numerus duplus sit numero petalorum.

Tab. I f. 76. *a* Potentilla in exemplum alterius floris *pentapetali*.
b Calyx planus profunde decemfidus, segmentis alternis minoribus.
* Propter stamina numerosa calyci inserta, plurimosque stylos, sive embryones redigitur ad *Icosandria Polygynia* LINNÆI, GLEDITSCHIUS ad *Calycostemones* retulit propter stamina calyci inserta. Nobis est flos *pentapetalus*, calyce *monophyllo* instructus, fructu *gymnopolyspermo*.

77. *a* RANUNCULI flos.
b Fructus ex pluribus seminibus nudis, sive *Gymnopolyspermus*, pertinet ad *Polyandria Polygynia* LINNÆI.
c Calyx pentaphyllus.
* Propter stamina plurima receptaculo, non calyci inserta GLEDITSCHIUS refert ad *Thalamostemones*.

78. *a* HYPERICI flos.
b Stamina.
c Calyx cum embryone tres stylos ferente.
* Ex numero stylorum, aut etiam stigmatum, sive tubarum flores dicuntur *monostyli*, *distyli*, *tristyli*, *tetrastyli* &c., a LINNÆO autem *monogyni*, *digyni*, *trigyni*, *tetragyni* &c. HYPERICI flores *tristyli* sunt, sive *trigyni*.
d Eadem stamina in plures phalanges coalita sunt.
* Nobis est planta flore *pentapetalo staminibus in plura corpora coalitis*. LINNÆUS vocat *Polyadelphiam*.

79. *a* MALVÆ flos in exemplum floris *pentapetali*, *staminibus in unum corpus coalitis*.
b Calyx cum machina staminum, quae in unum tubum coaluit sunt.
c Calyx, qui duplex, exterior *triphyllus*, interior profunde *quinquefidus*.
d Fructus ex minimis capsulis circum axim positis conflatus.
* Propter filamenta staminum in unum corpus coalita inter *Monadelphas* recenset LINNÆUS, hujus ordinis plantae *Columniferae* etiam dictae sunt propter columnam, sive tubum, quae filamentorum coalitorum corpore circumcingitur, atque in medio floris elevatur.

80. *a* DELPHINII flos in exemplum floris *pentapetali calyce nullo*.
b Nectarium ex duabus laminis in cornua abeuntibus.
c Duae laminae nectarii petala meutoentes, & stamina protegentes.
d Fructus DELPHINII ex tribus capsulis compositus, sive potius *folliculis*, qui juxta longitudinem suam intus aperiuntur.
* In systemate GLEDITSCHII pertinet ad *Thalamostemones*; in systemate *Linnaeano* ad *Polyandria Trigynia* propter stamina plura quam duodecim, receptaculo inserta, & tria germina. Hic flos propter petala inaequalia refertur ad *Pentapetalos flore irregulari*.

81. *a* VIOLÆ flos.
b Capsula.
c Eadem capsula unilocularis, quae tribus valvis aperitur.
* Propter antheras connatas ad *Syngenesia Monogamia* retulit LINNÆUS, ut unum tantum germen adsit.

82. *a* ORCHIS.
b Labium inferius.
c Machinula, sive nectarium, in cujus duobus loculis locantur antherae duae.
d Filamenta antherarum.
* Propterea quod in hoc ordine partibus foemininis masculinae partes insideant, GLEDITSCHIUS plantas hujusce Classis vocat *Stylostemones*. Cl. LINNÆUS *Gynandria* vocavit.

83. *a* ALLIUM in exemplum floris *hexapetali hypocarpii*.
b Petalum cum stamine simplici.
c Stamen tricuspidatum.
d Capsula trilocularis.
e Eadem transversim secta, ut tres loculi appareant.
* Spectat ad *Hexandria Monogynia* LINNÆI. *Hypocarpius* flos dicitur, eo quod petala non ex summo fructu, sed ad basim germinis nascantur. Pertinet etiam ad *Thalamostemones* GLEDITSCHII, TOURNEFORTIUS, ROYENUS, aliique ad

Tab. I. f. *Eluceum* florem revocarunt, sub eadem Classe comprehendentes ea genera, quae florem habent monopetalum, & ea quae florem habent polypetalum. Nos *monopetalos* distinctas, *polypetalis* proposuimus.

84. ANEMONES flos in exemplum floris *polypetali*.

Hae explanationes pertinent ad figuras *Tabulae primae*, atque maximam partem *Nomenclaturae Botanicae* comprehendunt; quaedam tamen adhuc vocabula si non Icone, saltem verbis explananda supersunt ad Tyronum institutionem. Ea nunc subjicimus, aliquod etiam lumen ex aliis Tabulis mutuantes. Monemus autem eas Nomenclaturas nos praetermittere, quae ex vocabuli significatione satis patent, neque plura persequi, quam quae FLORA nostra requirit.

N.° 1 Radix *praemorsa*, aut *truncata* dicitur, quae in progressu suo truncata est, neque attenuato apice finit. *Articulata*, quae interdum geniculata est, ut in Polygonato *officinali*. *Fasciculata*, aut *fasciculata*, quae veluti ex radicibus simplicibus teretis uno capite collectis componitur (V. tab. 67. fig. 1.). *Bulbosa*, quae componitur ex substantia, formae subrotundae, aut ovatae, saepius tunicata, succulenta (V. tab. 74. f. 2.). *Granulata* ex parvulis numerosis bulbis coalescen communi tunica non comprehensis.

2. Truncus plantarum in arboribus proprie dicitur Truncus, in herbis plerisque Caulis, in graminibus Culmus. Quod si ex radice folus nudus proveniens fructificationem sustineat, dicitur Scapus, ut in Polygonato *majali*, Narcisso, plurimisque *liliaceis*. Stipes vocatur in Fungis, & Filicibus. Surculus demum appellatione venit in *Muscis*. Caulis *stoloniferus* dicitur si progrediendo radices agat, novamque sobolem gignat, ut in VIOLA *odorata*, VERONICA *officinalis*, *pyrenaica* (V. tab. 46. f. 3.). Caulis anceps dicitur, qui habet angulos duos oppositos acutiusculos instar gladii ancipitis. Si lineis tenuissimis excaveatur *striatus* dicitur. *Sulcatus* autem, si sulcis profundis exaretur. *Dichotomus*, si continuo bifariam dividatur, quemadmodum rami Euphorbiarum plerarumque umbellae. *Brachiatus* ramos habet decussatim oppositos. *Coarctati* rami, qui multi secundum longitudinem serie accumbant trunco angulis acutissimis. *Divergentes* ad angulum rectum a Trunco discedunt. *Divaricati* sine ordine, maximisque angulis a Trunco quaqua versum recedunt.

3. Folia duplicem superficiem praebent, sive paginam superiorem, & inferiorem. *Villosa* vocatur, quae pilis mollibus pubescit. *Tomentosa* si hujusmodi villi ita intertexti sunt, ut distincti non videantur, densamque superficiem veluti addant, quod si hujusmodi appressi villi decumbentes, & vix intertexti sericum, ut ita dicam, referant, *sericea* vocatur, *lanata*, si tactu, & aspectu rudius intertexti villi sunt, *pilosa*, quae distinctis pilis instruitur, *barbata*, quae habet pilos confertos, prolixos, & parallelos, setae rigidiusculae sparsae *hispida* nomen praebent.

4. Aculei a Spinis in eo differunt, quod hae ex ligni substantia, illi ex cortice prodeant.

5. Stipulae constituunt basim petiolorum, aut pedunculorum, atque caulem, ramos, & pedunculos solent amplecti (V. tab. 10. f. 1. tab. 20. f. 3. tab. 45. f. 1. 2.).

6. Bracteae sunt folia floribus subjecta colore, & figura sua a reliquis foliis distincta (V. tab. 14. f. 4.).

7. Pedunculus est respectu floris idem, ac petiolus respectu folii. *Terminalis*, qui ramum, vel caulem terminat. *Axillaris*, si ex ala inter folium, & caulem prodeat. *Oppositifolius*, qui nascitur in latere, quod oppositum ortui folii. *Lateralis*, qui ad latus baseos folii provenit. Pedunculus in*crassatus*, qui florem versus sensim majorem crassitiem acquirit. Pedunculi numerosi subsessiles caulem annulatim ambientes Verticillum constituunt; plurimi in globum congesti Capitulum; in longa serie subsessiles, aut sessiles, & approximati Spicam (V. tab. 46. f. 2. 3. & 47. f. 1.). In corymbo singuli flores petiolis propriis instructi, atque situ elevato proportionali partis brevem, laxamque spicam veluti repraesentant. In Racemo longa serie, neque congesti longiusculi pedunculi flores sustinent (V. tab. 17. f. 3.). In Panicula fructificatio sustinetur pedunculis partialibus diverse subdivisis (V. tab. 91. f. 2.).

Tab. I. fig. 8. Pulposi fructus nomine intelligo fructum, cujus substantia carnosa succulenta amplectitur semina, drupam nimirum, cujus substantia coriacea, carnosa tamen, nucleum osseum continet, POMUM, quod est fructus substantiae carnosae non coriaceae involvens capsulas semina continentes, BACCA, quae est fructus carnosus, saepe tenes sine capsulis semina nuda continens. Hae sunt species fructus pulposi, quas habet Cl. LINNÆUS, alias fructuum pulposorum differentias proponit Cl. SCOPOLI, nos, qui Systema non universale, sed FLORAM concinnamus, *Pulposi* fructus nomine omnes differentias complectimur.

9. AMENTACEÆ, sive JULIFERÆ plantae in tereti receptaculo communi, filiformi, paleaceo flores porrigunt. AMENTUM saepe squamis imbricatum potius instructum est, quae Calycis vices gerunt, uti in SALICE, CORYLO &c. STROBILUS est Amenti species brevis, conica, saepius ex squamis induratis composita, uti sunt *Strobili* PINI.

10. SPADIX est receptaculum, sive PEDUNCULI species in ramulos fructificantes divisa, qui ex vagina quadam membranacea, quae longitudinaliter rumpitur, prodire solet, hujusmodi vagina vocatur SPATHA, ut in IRIDE, ARO &c.

11. APETALÆ illae plantae sunt, quarum flores calyce instructi petalis carent, dicitur etiam sunt flore *imperfecto*, aut *incompletae*. *Nudae* vocantur illae, quarum flores calyce, & corolla destituuntur, staminibus tantum, & pistillo instructae.

12. GRAMINA proprius habitus designat. Genitales partes staminum, & pistillorum protegunt, & complectuntur squamae, quae GLUMÆ dicuntur. Glumae, aut glumae exteriores calycis vice funguntur, interiores corollae officium praebent. Semini interdum adhaerent, Glumas *folliculi* vocat HALLERUS. Non infrequenter filum, quod ARISTA dicitur, glumas terminat, aut ex dorso glumae nascitur.

13. CRYPTOGAMIA, sive alias etiam CRYPTANTHERÆ sunt plantae illae, quarum fructificatio obscura adeo dum est, aut etiam partibus genitalibus omnibus non patentibus.

14. FILICES capsulas seminales visibiles praebent, atque eae in inferiori pagina foliorum diversa ratione positae esse solent. Hujusmodi plantae *dorsiferae*, aut *epiphyllospermae* dictae sunt. Circa reliqua, quae ad CRYPTOGAMIAM spectant, consulat Lector eximios Viros DILLENIUM, MICHELI, LINNÆUM, NECKER &c.

x

Tab.			Nº
Tab. II. F	1	Nepeta nepetella	Nº 134
	2	Molucella frutescens	122
	3	Stachys hirta	113
III.	1	Pedicularis hirsuta	217
	2	Pedicularis incarnata	228
IV	1	Pedicularis comosa	229
	2	Pedicularis incarnata	228
V.	1	Primula viscosa	338
	2	Androsace carnea	327
	3	Cortusa Matthioli	340
VI.	1	Campanula valdensis	400
	2	Campanula cenisia	395
	3	Campanula alpestris	418
VII.	1	Campanula vesula	397
	2	Campanula elatines	422
	3	Phyteuma Michelii	427
VIII.	1	Draba pyrenaica	894
	2	Artemisia Boccone	616
	3	Artemisia glacialis	617
IX.	1	Artemisiae Bocconae var	616
	2	Achillea nana	663
	3	Achillea herbarotta	658
	4	Viola nummulariaefolia	1640
X.	1	Arenaria grandiflora	1711
	2	Ononis cenisia	1173
	3	Artemisia tanacetifolia	608
XI.	1	Chrysanthemum discoideum	687
	2	Chrysocoma linosyris	634
XII.		Cirsium pyrenaicum	549
XIII		Cirsium helenioides	553
XIV.	1	Hieracium aurantiacum	778
	2	Hieracium alpinum	771
	3	Hypochaeris uniflora	849
	3	Picris saxatilis	766
XV.	1	Hieracium amplexicaule	792
	2	Hieracium prunellaefolium	784
XVI	1	Sonchus picroides	819
	2	Sonchus maritimus	818
XVII.	1 2	Arnica Clusii	745
	3	Senecio uniflorus	718
XVIII.	1	Brachiolobos pyrenaicus	1013
	2	Alyssum alpestre	888
	3	Cardamine bellidifolia	949
	a	*Siliqua hujusce* Cardamines	
	b	*Siliqua* Turritidis bellidifoliae	
XIX.	1	Onobrychis saxatilis *Pictor male exhibuit aculeatos fructus.*	1191
	2	Astragalus uralensoides	1278
	3	Astragalus depressus	1277
XX.	1	Lotus cytisoides	1125
	2	Cheiranthus alpinus	986
	3	Ononis Columnae	1166
XXI	1	Saxifraga biflora	1530
	2	Saxifraga purpurea	1531
	3	Saxifraga oppositifolia	1529
	4	Saxifraga hypnoides	1538
	5 6	Saxifraga pedemontana	1540
XXII	1	Veronica tenella	272
	2	Sedum alsinefolium	1740
	3	Saxifraga adscendens	1537
	4	Veronica succulenta	283
	5	Veronica pumila	270
	6	Viola cenisia	1641
XXIII	1	Saponaria lutea	1560
	2	Silene vallesia	1574
	3	Silene cordifolia	1581
XXIV	1	Potentilla valderia	1484
	2	Potentilla verna	1481
	3	Viola valderia	1644
XXV.	1	Allium nigrum	1881
	2	Scabiosa pyrenaica	512
	3	Delphinium peregrinum	1503
XXVI.	1	Scabiosa pyrenaica	512
	2	Vicia bithynica	1199
	3	Scutellaria alpina	142
	4	Arenaria striata	1712
	5	Arenaria lanceolata	1715
	6	Viola Ruppii	1646
XXVII	1 & 3	Hieracium spicatum	795
	2	Hieracium sabaudum	796
XXVIII.	1	Hieracium murorum	785
	2	Hieracium paludosum	788
	3	Hieracium glaucum	781
XXIX.	1	Seriola urens	851
	2 & 3	Hieracium grandiflorum	794
XXX.	1	Crepis austriaca	808
	2	Hieracium amplexicaule	792
XXXI	1	Picris taraxaci	769
	2	Hieracium paludosum	788
	3	Hieracium capillaceum	779
XXXII	1	Hypochaeris uniflora	850
	2	Leontodon livens	761
	3	Crepis albida	800
XXXIII	1	Prenanthes ramosissima	830
	2	Prenanthes tenuifolia	828
XXXIV.		Cirsium heterophyllum	554
XXXV		Carduus personata	537
XXXVI		Cirsium purpureum	548
XXXVII.	1	Chrysanthemum ceratophylloides	686
	2	Chrysanthemum montanum	689
	3	Thymus piperella	81
XXXVIII.	1	Onopordum rotundifolium	526
	2	Cineraria alpina	738
	3	Senecio parviflorus	727
	4	Chenopodium augustanum	2020
XXXIX.	1	Campanula glomerata	411
	2	Phyteuma Scheuchzeri	428
	3	Primula longiflora	335
XL.	1	Turritis bellidifolia	980
	2	Turritis caerulea	981
	3	Iberis garexiana	920
XLI	1	Ononis foetens	1164
	2	Astragalus cicer	1266

XLII	1	Vicia onobrychioides	1198
	2	Trifolium pannonicum	1099
XLIII		Ligusticum austriacum	1323
XLIV	1	Arenaria biflora	1699
	2	Silene Nicaeensis	1576
	3	Anemone baldensis	1928
XLV	1 & 2	Cistus pilosus	1672
	3	Cistus canus	1664
	4	Cistus roseus	1675
XLVI	1	Androsace obtusifolia	316
	2	Campanula spicata	414
	3	Veronica pyrenaica	265
XLVII	1	Campanula spicata	414
	2	Campanula rotundifolia	398
XLVIII		Scabiosa transylvanica	504
		Specimen exhibentur flores interiores aequales, exteriores aliquantum inaequales, & fructus squama sua ex parte comprehensus, atque microscopio auctus.	
XLIX	1	Centaurea elegans	599
	2	Cirsium medium	542
L		Cnicus ferox	565
LI		Carlina acanthifolia	571
LII	1	Lactuca augustana	823
	2	Prenanthes viminea	829
LIII	1	Achillea magna	668
	2	Achillea ligustica	660
LIV	1	Lunaria halimifolia	900
	2	Iberis garexiana	920
	3	Lunaria argentea	901
LV	1	Sinapis pyrenaica	960
	2	Lepidium rotundifolium	925
LVI	1	Cardamine amara	954
	2	Brachiolobos sylvestris	1012
LVII	1	Cardamine thalictroides	951
	2	Cardamine resedifolia	950
	3	Sisymbrium dentatum	1001
LVIII	1	Brassica Richeri	967
	2	Cheiranthus Bocconi	988
LIX	1	Lotus Dioscoridis	1131
	2	Vicia lathyroides	1202
	3	Trifolium saxatile	1108
LX	1	Ligusticum ferulaceum	1319
	2	Ligusticum mutellina	1318
LXI	1	Daucus mauritanicus	1381
	2	Saxifraga moschoides	1528
LXII		Libanotis montana	1378
LXIII		Danaa aquilegifolia	1392
LXIV	1	Spergula saginoides	1735
	2	Arenaria austriaca	1708
	3	Arenaria biflora	1699
	4	Arenaria obtusa	1714
LXV	1	Sempervivum hirtum	1938
	2	Sedum album	1751
	3	Sedum galioides	1742
	4	Sedum atratum	1750
	5	Sedum hirsutum	1754
		Fructus maturatus microscopio auctus, ut germina stylis suis instructa appareant	
	6	Sedum saxatile	1749
LXVI		Aquilegia alpina	1508
LXVII	1	Ranunculus rutaefolius	1451
	2	Anemone baldensis	1928
	3 & 4	Ranunculus Columnae	1453
LXVIII	1	Polygonum alpinum	2049
	2	Polygonum strictum	2051
LXIX	1	Euphorbia Nicaeensis	1039
	2	Aster amellus	702
LXX	1	Valeriana saliunca	9
		Obs. *Semen vero pappiferum est, quod Icon non exhibet, neque bene expressi sunt flosculi in hac compacta umbella*	
	2	Artemisia tanacetifolia	608
	3	Picris [illegible]	768
LXXI	1	Potentilla hirta	1478
	2	Ligusticum simplex	1324
		Umbella partialis. Flos, & fructus microscopio aucti.	
LXXII		Smyrnium nodiflorum	1347
LXXIII		Carduus leucographus	529
LXXIV	1	Centaurea Nicaeensis	594
	2	Colchicum montanum	434
LXXV	1	Crepis nemausensis	809
	2	Mentha austriaca	73
LXXVI	1	Ranunculus plantagineus	1445
		Maximum exemplar plantae in Horto cultae	
	2	Brassica Richeri	967
LXXVII	1	Galium murale	34
	2	Galium lucidum	21
	3	Asperula hexaphylla	48
	4	Galium cinereum	22
LXXVIII		Rapistrum rugosum	940
LXXIX	1	Silene acaulis	1583
	2	Silene exscapa	1584
	3	Silene sericea	1573
	4	Galium megalospermum	35
LXXX	1	Astragalus vesicarius	1269
	2	Anemone Halleri	1922
LXXXI	1	Hieracium glaucum	781
	2	Hieracium staticifolium	782
LXXXII	1	Hesperis laciniata	985
	2	Ranunculus polymorphus	1449
LXXXIII	1	Hypericum maculatum	1433
	2	Euphorbia Taurinensis	1046
LXXXIV	1	Stachys heraclea	112
	2	Scutellaria Columnae	145
LXXXV	1	Veronica Bellardi	282
	2	Veronica romana	289
	3	Plantago Bellardi	300
	4	Anagallis verticillata	318
	5	Campanula Bellardi	396

LXXXVI.	1.	Lunaria halimifolia	900
	2.	Isatis alpina	944
LXXXVII.		Sinapis recurvata	963
LXXXVIII.	1.	Saxifraga Bellardi	1536
	2.	Saxifraga exarata	1539
	3.	Reseda sesamoides	1618
		Seperatae Icones exhibent petalum profunde laciniatum, calycem pentaphyllum, & capsulas quinque microscopio auctas.	
	4.	Cerastium lineare	1719
		Separatis figuris delineata sunt calyx cum embrione, petalum, stamina cum pistillo, Calyx cum capsula, capsula quinquevalvis dehiscens, Semina.	
	5.	Scirpus annuus	2371
LXXXIX.	1.	Arenaria tetraquetra	1718
		Obs. *Pictor male pilosam fecit, quae tantum levissime pubescit, neque satis recurvata folia exhibuit*	
	2.	Arenaria capillacea	1705
	3	Arenaria recurva	1713
		Obs. *Neque omnino placet haec Icon, quum folia tenuiora, & acutiora sint, inferiora fasciculata, & magis recurva*	
	4.	Carex trigona	1325
		Obs *Spicae non exhibentur vere trigonae, ut reapse sunt*	
	5	Carex bipartita	2301
XC.	1.	Sedum nicaeense	1752
	2.	Polygonum Bellardi	2052
		Obs. *Calyx monophyllus exhibetur, qui pentaphyllus est*	
XCI.	1	Poa sesleroides	2208
	2.	Poa Cilamtana	2207
	3	Hordeum geniculatum	2274
	4.	Andropogon contortum	2277
XCII.	1.	Carex rupestris	2292
	2.	Carex Bellardi	1193
	3	Carex curvula	1195
	4.	Carex juncifolia	1196
	5	Carex triparuta.	2198

INDEX TERMINORUM BOTANICORUM,

QUI IN EXPLANATIONE TABULÆ PRIMÆ CONTINENTUR.

CLASSIS VI.

UMBELLIFERÆ

I. UMBELLIS SIMPLICIBUS

ASTRANTIA. Linn. *gen. n.* 190. *syst. n.* 314. Tourn. *tab.* 166.

Involucrum universale polyphyllum magnum. Calyx quinquedentatus persistens. Flores masculi, & hermaphroditi. Semina non alata quinque costata, sed membrana transversim plicata tecta. Semina, si hac membrana, quae facile separabilis est, exuantur, ad Ligustici semina accedunt.

1380. ASTRANTIA major.
Icon Taur. Vol. VII. tab. 91.
Astrantia foliis quinquelobis, lobis trifidis. Linn. *spec. p.* 339. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 792.
Astrantia floribus pedunculatis, seminum angulis denticulatis. Scop. *Fl. Carn. p.* 337. *n.* 3.
Astrantia nigra. Scop. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 306.
Astrantia major corona floris purpurascente, aut alba. Tourn. *inst.* 314.
Helleborus niger Saniculae folio. Bauh. *pin.* 186.
Sanicula foemina quibusdam, aliis Helleborus niger. Bauh. *hist. III. p.* 638.
Loc. In pratis alpinis, & subalpinis abunde. *Perennis.*

1381. ASTRANTIA minor.
Icon Taur. Vol. VII. tab. 90.
Astrantia foliis digitatis serratis. Linn. *spec. p.* 340. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 791.
Astrantia floribus pedunculatis, seminum angulis alato plicatis. Scop. *Fl. Carn. p.* 337. *n.* 4. *ed.* 1. *n.* 305.
Helleborus minimus alpinus Astrantiae folio. Bocc. *mus. p.* 10. *tab.* 5. *f.* 3.
Helleborus niger Saniculae folio minor. Bauh. *prodr. p.* 37.
Loc. In pascuis alpium editiorum. *Perennis.*

SANICULA. Linn. *gen. n.* 189. *syst. n.* 313. Tourn. *tab.* 173.

Involucrum universale fere pentaphyllum trilobum, aut certe dentatum, partiale ex quinquefoliis lanceolatis. Semina oblonga hirta, & aspera calyce proprio coronata.

1382. SANICULA europaea.
Icon Taur. Vol. VII. tab. 89.
Sanicula foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. Linn. *spec. p.* 339.
Sanicula foliis radicalibus trilobatis, lateralibus lobis bipartitis, umbellis globosis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 737.
Caucalis (sanicula offic.) flosculis omnibus sessilibus, umbellis subcapitatis, subternis. Crantz. *fasc.* 3. *ed.* 1. *p.* 118. *class. umbell. p.* 109.
Astrantia floribus sessilibus, seminibus aculeatis. Scop. *Fl. Carn. p.* 336. *n.* 1.
Astrantia diapensia. Scop. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 304.

Sanicula officinarum Lam. *Fl. Fran.* tom. 3. p. 400.
Loc. In sylvis montium, & collium. *Perennis.*
Vir. Magnam a vetustis etiam temporibus nominis celebritatem habuit in officinis Sanicula, atque habita fuit pro eximio vulnerario, utiliter etiam ad sanguinis fluxum cohibendum, vulnera consolidanda, atque ulcera sananda. Quamvis tamen non eminentes vulnerarias qualitates, quantum de eadem dictae sunt, non contemnenda tamen Sanicula est, cujus virtutes plurimum accedant ad illas, quas Bugulae assignavimus, valetque fortasse adstringit Sanicula: ejus decoctio cum addito praesertim melle teditur utiliter aphtis, ulceribus oris. Eo vero, quae tradita sunt de viribus, & usu Bugulae, commode huc referri possunt.

ERYNGIUM. Linn. *gen. n.* 287. *syst. n.* 301. Tourn. *tab.* 173.

Calyx communis pentaphyllus, foliolis acutis rigidis longissimis flosculis in thalamo paleaceo aggregatis. Germen sub flore positum pentaphyllo coronatum. Petala introrsum flexa. Semina duo latere plano contigua.

1283. ERYNGIUM maritimum.
Eryngium foliis radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitulis pedunculatis, paleis tricuspidatis. Linn. *syst.* 11. p. 202.
Eryngium involucris foliaceis ovatis longitudine capituli. Gou. *hort.* 130. n. 1.
Eryngium foliis radicalibus subrotundis cartilagineis, serris spinosis, involucris latis angulosis spinosis. Crantz. *class. umbell.* p. 118.
Eryngium maritimum. Bauh. *pin.* 386.
Eringio marittimo. Matth.
Off. Eryngium marinum.
Loc. In sabulo ad maris litus. *Perenne.*
Vir. Similem cum Eryngio *campestri* proprietatem diureticam habet.

1284. ERYNGIUM alpinum.
Eryngium foliis radicalibus cordatis oblongis, caulinis pinnatifidis, capitulis subcylindricis. Linn. *spec.* p. 337.
Eryngium foliis radicalibus petiolatis cordatis, involucro pinnato, ciliato. Hall. *hist.* tom. 1. n. 736.
Eryngium foliis radicalibus subrotundis cartilagineis, serris spinosis, involucris latis angulosis spinosis. Crantz. *class. umbell.* 118.
Eryngium alpinum caeruleum, capitulis dipsaci. Bauh. *pin.* p. 386. Tourn. *inst.* p. 317.
Eryngium alpinum latis foliis, magno capitu oblongo caeruleo. Bauh. *hist.* III. 88.
Loc. Copiose in pratis *Pralagnan*, & alla *Gypiera dell' Argentera* ad originem fluminis *Duranci.* *Perenne.*

1285. ERYNGIUM campestre.
Icon. Taur. Vol. VII. tab. 87.
Eryngium foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. Linn. *syst.* 12. p. 202.
Eryngium foliis semipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis lobatis spinosis. Hall. *hist.* tom. 1. n. 735.
Eryngium foliis amplexicaulibus pinnato-laciniatis, involucris fere subulatis, capitulo longioribus. Crantz. *fasc.* 3. ed. 11. p. 209. *class. umb.* p. 119.
Jacq. *Fl. Austr.* tab. 155.
Eryngium involucris subulatis, capitulo longioribus. Gou. *hort.* 130. n. 2.
Eryngium vulgare. Bauh. *pin.* 386.
Eringio montano. Matth.
Off. Eryngium vulgare.
Loc. Nihil in pascuis sterilibus aridis frequentius. *Perenne.*
Vir. Radix Eryngii *campestris* inter aperientes radices enumeratur, soletque ingredi apozemata aperientia, quae praescribuntur ad vias renum aperiendas, atque lotium pellendum. Praeter principium urbanum, & leviter aromaticum praebet etiam intus affinem diureticarum stirpium per combustionem salem

alkalinum fixum. Blande extenuat, & resolvit, lotiique secretionem promovet. Licet non spernendis virtutes afferre possit, minime tamen existimamus in hydrope, & graviori urinæ suppressione sufficere, neque eam habere efficaciam, ut sola viscerum obstructiones possit reserare.

HYDROCOTYLE. Linn. *gen. n.* 388. *syst. n.* 322. Tourn. *tab.* 273.

Umbella parva simplex irregularis. Involucrum tetraphyllum, petala integra vix irregularia. Semina plana semiorbiculata.

1186 **HYDROCOTYLE** vulgaris.
Icon. Taur. Vol. VII tab. 88.
Hydrocotyle foliis peltatis, umbellis quinquefloris. Linn. *spec. p.* 338.
Hydrocotyle foliis rotundis emarginatis, petalis acutrolobis, umbellis fastigiatis. Hall. *hist. tom.* 1 *p.* 361. *n.* 812.
Ranunculus aquaticus. Bauh. *hist. III. p.* 782. Lob. *ic.* 387.
Hydrocotyle vulgaris. Tourn. *inst. p.* 328.
Loc. Circa lacum d'*Avigliana*, & secus flumen *Sangon* in agro *Javenensi*, aliisque locis, quæ a pura ejus irrigantur, & ad fontium scaturigines præsertim occurrit. *Perennis.*

ECHINOPHORA. Linn. *gen. n.* 292. *syst. n.* 316. Tourn. *tab.* 423.

Involucrum universale pentaphyllum foliorum. Partiale monophyllum multifidum germina includens. Calyx proprius quinquedentatus. Flores radiati, petalis inæqualibus. Semina sessilia coronata in involucro indurato.

1187 **ECHINOPHORA** spinosa.
Echinophora foliolis subulato-spinosis integerrimis. Linn. *spec. p.* 344. Crantz. *class. umbell. p.* 155.
Caucalis caule ligneo, foliolis subulato-spinosis integerrimis. Roy. *lugdb.* 96. Sauv. *monsp.* 158.
Pastinaca marinum spinosum. Bauh. *pin.* 188.
Echinophora foliis decompositis. Wach. *ult.* 100.
Crithmum spinosum. Dod. *pempt.* 705.
Loc. Frequens ad litus maris *Nicaeensis*. *Perennis.*

II. *UMBELLIS COMPOSITIS*

A. MARGINATÆ.

1 ALA NON MEMBRANACEA.

TORDYLIUM. Linn. *gen. n.* 193. *syst. n.* 327. Tourn. *tab.* 170.

Semen planum compressum, margine crenulato.

1188 **TORDYLIUM** maximum.
Icon. Taur. Vol. VII tab. 105. & *Vol. XVIII tab.* 63.
Tordylium umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. Linn. *spec. p.* 345.
Tordylium foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, seminis limbo levi. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 823.
Caucalis major semine minus pulchro hirsuto. Bauh. *hist. III. p.* 85.
Tordylium. Riv. *pent.* 1.
Loc. Ad sepes, & in dumetis frequens. *Annuum.*

PASTINACA. LINN. gen. n. 324. syst. n. 359. TOURN. tab. 170.

Flores non radiati, sed aequales fertiles, petalia integris. Semen subrotundum compressum striatum planum, vix emarginatum.

1289 **PASTINACA** opoponax.
Icon. Tab. Vol. XXVII. tab. 55.
Pastinaca foliis bipinnatis, foliolis obliquecordatis, petalis paleaceo-oblongis. GOU. illustr. p. 19. tab. 13. & 14.
Pastinaca foliis bipinnatis. LINN. spec. p. 376.
Selinum (opoponax). CRANTZ. class. umbell. p. 63.
Pastinaca foliis bipinnatis. GER. p. 254. n. 2.
Pastinaca altissima. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 465.
Laserpitium (chironium) *foliis obliqua cordatis, petalis hirsutis.* LINN. spec. p. 359.
Loc. Uraliae, & in agro Nicaeensi locis umbrosis, & montanis vepretibus.
PERENNIS.

1290 PASTINACA sativa.
Pastinaca foliis simpliciter pinnatis. LINN. spec. p. 376.
Selinum (pastinaca) *foliis pinnatis lanceolatis, basi sinuatolobis.* CRANTZ. fasc. 3. ed. 2. p. 161. class. umbell. p. 62.
Pastinaca foliis pinnatis. HALL. hist. tom. 1. n. 808. GER. p. 254. n. 1.
Pastinaca sylvestris latifolia. BAUH. pin. 155.
Pastinaca germanica sylvestris quibusdam ellaphoboscum. BAUH. hist. III. p. 145.
Pastinaca domestica. MATTH.
Off. Pastinaca sativa s. Ellaphoboscum.
Vern. Pastinaje.
Loc. Abunda ubique in pratis. *PERENNIS.*
Vir. Sylvestris, & spontanea PASTINACA originem dedit PASTINACÆ sativae, quae in hortis ad usum culinarium colitur. Spontanea radix dura est fortius odorata, subacris, & sub-aromatica: sativae autem radix succosa est longe obtusior, evidenter subdulcis cum aliqua aromatica grato, & gratum alimentum suppeditat. Verum saccharum ex radice PASTINACÆ eductum est. Primaria autem non modo habet nutrientia, sed saponacea, incidentia, & stimulantia, diuresim potissimum movantia. Haec vis aestimulans potentior est in PASTINACA sylvestri. Ubi aperiendum sit, & praesertim lotii secretio promovenda, non modo suadent Medici hanum radicum diaeteticum usum, sed jurcula parant cum incoctis radicibus. Decoquunt etiam cum radice Glyzirrhizae, & commendant in morbis renum, & vesicae, qui blanda abstergentia, & demulcentia exposcunt: si vero agatur de renibus a sabulosa saburra expediendis, aliis etiam radicibus aperientibus radices PASTINACÆ adjungunt. In faucium asperitate, & tussi similiter eadem decoctio prodest, quam lenia diximus incommoda renum, & vesicae. Quamvis nonnulli radices PASTINACÆ sylvestris calefaciant, ac insignem acrimoniam explicent, iis tamen non esse tribuendi videntur mali affectus, qui de iisdem narrantur. Semina acria, & aromatica inest, mucum mandunt, & diuresim pellunt speciatim adhibita in calculo renum, sed acria, aromatica, calefacientia non sine magna circumspectione praescribenda sunt ad calculum propellendum, dum autem dolorum maxima urgent, minus opportuna esse videntur.

HERACLEUM. LINN. gen. n. 307. syst. n. 342. TOURN. tab. 170.

Flores radiati. Semen planum ovale striatum, vix emarginatum.

1291 **HERACLEUM** branca ursina.
Icon. Tab. Vol. XV. tab. 39.
Heracleum foliis hirsutis pinnatis, pinnis quinquefidis. HALL. hist. tom. 1. n. 809.
Heracleum branca ursina offic. CRANTZ. class. umbell. p. 57.

Heracleum (sphondylium) *foliolis pinnatifidis laevibus, floribus radiatis.* LINN. *syst.* ed. *p.* 610.
Sphondylium vulgare hirsutum BAUH. *pin.* 157
Sphondylium quibusdam, sive branca ursina germanica BAUH. *hist. III p.* 160
Sphondylium branca SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 335
Sphondylium foliis angustioribus RIV. *tab.* 5
Sfondilio MATTH DOD. *pempt* 304.
β *Heracleum* (Panaces) DOD. *pempt.* 305
Loc. Ubique in sylvis, & in pratis vulgaris est praecipue montanis. *PERENNE.*
Vir. Brancae ursinae folia scopo emolliendi commendata sunt, sed licet mucilaginosum quid habeant, non tamen acrimonia carent, quae in cortice caulis, ramorum, & pedunculorum tanta est, ut causticam nonnunquam exerant. Sub cortice in petiolis praesertim, & pedunculis continetur substantia farinosa saccharum continens. In Lithuania ex larine hujusmodi alimentum, & spiritum ardentem extrahunt, Cerevisiam etiam parant: sed hi usus ab aliis nationibus negliguntur. Radix certe acris existimatur est pene caustica, cortice praesertim non denudata, utique vires utilitates praebere potest, etsi nullo apud nos adhuc in usu sit.

1292 HERACLEUM elegans.
Heracleum angustifolium JACQ. *Fl. Austr. tab.* 175. *hort vind p.* 417 *tab.* 4 *f.* 1.
Heracleum elegans CRANTZ *fasc. p.* 155 *tab.* 2 *f.* 1.
Sphondylium multifidofolio alpinum BOCC. *mus. p.* 142 *tab.* 99.
Loc. Ubique in pratis alpinis, & ad rivulos aquarum *PERENNE*

FERULA. LINN *gen. n.* 305 *syst n.* 340. TOURN *tab.* 170

Semen magnum oblongo-ovatum quinque-striatum, cinctum ala magna, solida non membranacea

1293 FERULA communis.
Icon TAUR. Vol. XV tab. 89
Ferula foliolis linearibus longissimis simplicibus LINN. *spec. p.* 355
Ferula foemina Plinii BAUH *pin.* 148
Loc. In agro *Nicaeensi* nascitur. *PERENNIS.*

1294 FERULA nodiflora.
Icon TAUR. Vol. XVII tab. 110
Ferula foliolis appendiculatis, umbellis sessilibus LINN *syst. ed. p.* 209 CRANTZ. *class umbell p.* 72.
JACQ. *Fl. Austr. append. tab.* 5
Libanotis ferulae folio, & semine BAUH *pin.* 158.
Panax asclepium feruloe facie LOB *ic.* 783
Loc. Ad vineas in collibus *Unciae*, sed longe frequentior in agro *Dertonensi*, praesertim in valle *Siafora*. In monte *Tuet* comitatus *Nicaeensis* observavit Cl. BELLARDI *PERENNIS.*

PEUCEDANUM. LINN *gen. n.* 302. *syst. n.* 336. TOURN *tab.* 169.

Semen vix gibbum utrinque striatum ovatum ad stylum emarginatum, explanatum in marginem membranaceum non pellucidum.

1295 PEUCEDANUM officinale
Peucedanum foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. LINN. *syst. ed. p.* 408
Selinum peucedanum officinale CRANTZ *class. umbell. p.* 60
Peucedanum majus italicum. BAUH. *pin.* 149 BAUH. *hist. III p.* 2. 36. TOURN *inst.* 318. LOB. *ic.* 782.
Loc. In valle *Sigani* prope *Vajes*, atque in comitatu *Nicaeensi* supra *Tenda*. TERRANEUS in montibus *Liguriae*. *PERENNE*

Vir. Extat in officinis nostratibus Syrupus de PEUCEDANO dictus, qui plerumque ex radice Silaui montani alterius est. PEUCEDANI radici virtutes aromaticae balsamicae, & pectorales tribuuntur, ac magna in hoc remedio fiducia ponitur. Non alias autem proprietates habere videtur, quam aperientes, & fortitan mucum incidentes in cachexia igitur, asthmate humido, & ad menses pellendos in feminis pituitosis deduci in aliam medicinalem potest. Dosis radicis ex aqua decoctae est a drachmis duabus ad unciam semissem.

1296 PEUCEDANUM alsaticum
Peucedanum foliolis pinnatifidis laciniis trifidis obtusiusculis. LINN. *spec. p.* 354
Selinum foliis quadruplicato pinnatis, nervis canaliculatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 798. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 70.
Selinum alsaticum caule folioso ramis ramosis virgatis. CRANTZ. *fasc.* 3 *ed.* 2. *p.* 159.
Daucus alsaticus. BAUH. *prodr.* 77. HALL. *opusc.* 318.
Umbellifera alsatica magna, umbella parva sublutea. BAUH. *hist. III.* 116 RAJ. *hist.* 414.
Oreoselinum pratense tenuiore folio. TOURN. *inst.* 318.
Loc. Ad vias, & sepes in collinis, & montanis apricis frequens. *PARENNE.*

1297 PEUCEDANUM minus.
Peucedanum foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis laciniis linearibus oppositis, caule ramosissimo patulo. LINN. *mant. alt. p.* 219.
Loc. Nascitur in valle *Stafora*, & supra *Tendas*, Cl. BELLARDI inter *la Ghiandola*, & *la Scarena PARENNE.*

2. ALA MEMBRANACEA, ET PELLUCIDA.

ANETHUM. TOURN. *inst.* 317. *tab.* 169

Flores aequales, petala integra, involucrum nullum. Semina ovalia vix gibba, dorso striatum, margine tenui brevi ala membranacea.

1298 ANETHUM graveolens
Anethum fructibus compressis. LINN. *spec. p.* 377.
Anethum hortense BAUH. *pin.* 147
Anethum BAUH. *hist. III. part.* 2. & 6.
Aneth. MATTH.
Off. Anethum
Vern. Aneo
Loc. TERRANEUS observavit ad maris litus prope *Unelium, Antium*
Vir. Tota planta peculiari odore foetet, sed tamen aromatico, ita ut etiam in condimentis cibis recipiatur. Herba tota contrita, & applicata aliquam vim habet subanodynam, & resolventem. Semina sacra sunt, aromatica, oleumque aethereum continent, juvant propterea ad flatus discutiendos, doloresque spasmodicos leniendos. Extat in officinis oleum per infusionem paratum, quo saepe infantum abdomen ad tormina imi ventris in ejusdem doloribus flatulentis illinitur. Olei autem destillati, sive essentiae ANETHI guttae aliquot aquae appropriatae instillantur in colica, & singultu. Sed cavendum maxime est, ne hujusmodi medicamentum exhibeatur iis in morbis, quos sustinet causa rheumatica phlogistica, aliave naturae, ut dicitur, calidae. Infusum seminum ad eosdem usus adhibetur

SELINUM. LINN. *gen. n.* 300. *syst.* 2. 334. TOURN. *tab.* 169.

Florum petala cordata. Involucrum duplex universale, & partiale. Semina dorso striata, tum utrinque plana, & subalata, margine alato ala magna membranacea.

1299 SELINUM imperatoria

Icon. Taur. Vol. XIV. tab. 2.

Selinum foliis lobis tripartito dentatis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 174. *class. umbell. p.* 61.

Imperatoria (ostruthium). LINN. *spec. p.* 371. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 805.

Imperatoria major. BAUH. *pin.* 156. GARID. *aix tab.* 54.

Imperatoria. BAUH. *hist. III. p.* 137.

Imperatoria. MATTH.

OFF. Imperatoria.

Loc. Ubique in pratis nostris alpinis subhumidis, & ad rivulos praecipue. *PERENNE*

VIR. Summe acris, & aromatica radix est, magnamque principiorum activorum copiam tenet, et summo post absolutam fructificationem, aut primavere decerpta est, agit principiis gummosis, & resinosis, acribus, aromaticis, habet etiam aetherei copiam aliquam unguentibus. Humores attenuat, & solvit, valde solide unusmodat, calefacit, atque virtutes etiam habet antisepticas, quales iis in casibus, in quibus opportunum est vires excitare, atque instaurare. Masticata radix sialagogum praebet utile in infarctu sensu, in morbis serosis capitis, nec non in linguae debilitate, stomachi actionem excitat, et praesertim iners maceri sit incidendis, actioque fibrarum excitanda. Nec immerito laudatur ad menses palliudos in cachecticis, & pituitosis foeminis, immo clysteribus ex radice *Imperatoriae* infuso paratis vis tribuitur partum promovendi, inerti utero ad actionem excitato. In febribus quotidianis, tertianis anomalis autumnalibus, atque ipsa quartana febre commemoranda non est usus radicis *Imperatoriae*, quae humores incidentes, vasa aperiuntur, atque principium aliquod putridum viscidae lymphae inhaerens, quod solet hujusmodi febres sustinere, non modo a vinculis liberatur, sed aliquo tutiore emundatum naturae viribus deinde expellitur. Ad vermes necandos etiam dicitur conferre, utilem certo expertus tum in febribus indolis petiudaris sub larva catharralis, aut quotidianae febris procedentibus, in quibus acria, aromatica alexipharmaca, sudorifera remedia saepe requiruntur. Hujusmodi radix, ut planum est, principia habet exstimulantia, & calefacientia in fluidus ideoque, atque morbis flatulentis suas etiam praestat utilitates, sed habenda semper est ratio causae proximae morbificae, & eadem cum calefaciunt uterina hujusce radicis comparanda. Aliquam habet quoque vim ad urinam ciendam, ideoque hydropi dicitur succurrere. Hac super re puto non vere inter diuretica esse recensendam, neque loti suppressionem radice *Imperatoriae* posse sopiuuri, commendo autem in hydrope incipiente ex cachexia, quae roboris aromaticis exstimulantibus curanda sit. Radix *Imperatoriae* datur in substantia a drachma una ad drachmas duas, aut per infusionem ex aqua decoquitur a drachmis duabus ad drachmas sex.

1300 SELINUM sylvestre

Selinum foliis ovato-lanceolatis, seminibus oblongis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 177. *class. umbell. p.* 61.

Angelica foliis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. LINN. *spec. p.* 361.

Angelica foliis duplicato-pinnatis ovatis serratis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 806.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 151.

Angelica sylvestris major. BAUH. *pin.* 155. DOD. *pempt.* 318.

Angelica sylvestris magna vulgatior. BAUH. *hist. III. p.* 144.

Angelica salvatica. MATTH.

OFF. Angelica sylvestris.

Loc. Ad rivulos, & fossas in agro *Pedemontano* abunde. *BIENNE*

VIR. Ad Angelicam archangelicam accedit SELINUM sylvestre, non enim tamen habet olei aetherei quantitatem, minusque aromatica est. Principiis agit magis fi-

zis, tamen acribus, & aromaticis. Succedaneum haberi potest *Angelicae*; minus valet vi carminativa, neque adeo penetrantes particulas tenet. urinam evidentius promovet, potentior humores incidit. Utiliter radice hujus *Angelicae* cum emolumento uteti sunt in cachexia, serosis tumoribus, hydrope incipiente, & chlorosi pituitosarum foeminarum. Proficit etiam in quotidianis, & intermittentibus anomalis febribus. Datur in substantia a drachma una ad duas, in infuso ab uncia semisse ad unam. Licet tota planta activa sit, ex radice tamen medicina eliciatur, atque primo vere, aut autumno est effodienda.

1301. SELINUM cervaria.
Icon Taur. Vol. XIV. tab. 32.
Selinum foliis duplicato-pinnatis pinnulis semibilobis circumserratis HALL. *hist. tom. 1. n. 804.*
Selinum foliis conjugatim infarne appendiculatis, circumserratis, serris denticulatis. CRANTZ. *fasc. 3. ed. 2. p. 167. tab. 3. f. 1. alan. umbell. p. 59.*
Athamantha foliis pinnatis decussatis, inciso angulatis seminibus nudis LINN. *syst. 12. p. 207.*
Selinum cervaria. SCOP. *Fl. Carn. ed. 1. n. 331.*
Selinum cervaria. VILL. *prosp. p. 26.*
Oreoselinum apiifolio majus. TOURN. *inst. 318.* GARID. *Aix. tab. 72.*
Daucus montanus apiifolio major. BAUH. *pin. 151.*
Cervaria. RIV. *tab. 11.*
Libanotis altera quorumdam, aliis Cervaria nigra. BAUH. *hist. III. p. 165.*
Loc. Ad oras sylvarum locis saxosis siccioribus, collinis, & montanis. *Perenne.*
Vir. Non solet haec a Medicis adhiberi, sed efficaciam suam promittit; acris enim, odorata, aromatica radix est, a qua possunt virtutes aperientes, incidentes, carminativas expectari.

1302. SELINUM oreoselinum.
Icon Taur. Vol. XXII. tab. 90.
Selinum foliolis costa-refracta divaricatis, caule aequali subnudo. CRANTZ. *fasc. 3. ed. 2. p. 169. alan. umbell. p. 59.*
Selinum foliis triplicato-pinnatis, angulis divisionum obtusis. HALL. *hist. tom. 1. n. 803.*
Athamanta foliolis divaricatis. LINN. *spec. p. 352.*
Selinum oreoselinum. SCOP. *Fl. Carn. ed. 1. n. 330.*
Apium montanum folio ampliore. BAUH. *pin. 153.*
Oreoselinum CLUS. *hist. 195.*
Apium montanum nigrum. BAUH. *hist. III. p. 104.*
Loc. In pascuis siccis collium, & montium, atque etiam ad planitiem descendit. *Perenne.*
Vir. Quamvis haec planta in usum recepta non sit, suas tamen utilitates promittit, utaque planta non modo gustu acris, & aromatica est, sed & habet magnam volatilis odoris aromatici fragrantiam; aequum idcirco est, ut *Oreoselini*, & *Cervariae* stirpes Medici expectarent.

1303. SELINUM palustre.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 19.
Selinum sublactescens leve, foliis quadruplicato-pinnatis linearibus. HALL. *hist. tom. 1. p. 355.*
Selinum sublactescens radice unica. LINN. *spec. p. 350.*
Selinum (Thysselinum) umbellis retusis radice aspera. CRANTZ. *fasc. 3. ed. 2. p. 170. class. umbell. 59.*
Seseli palustre lactescens acre, foliis foeniculaceis sapore fervido. BAUH. *hist. III. p. 188.*
Selinum palustre. CRANTZ. *fasc. p. 172. tab. 4. f. 1.*
Loc. In paludosis la *Marsaja*, & ad lacum de *Virron*. *Bienne.*

1304. SELINUM argenteum.
Icon Taur. Vol. XXVIII. tab. 3.
Selinum petiolis argenteis, & viridibus, striis lineatis, semine alis latis albidis. CRANTZ. *fasc. 3. p. 43. tab. 14. f. 2.*
Loc. Pedemontii indigena. PERENNE.

1305. SELINUM Carvifolia Chabraei.
Icon Taur. Vol. XXI. tab. 65.
Selinum foliis multiplicibus radicalibus circa costam decussatis. CRANTZ *fasc. 3. tab. 3. fig. 2. Class. umbel. p. 62.*
Selinum foliorum vaginis, & foliorum segmentis longissimis. Id. ibid.
Peucedanum carvifolia foliis circa costam decussatis, caulibus longissimis, & multiformibus VILL. *prosp. p. 25.*
Carvifolia Chabraei. Stip. icon. p. 389.
Carvifolia VAILL. *tab. 5. f. 2.*
Loc. In pratis alpium non infrequens, atque etiam in pratis *Niceensibus* occurrit, tum in sylvis collium, & pascuis subhumidis agri *Taurinensis* circa la *Venaria* frequentem vidit Cl. BELLARDI. *Perenne.*

1306. SELINUM pseudo-carvifolia CRANTZ.
Selinum foliis triplicato-pinnatis, pinnis lanceolatis simplicibus, & trifidis. HALL. *hist. tom. 1. p. 356. n. 802. tab. 20.*
Selinum (carvifolia) caule sulcato acutangulo-involucro universali nullo; pistillis fructus reflexis. LINN. *spec. p. 350.*
Selinum carvifolia. LINN. JACQ. *hort. vindob. tab. 16.*
Selinum caule alato, foliolis bifidis, & trifidis. LINN. *Gott. 221.*
Laserpitium selinoides. SCOP. *Fl. Carn. 1. p. 198.*
Angelica tenuifolia. RIV. *pent. tab. 18.*
Selinum foliolis pinnatim laciniatis. GMEL. *Sib. 1. p. 204. tab. 43.*
Angelica tenuifolia. RUPP. *fl. Jen. p. 277.* DILL. *Giss. 127.*
Loc. Secus fossas in pratis humidis praesertim ad alpium radices. *Perenne.*

THAPSIA. LINN. *gen. n. 323. syst. n. 358.* TOURN. *tab. 171.*

Flores aequales, petalis integris lanceolatis, involucrum nullum. Semen oblongum utrinque magna ala cinctum, quae supra, & infra amplius truncata est, & emarginata.

1307. THAPSIA villosa.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 28.
Thapsia foliolis dentatis villosis basi coadunatis. LINN. *spec. p. 375.*
Thapsia latifolia villosa. BAUH. *pin. 148.* TOURN. *inst. 323.*
Thapsia quorundam hirsuta, & aspera Cicutae folio, flore luteo, semine lato, aliis Seseli peloponesiacum BAUH. *hist. III. part. 2. n. 35.*
Loc. In agro *Niceensi.* PERENNE.

3. ALA MARGINALI, ET DORSALI

ANGELICA. LINN. *gen. n. 319. syst. n. 344.* TOURN. *tab. 167.*

Semen alatum duabus alis marginalibus dorso tristriato, striis alatis alternis.

1308. ANGELICA archangelica.
Icon Taur. Vol. XIV. tab. 53.
Angelica foliorum impari lobato. LINN. *spec. p. 360.* CRANTZ. *class. umbell. p. 65.*
Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovato-lanceolatis serratis. HALL. *hist. tom. 1. n. 807.*
Angelica sativa. BAUH. *pin. 155.* GARID. *aix. tab. 32.*
Angelica major. DOD. *pempt. 318.*

Angelica domestica. MATTH.

VERN. Angelica.

LOC. Sponte in umbrosis subhumidis sylvis collium *Taurinensium*. BIENNIS.

VIR. Tota planta activa principia continet, quae copiosiora sunt in radice, & praesertim ejus in cortice. Conveniunt principiorum qualitate cum radice *Imperatoriae*, non adeo fortasse acris est, majoremque habet principii aromatici volatilis quantitatem. Virtus haec plantae convenientes, sed in febribus catharralibus mali moris, ut ubi sudor movendus sit, anteponitur radix ANGELICÆ, ad incidendum vero praefertur radix *Imperatoriae*. Magnam esse vim habet ad minima vasa aperienda, atque in iis paralyseos speciebus, quae non producuntur ex nervorum resolutione, sed ex vitioso humore in cellulari membrana haerente, & medullarem nervorum substantiam comprimente plurimum profuisse observavi. Caules enim teneriores edules sunt, ex aqua leviter decocti nec intoxavi, utilesque in pituitosis, & stomachi imbecillitate. Quae de *Imperatoriae* radice dixi sunt, eadem intelligenda de ANGELICA, cujus semina carminativa sunt Modus, & dosis adhibendi non differunt.

1309 ANGELICA leviticum.

Icon. TAUR. XXIII tab. 66.

Ligusticum foliis multiplicibus, foliolis superne incisis, floribus luteolis. CRANTZ. *fasc.* 3 *ed.* 2 *p.* 196 *class. umbell. p.* 80.

Ligusticum foliis multiplicibus, foliolis superne incisis. LINN. *spec. p.* 359.

Angelica montana perennis Paludapii folio. TOURN. *inst.* 313.

Angelica Paludapii folio. LAM. *Fl. Franç.* t. 111. *p.* 451.

Ligusticum vulgare an Libanotis ferulis Theophrasti. BAUH. *pin.* 157.

Ligusticum vulgare foliis apii. BAUH. *hist. III* 2. 128.

Ligusticum. LOB. *adv. p.* 313.

OFF. Ligusticum, s. Leviticum.

LOC. Hanc plantam *Alpicolae* nostri colunt: spontaneam habent *Ligures* inter *Savonam*, & *Genuam* observante LOBELIO. PERENNIS.

OBS. Semen alatum est ala laterali membranacea, atque tres costas in dorso habet subalatas, quarum duae laterales majores sunt.

VIR. Caules teneri, & folia edulia sunt, liguresque instar *Apii graveolentis* odore. Tota planta odore quodam aromatico fragrat, ea habent primi inter stirpes aromaticas, carminativas, calefacientes, resolventes, & speciatim emmenagogas; laudaturque potissimum ad foetus, & secundinas expulsionem promovendam; hunc in finem clysterum materiam praebet ex aqua decocta. Semina instar aliarum umbelliferarum carminativa sunt.

1310 ANGELICA Razulii.

Angelica foliis bipinnatis, foliolis lanceolatis, serratis decurrentibus. GOU. *illustr. p.* 13 *tab.* 6.

Panax alpina ebuli laciniatis foliis. BOCC. *tab.* 99.

Angelica aquatica angustifolia pyrenaica foliis cannabinae brevius. SCHOL. *Bot.* 167.

LOC. Cl. BELLARDI reperit in pratis *Grationey superioris*, & in pratis di *Viù* ultra *Sturam*. PERENNIS.

1311 ANGELICA verticillaris.

Angelica foliis divaricatissimis, foliolis ovatis serratis, caule pedunculis verticillatis. LINN. *mant. alt.* 217. JACQ. *Hort. Vindob. tab.* 130.

Imperatoria nodiflora. LAM. *Fl. Franç. tom.* 3 *p.* 417.

LOC. Secus torrentes provinciae *Aquensis*, & *Derconensis*. BIENNIS.

LASERPITIUM. LINN. *gen.* n. 306. *syst.* n. 341. TOURN. *tab.* 172.

Involucrum duplex, semina instructa duabus alis dorsalibus, & duabus marginalibus.

1312. LASERPITIUM latifolium.
Laserpitium foliolis cordatis inciso-serratis. LINN. *spec.* p. 356. HALL. *hist.* tom. 1. n. 791.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 146.
Laserpitium foliis latioribus lobatis. MORIS. *umb.* p. 68.
Libanotis latifolia altera, seu vulgatior. BAUH. *pin.* 157.
Libanotis Theophrasti quorundam Seseli Æthiopicum Matthioli cervaria alba. BAUH. *hist.* p. 164.
Loc. In sylvis montanis ubique abunde. PERENNE.
Vir. Non raro emarum acris cosmetica placita in usum haud venit, licet sensibilia principia virtutes promittant, quantum quidem ex analogia conjicere licet, videtur inter aromatica emmenagoga, atque aperientia sudorifica sedem suam mereri posse.

1313. LASERPITIUM gallicum.
Laserpitium foliolis cuneiformibus furcatis. LINN. *spec.* p. 357. CRANTZ *fasc.* III. *ed.* 2. p. 188.
Laserpitium trifurcatum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 415.
Laserpitium gallicum. BAUH. *pin.* 156. GARID. *aix.* tab. 58.
Laserpitium e regione Massiliae allatum. BAUH. *hist.* III. p. 157.
Loc. Locis siccis circa mare *Nicaeense*, & in ejus provinciae ad torrentem *Paillon*, nec non secus viam inter *Tenda*, & l'*Escarena*, ac in valle fluminis *Sturae* prope *Dimon*. PERENNE.
Vir. Insignis fere planta est. Dicitur calefacere, abstergere, & diuresim movere. Quantum quidem sensuum judicio conjicere licet, arbitror LASERPITII *gallici* radicem *Seseleos montani* radici posse aequiparari.

1314. LASERPITIUM selinoides.
Laserpitium foliolis pinnatifidis connatis laciniis suboppositis, nervis petiolisque hispidis. CRANTZ *fasc.* III. p. 182.
Laserpitium herbaceo-asperum, seminum alis dorsalibus nonnunquam crenulatis. CRANTZ p. 182.
Laserpitium foliolis lanceolatis integerrimis extimis coalitis. LINN. *spec.* p. 357.
Laserpitium prutenicum. HALL. *hort. Gott.*
Laserpitium gallicum. JACQ. *enum. Vind.* 118. SCOP. *Fl. Carn.* 1. p. 196.
Laserpitium daucoides prutenicum, viscoso semine. BREYN. *cent.* 167. *tab.* 84.
Laserpitium minus. RIV. *tab.* 63.
Loc. In dumetis, & sylvis ad alpium radices non infrequens, abunde circa *la Torre di Luserna*. BIENNE.

1315. LASERPITIUM Halleri.
Laserpitium foliis triplicato-pinnatis, lobulis lanceolatis. HALL. *hist.* tom. 1. p. 353. n. 795. *tab.* 19. CRANTZ *class. umbell.* p. 67.
Panax asclepium semine folioso. BAUH. *pin.* 158.
Laserpitium hirsutum. LAM. *Fl. Franc.* p. 1008.
Panaces asclepium alterum Dalechampii. LUGD. p. 740.
Loc. Copiosissime in pratis montis *Cenisii*, neque infrequenter in alpibus *cottiis*, & *Sabaudiae*. PERENNE.
Descr. LASERPITIUM *Halleri* differt a *Ligustico ferulaceo* foliis quadripinnatis, non tripinnatis, pinnularum segmentis brevioribus, & confertioribus se rursum erectis convenientibus, asperiusculis, & scabridis in caule, & adversa foliorum parte pilosis. Caules plerumque simplices esse solent. Umbella densissima. Involucra

utrinque folia simplicia sunt, & latiora Petioli foliorum in Ligustico *foruleceo* semiteretes, supra exsculpti; in LASERPITIO *Halleri* teretes, & striati, striis albis, & viridibus. Fructus in LASERPITIO *Halleri* certe quatuor alas habet, duas marginales, & duas dorsales, adeoque ad LASERPITII genus omnino pertinet.

SILER CRANTZ. *class. umbell. p.* 68 TOURN. *tab.* 171.

Differt a Laserpitio dorso non duas tantum, sed plures alas ferente

1316 SILER montanum.
Icon. Taur. Vol. XIV. tab. 74.
Siler foliis integris glabris longe ellipticis, fine aculeatis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 185 *class. umbell. p.* 68.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 145.
Laserpitium foliis duplicato-pinnatis, pinnulis integerrimis lanceolatis amplexibus, & ternatis. HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 353. *n.* 794.
Laserpitium foliolis ovatis lanceolatis integerrimis petiolatis. LINN. *spec. p.* 357.
Laserpitium montanum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 415.
Laserpitium quod seseli officinarum. BAUH. *pin.* 162.
Seseli, sive Siler montanum vulgare. BAUH. *hist. III. p.* 168.
Ligusticum. MATTH.
Off. Siler montanum.
Loc. Ad radices alpium, praecipue a rupium fissuris locis praecipitibus frequens prodit. *PERENNE.*
VIR. Succum resinosum aromaticum copiosum fundit vulnerata radix. Simile activum principium, sed parcius tota planta continet, quae fortiter odorata, & aromatica est. Radix maniere aciolegegon constituit. Solet quod nos ad Syrupi de Peucedano compositionem recipi, atque licet aliarum emollientium, nec non pectoralium etiam succi in hujusmodi remedii compositionem veniunt, major tamen pars pertinet ad SILERIS montani radicem. Hic Syrupus apud nos usitatus est in morbis pectoris certo neque praestans in suppuratis ex pituite, quae in pulmonibus congestionem fecerit, atque ex hac causa Physicis utilissimus exstitit. Non convenit in tussi ex acri, aut salso humore irritante, aut phlogosim faciente, neque opportunus est, si febris adsit, si sputa tenuia, aut spumosa sint. Urinam etiam blande promovet. Solet ex cochleari hujusmodi Syrupus exhiberi pectori vitiis unciarum duarum, aut etiam ad summum pondere intra nycthemerum. Profuit quoque podagricis, quando materie podagrica ad pulmones delata sputa crassa, & flava suppuratum imminente prodiit.

B. NON MARGINATÆ.

1. COSTIS SUBALATIS.

LIGUSTICUM LINN. *gen. n.* 308. *syst. n.* 343. TOURN. *tab.* 165.

Involucrum duplex semine ex ovato-acuminato intus plano quinque costato costis subalatis minime tomentis.

1317 LIGUSTICUM meum.
Icon. Taur. Vol. VII. tab. 99.
Ligusticum foliolis capillaribus. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 189. *class. umbell. p.* 82.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 303.
Meum athamanticum. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 761.
Athamanta (Meum) foliolis capillaribus seminibus glabris striatis. LINN. *spec. p.* 353.
Aethusa meum. LINN. *syst. ed.* 13. *p.* 237.

Seseli meum Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 350.
Daucus meum Clus. *hist.* 198.
Meum foliis anethi Bauh. *pin.* 148.
Meum vulgare, s. Imperi ursina Bauh. *hist. III part.* 2 *p.* 11.
Loc. In pascuis alpinis di *Viu*, *Vinadienses*, & parvi montis *Cenisii*, aliisque non raram Perenne.

1318. LIGUSTICUM mutellina. *Tab.* 60. *fig.* 2.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 86 *f.* 2. 3. 4. & *Vol. XXIV. tab.* 4.
Ligusticum foliis triste multifidis, caule subnudo. Crantz *fasc.* 3 *ed.* 2 *p.* 198. *class. umbell. p.* 82.
Phellandrium (mutellina) caule subnudo, foliis pinnatis Linn. *syst.* 10 *p.* 213.
Seseli foliis duplicato-pinnatis, pinnulis compinnatis, lobulis lanceolatis. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 763.
Seseli caule vix ramoso, umbella purpurea, pinnulis acute multifidis. Hall. *Helv.* 431.
Jacq. *vindob.* 123.
Phellandrium alpinum umbella purpurascente. Tourn. *Inst.* 307.
Meum alpinum umbella purpurascente Bauh. *pin.* 148.
Mutellina Bauh. *hist. III p.* 66.
Loc. In alpina prata di *Viù* frequens, atque in alpibus, quae inde versus *Sabaudiam*, & *Helvetiam* procedunt. Perenne.
Descr. Folia radicalia, petiolata, petiolo tereti longitudine foliorum fere aequante. Folia bipinnata, pinnulis consimilibus. Pinnulae omnes iterum pinnatae sunt, pinnulis confluentibus. Pinnulae primis ad pinnulam prodeuntibus modo bifidis, trifidis, modo quadrifidis. Pinnulae postremae, seu foliorum segmenta linearia acuto fine cum spinula. Sulco omnes parantur, splendida viridi in inferiori potissimum parte. Pinnulae omnes omnes plane lineares. Caulis nudus, striatus, firmus erectus, rotundus, ut tota planta glaber, supra medium semel, aut iterum bifidus, ad cujus divisionem folium unicum petiolo usque ad pinnulaium in cavam vaginam ramum amplexante amplificato, quae viridis est striata, margine membranaceo albicante. Folium hoc simile radicalibus, sed pinnulis plerisque simplicibus perfecte linearibus, & longioribus. Rami singuli umbellam gerunt, cujus involucrum universale nullum est. Pedunculi umbellae exsistantes vix nonnihil interioribus brevioribus angulati, striati, firmi, erecti. Involucra partialia, minima, dimidiata, foliolis linearibus longitudine pedunculorum exteriorum positi. Numero plerumque variant a n. 7 ad 13. Umbellularum flores vertunt similiter a n. 8 ad 12. erectae. Foliorum sapor acris aromaticus. Florent omnes fertiles. Petala dilute albido-purpurascentia, praesertim in exteriori parte. Petala non quidem emarginata, sed apice ad interiorem partem inflexo. Antherae didymae ex luteo-virentes, staminibus duobus brevioribus, stamina filiformia. Styli duo filiformes albi, qui admodum elongantur, & persistunt. Fructus Ligustici, sed immaturus alas foliaceas exhibet, quae in maturo fructu fere disparent.

1319. LIGUSTICUM ferulaceum. N. *Tab.* 60. *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 73. *Vol. XVII. tab.* 102.
Laserpitium dauricum. Jacq. *hort. vindob. cent.* 3. *tab.* 38.
Loc. Nascitur in alpibus *Vinadiensibus* loco dicto *li Barricade.* Perenne.
Descr. Caules aubitales, aeriti, statim ramosi, tres varo, aut bini solent ex caule rami ad magnos angulos divergentes prodire. Rami primi, deinde unum, aut duos ramos ferunt minus divergentes. Hi rami longeri nunc nudi, nunc unum folium habentes; atque ita se habere solent laterales. Caules striati Angelicae odore, firmi, glabri, medulla farcti. Folia ad ramorum ortum nascuntur. Folia caulina petiolum habent semiamplexicaule membranaceum, ora albente, ubi pinnulas accipere incipiunt, caeterum ex tereti triangulare, intus sulcatum, qui sulcus per mediam pinnulam porrigitur. Folia tripinnata primae, & secundae pinnulae petiolatae, petiolo, ut diximus, subtriangulo sulcato. Primariae pinnulae aslant asse numero septem, aut octo, aliandee quinque, ita tamen, ut pinnarum par unum continuata serie desinat in

pinnis minoribus secundis, tertiarum prima, & secunda sex pinnulis componitur, eadamque ratione in sequentibus pars uno pinnularum deficiunt. Ultimae pinnulae alternatim, aut pinnatim dentibus ad medium nervum, cum quo confluunt, acutae, dentibus linearibus acutis; extremum quartae pinnulae modo multa bifidum, modo trifidum, modo simplex est. Quartarum pinnularum dentes, modo simplices, modo bifidi, quandoque etiam trifidi. Tota planta glaberrima, unde virent. Substantia foliorum succulenta, dentes erecti, foliorum facies expansa. Florum petala cordata, alba, profunde incisa, antherae didymae, albescentes. Petalum unum paullo majus est. Involucrum universale ex foliolis, quorum petiolum membranaceum est, ora albicante, viride, profunde trifidum, & viride ad instar extremiarum pinnularum, alias bifidum, quandoque accedit unicum par pinnularum, deinde producto nervo trifidum fit. Folia involucri universalis ab octo ad duodecim. Umbellae quinderim plerumque erectis, angulatis, striatis pedunculis innixae. Involucrum partiale ex similibus foliis, simili numero, sed saepius simplicibus, aut tantum bidentatis. Flosculi viginti circiter. Styli parvi patentes, divergentes, reflexi primum albi, dein rubentes. Semina magna ovalia, gibba, tribus costis subalatis in dorso percursa.

1320 LIGUSTICUM pyrenaeum

Icon. Taur. Vol. XXII. tab. 91.

Ligusticum foliis quadruplicato-pinnatis, foliolis arliatis integris multifidisve. Gou. illustr. p. 14. tab. 10. f. 2.

Ligusticum pyrenaicum amplissimo, tenuique folio. Tourn. inst. 323.

Ligusticum ferulaceum. Lam. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 453.

Ligusticum vaginis foliorum tegmentis glabris arctissimis, caule ramis breviore. Vill. prosp. p. 25.

Loc. In alpibus *Valdensium* legit *Thomas* Prim. Perenne.

1321 LIGUSTICUM silaus.

Peucedanum (silaus) foliolis pinnatifidis lacinuis oppositis, involucro universali diphyllo. Linn. spec. p. 354.

Peucedanum foliis triplicato-pinnatis, nervo distinctis lanceolatis imparibus trilobatis. Hall. hist. tom. 1. n. 797.

Selinum (silaus) caule folioso, ramis ramosis virgatis. Crantz. class. umbell. p. 61. fasc. 3. ed. 1. p. 18.

Seseli (pratense) pinnis pinnatifidis planis ovato-lanceolatis. Crantz. fasc. 3. ed. 2. p. 209. tab. 6. fig. 1.

Jacq. *Fl. Austr.* tab. 15.

Laserpitium silaoides. Scop. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 329.

Seseli selinoides. Jacq. *Enum. Vindob.* p. 227.

Siler alterum pratense. Dod. pempt. 2. l. 5. c. 14.

Siseli pratense. Riv. tab. 57.

Seseli pratense monspeliacum. Lob. ic. 738.

Seseli primum pratense. Moris. umb. p. 17.

Peucedanum pratense. Lam. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 469.

Ligusticum silaus. Vill. prosp. p. 25.

Angelica pratensis apii folio. Tourn. inst. 313.

Seseli pratense, silaus forte Plinii. Bauh. pin. p. 162.

Loc. In pratis montanis non infrequens est. Perenne.

1322 LIGUSTICUM Peloponesiacum.

Ligusticum foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incisis. Linn. spec. p. 360. Crantz. class. umbell. p. 82.

Cicutaria latifolia foetida. Bauh. pin. 161.

Seseli peloponnesiacum Matth. seu cicutaria quibusdam. Bauh. hist. III. p. 184. Cam. epit. 514.

Loc. In Comitatu *Niceensi* circa *Sospello*, & la *Grandola*. Cl. Bellardi affirmat nasci in sylvis soli expositis di *Viù*. Perenne.

Descr. Involucrum universale ex quinque, aut sex foliolis, quorum alia lanceolata integerrima, alia simillima foliolis caulinis. Involucrum partiale ex duobus, aut tribus foliolis lanceolatis, integerrimis; petala sordide pallida, unco rutus inflexo. Stamina alba. Antherae didymae. Umbellae terminales flores habent stylis instructos, atque semina praebent; laterales, & inferiores stylis carentes abortiunt. Semen glabrum, oblongum non costatum, profunde sulcatum, sive striatum, ut in Ligusticis.

1323 LIGUSTICUM austriacum tab. 43.
Icon. Taur. Vol. XV. tab. 6.
Ligusticum foliis bipinnatis, foliolis confluentibus incisis integerrimis LINN. *spec. p.* 360.
Laserpitium foliis bipinnatis confluentibus umbellis nervo fistuloso. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 197. *Class. umbell. p.* 81. *sub Ligustico.*
Ligusticum peloponesiacum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 338.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 151.
Seseli alpinum, seu montanum primum Clusii, folio splendente, flosculis albis. BAUH. *hist. III. part.* 2. *p.* 168.
Seseli montanum, cicutae folio glabrum. BAUH. *pin.* 161.
Seseli primum montanum pannonicum. I. CLUS. 2. 193.
Loc. In Sabaudiae alpibus non rarum, frequens in monte *Cenisio*, atque in alpibus *de Viù*, & *Lanci*, & in pratis supra *Fenestrelles.* BIENNE.

1324 LIGUSTICUM simplex tab. 71. *fig.* 2.
Ligusticum (mutellinoides) *foliis pinnatis, pinnis decursivis linearibus, umbellae radiis alternis trifidis, caule simplici.* VILL. *prosp. p.* 25. *tab.* 8. *f.* 3.
Laserpitium (simplex) *scapo nudo aphyllo simplici foliis pinnatis multifidis acutis linearibus umbella semiglobosa.* LINN. *syst.* 12. *p.* 210. *mant.* 56.
Laserpitium foliis triplicato-pinnatis, pinnulis lanceolatis, involucris semitrifidis. HALL. *hist. n.* 796.
Loc. In editioribus pratis alpium frigidiorum saepius occurrit. PERENNE.

CONIUM. LINN. *gen. n.* 299. *syst. n.* 333.

Flores flosculosi foetides, involucrum duplex. Petala apice inflexo emarginata,
Fructus subglobosus. Semina intus plana quinquecostata,
costis subalatis repando-crenatis.

1325 CONIUM maculatum.
Icon. Taur. Vol. XXIV. tab. 72.
Conium seminibus striatis. LINN. *spec. p.* 349.
Cicuta. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 766.
Coriandrum (cicuta offic.) *caule maculato foetidum.* CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 211.
Conium (officinalis) *foetens, caule maculato.* CRANTZ. *class. umbell. p.* 98.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 156.
Conium (cicuta) *seminibus striatis.* NEKER. *tom.* 1. *p.* 142.
Cicuta major. TOURN. *inst. p.* 306. BAUH. *pin.* 160.
Loc. Nihil ad vias, & fossas, & sepes vulgatius in agro Pedemontano. ANNUA.
Vir. Cicutae universa planta scatet principio quodam virulento narcotico, quod leniter humores potenter coercet, fibrarum irritabilitatem minuit, & nervos peculiariter afficit. Eam non habet virulentiam stimulantem, quae inest Stramonio, & Belladonnae, neque etiam comparari potest cum Hyosciamo, & Oppio propter vim narcoticam, neque, ut nonnullae narcoticae stirpes, gangraenosae resolvit sanguinis constitutionem. Interim & a vetustissimis temporibus inter venena recensita est, cujus usum sequuntur anxietas, stupor, vertigo, mentis alienatio, secretionum suppressio, atque etiam paralysis &c. Quae omnia virulentam vim demonstrant. Nonnisi igitur ad externos usus adhibita olim cicuta est ad duros, difficilesque tumores resolvendos, atque familiare semper Medicis fuit in praescribendum in obstructionibus praesertim hepatis, & lienis emplastrum de cicuta cum

gummi ammoniaco. Nuperis autem temporibus post experimenta, quae suscepit Cl. Stoerck commendatum est extractum cicutae intus datum non modo ad scirrhi, & cancri curationem, verum etiam ad plures morbos difficiles superandos, uti amaurosim, cataractam incipientem, hydropem, asthma, mensium suppressionem, scorbutum, & luis venereae quaedam producta superanda, & obstructiones, tumoresve fere omnis generis vincendos, tantae porro virtutes refellunt Cl. Virorum experimenta, ego libere dicam quid viderim, & quid sentiam. Nullam autem curationem apud nos fuisse extractum cicutae sive Taurinensis, sive Vindobonensis, verus scrophulas, & varium scyrrhum non superavisse vidi certe profuisse in obstructionibus non vertit, quae aliis remediis non assurant, in contumaci rheumatismo, in dolore capitis periodico nervorum spasticas convulsiones inferente, in glandulis induratis, in asthmate ex lento humore in pulmonibus haerente, in mensium suppressione ex simili causa. Puto in amaurosi, & cataracta minime juvare posse si nervorum adsit debilitas; atque summam utilitatem accuratae constare in ea vi, qua potest partium sensibilitatem imminuere, atque efficaciter vasa expedire humores potentes, & sensim sine sensu resolvendo. In scorbuticis hominibus humorum resolutionem scorbuticam promovet; cancerosum autem, & venereum virus non amandat. Suspectum mihi remedium est, si vis fibrae torpeat, aut humores ad gangraenosam resolutionem inclinent. Hydrops, si ab obstructionibus sustineatur, levamen ab usu cicutae habere poterit propter sublatam caussam. Ratio dandi cicutam usitata probata temporibus est in extracto, quod lent igne paratum est, ne activae volatiles particulae avolent. Initium fieri solet a grana aliquot, quae dosis continuo sensim sine sensu adaugetur, usque dum commode ferat aeger; augenda autem dosis non est, si quaedam ex propriis phaenomenis afferat, atque usque dum natura aegrum bene assueverit, major ejus dosis est drachma una, quam summere aegri solent: sunt qui etiam unciam unam intra nychthemerum dederint, sed horum animosum exemplum insequendum non consulerem.

2. COSTIS SIVE STRIIS NUDIS.

a *Fructu subrotundo.*

CORIANDRUM. Linn. *gen. n.* 318. *syst. n.* 353. Tourn. *tab.* 168.

Flores radiantes, disco saepe abortiente. Petala cordata; involucrum duplex. Fructus bilocularis loculis monospermis, ovatus, aut didymus.

1326. CORIANDRUM sativum.
Coriandrum fructibus globosis Linn. *spec. p.* 367. Hall. *hist.* 1. *n.* 764.
Coriandrum (sativum) *fructibus globosis calyce instructis* Crantz. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 210.
Coriandrum majus Bauh. *pin.* 158.
Coriandrum. Cam. *epit. p.* 523.
Loc. Cl. Bellardi legit ad sepes in agro di *Scialge*. *Annuum.*

1327. CORIANDRUM testiculatum.
Coriandrum fructibus didymis. Linn. *spec. p.* 367.
Coriandrum minus testiculatum. Bauh. *pin. p.* 158. Tourn. *inst. p.* 316.
Coriandrum minus, odorum. Bauh. *hist.* III. *part.* 2. *&* 91.
Coriandrum alterum minus odorum Lob. *ic.* 706.
Loc. Passim in agris Comitatus *Nicaeensis*, *Oneliae*, & in valle *Stafora*. *Annuum.*

PHELLANDRIUM. LINN. *gen. n.* 315. *syst. n.* 330. TOURN. *tab.* 161.

Flores flosculosi fertiles. Involucrum universale nullum. Petala cordiformia inaequalia. Fructus subrotundus calyce persistente, & stylo acuminatus. Semen ex ovato-acutum, utrus planum obiter quinque-striatum.

1328 PHELLANDRIUM aquaticum
Icon Taur. Vol. XVIII. tab. 1.
Phellandrium foliorum ramificationibus divaricatis LINN. *spec. p.* 366. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 200.
Phellandrium foliis refractis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 737.
Ligusticum phellandrium. CRANTZ. *class. umbell. p.* 83.
Phellandrium. DOD. *pempt.* 391. TOURN. *inst. p.* 306.
Cicutaria palustris tenuifolia BAUH. *pin. p.* 161.
Phellandrium, vel Cicutaria aquatica quorumdam. BAUH. *hist. III. part.* 2. 183.
Oenanthe Phellandrium. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 432.
Loc. Circa lacus, & aquas stagnantes frequens est. *Annuum.*
Vir. PHELLANDRII semina in pulverem trita, & drachmae unius, vel alterius pondere exhibita dicuntur ulcera cancrosa sanare, atque etiam febres intermittentes tollere, quod non crediderim. Ego quidem nullas observationes habeo, neque hanc assertionem aliorum observationibus fulcire possum.

PIMPINELLA. LINN. *gen. n.* 328. *syst. n.* 363. TOURN. *tab.* 163.

Flores subradiati fertiles. Involucrum nullum. Petala cordata. Fructus subrotundus, aut subovatus. Semina latus plana, paullisper acuminata, dorso gibbo tricostata.

1329 PIMPINELLA saxifraga
Pimpinella foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, summis linearibus. LINN. *spec. p.* 378.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 395.
Pimpinella rotundifolia SCOP. *Fl. Carn.* 1. *p.* 209.
Tragoselinum minus Pimpinella minor. TABERN. *ic.* 88.
Tragoselinum foliis ovatis, pinnis ovatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 786.
Tragoselinum minus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 447. TOURN. 309.
Pimpinella pinnis subrotundis circumserratis BOEHM. *lips. p.* 202.
Pimpinella saxifraga minor. BAUH. *pin. p.* 160. MORIS. *umbell. p.* 13. *tab.* 5.
Loc. In pratis, & pascuis siccis ubique abunde. *Perennis.*

1330. PIMPINELLA magna
Icon Taur. Vol. XIII. tab. 35.
Pimpinella foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. LINN. *mant. alt. p.* 119.
Pimpinella foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis acutis. GER. *prov.* 253.
Pimpinella major. JACQ. *Fl. Austr. tom.* 4. *p.* 50. *tab.* 396.
Pimpinella major foliis pinnatis, foliolis cordatis, impari trilobo. HUDS. *fl. angl. p.* 110. *n.* 1.
Pimpinella saxifraga major umbella candida. BAUH. *pin.* 159.
Pimpinella (magna) foliis pinnatis, foliolis petiolatis ovato-acuminatis, duplicato-dentatis: infimis duobus, imparique trilobis, caeteris deorsum auriculatis. GOU. *illustr. p.* 10.
Loc. In pinguibus alpium pratis passim. *Perennis.*
Vir. PIMPINELLA *saxifraga*, & *magna* viribus conveniunt. Hisce stirpibus inest principium quoddam acre aromaticum inhaerens substantiae resinosae. Sive folia, sive radix masticata sialagogum constituunt, atque linguam fortiter vellicant. Oleum caeruleum haec planta praebet, a quo praesertim ejus virtus deducenda. Licet soleat etiam recipi radix, non minori tamen pretio habenda folia sunt. PIMPINELLA humores solvit, vasa extimulat, & aperit, adhibetur utiliter in

asthmate humido, in mensium suppressione, in hydrope incipiente. In febribus etiam catarrhalibus multis laudibus affertur. Apud Germanos frequens in usu est essentia PIMPINELLÆ. Radix exhibetur in menstruo vinoso, quam in aquosa decoquatur ab uncia una ad duas, aut etiam tres.

1331. PIMPINELLA pumila.
Pimpinella umbellis numerosissimis simplicissimis, compositisque JACQ. vind. 227 & *Fl. Austr.* tab. 49.
Seseli umbellis numerosissimis compositis, simplicibusque LINN. syst. 12. p. 215.
Apium (pumilum) umbellulis paniculatum, foliolis ternatis linearibus. CRANTZ. class. umbell. p. 102.
Apium (pumilum) umbellulis paniculatum, foliis linearibus peucedani. CRANTZ. fasc. 3. ad. 2. p. 213.
Seseli (pumilum). CRANTZ. class. umbell. p. 94.
Tragoselinum pumilum LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 448.
Seseli pusilla ramiferis, membranaceis oblongis integris foliolis linearibus sulcata pistill longitudine GER. prov. p. 233.
Selinum montanum pumilum CLUSII, *foliis fœniculi, aut Peucedani, flore albo semine Selini* BAUH. hist. III. part. 2. p. 17.
Tragoselinum caule erecto sulcato divaricato, foliis multifidis capillaribus. HALL. hist. helv. n. 788.
Oreoselinum tertium. TABERN. herb. part. 1. p. 343.
Saxifraga montana minor foliis Peucedani. MORIS. hist. 2. p. 274.
Selinum montanum pumilum CLUS. hist. p. 200.
Daucus montanus, multifido folio, Selini semine. BAUH. pin. 150.
Fœniculum minimum pumilum TOURN. inst. 311. SEGU. veron. tom. 2. p. 18.
Loc. Frequens in valle *Bardonache*, & valle *Maira*, atque minime rara in saxorum apricis secus flumina, & torrentes. BIENNIS.

1332. PIMPINELLA peregrina.
Pimpinella foliis radicalibus pinnatis incisis summis cuneiformibus incisis. LINN. spec. p. 378.
Apium peregrinum. CRANTZ. class. umbell. p. 101.
Apium peregrinum, foliis subrotundis. BAUH. pin. 153.
Daucus tertius Dioscoridis COLUMN. ecphr. 1. p. 128. tab. 109.
Loc. Cl. BELLARDI in sterilibus *Nicæensibus* ad portam di *Limpia*. PERENNIS.

AETHUSA. LINN. gen. n. 317. syst. n. 352. TOURN. tab. 160.

Flores flosculosi fertiles. Involucrum universale nullum. Petala cordata, inæqualia. Fructus subrotundus. Semen ovatum intus planum maxime gibbum quinque-costatum.

1333. AETHUSA cynapium.
Aethusa cynapium LINN. spec. p. 367. HALL. hist. tom. 1. n. 765.
Coriandrum (cynapium) caule divisito, involucellis dimidiatis pendulis. CRANTZ. fasc. 3. ed. 2. p. 211.
Cicuta minor, petroselino similis. BAUH. pin. 160.
Cicutaria fatua LOB. ic. 180. NECKER. tom. 1. p. 146.
Loc. Vulgaris ad sepes præsertim hortorum. ANNUA.
Vir. Petroselino similis AETHUSA facile per errorem obsonia, atque acetaria ingreditur, acris autem & virulenta planta est, quae stomachum male afficit, atque non modo anxietatem, cardialgiam, singultum, strangulatum, vertiginem, & delirium excitat ex male affecto ventriculo, sed & reliqua symptomata nervoso sistemati est stuporem, atque torporem inferens; non modo autem cavendum est, ne pro petroselino commendatur, verum etiam pro Cicuta majori adhibeatur, quum ejusdem resolventes proprietates non habeat, ut hucusque mihi interim AETHUSÆ, sive Cicutae minoris, quandu incaute deglutita fuerit una medela posita est in usu evacuantium primum emeticorum, deinde purgantium, atque deinceps in usu demulcentium, atque lenientium.

APIUM. Linn *gen. n.* 319. *syst. n.* 364. Tourn *tab.* 160

Flores flosculosi fertiles Involucrum vel nullum, vel paucorum foliorum. Petala integra inflexa aequalia. Fructus subrotundus minimus. Semen ovatum intus planum dorso tenuissime striato.

1334 **APIUM** graveolens.
Icon Taur. Vol. XXIII tab. 90.
Apium foliolis caulinis cuneiformibus Linn *syst.* 12. *p.* 217
Apium foliis pinnatis, pinnis trilobatis Hall *hist. tom.* 1. *p.* 348 *n.* 784.
Apium foliis infimis quinato-pinnatis, caulinis summis ternatis subsessilibus. Necker. *mon.* 1. *p.* 151.
Seseli graveolens. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 360.
Apium graveolens Crantz. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 215
Apium palustre, et Apium officinarum. Bauh. *pin. p.* 154.
Apium vulgare ingratius. Bauh. *hist. III part.* 2. 100
Apio palustre. Matth.
Off. Apium
Vern. Seleri
Loc. In fossis aquarum agri *Nicaeensis* Bienne, & *Annuum.*
Vir. Spontanea planta quidam acrimoniae aromaticae adjungit ingratum amaritiem, per culturam plurimum dulcescit, atque summa radix cum tenellis foliis edulis est, his cibus conveniens perutilis hominibus: blanda enim acrimonia aromatica stomachi actionem excitat, atque loti secretionem promovet. Radix recensetur inter aperientes, quae stimulando diuresim cient.

AMMI Linn *gen. n.* 297. *syst. n.* 331 Tourn *tab.* 159.

Flores subflosculosi fertiles. Involucrum duplex pinnatifidum Petala cordata inflexa inaequalia. Fructus exiguus subrotundus. Semen intus planum dorso tenuius striato.

1335 **AMMI** majus.
Ammi foliis inferioribus pinnatis lanceolatis serratis superioribus multifidis linearibus Linn *spec. p.* 349
Apium Ammi involucris pinnatifidis laciniis foliorum, caulis solis lanceolatis Crantz. *fasc.* 3. *ed.* 1. *p.* 217 *class. umbell. p.* 103.
Ammi majus. Bauh *pin. p.* 159 Tourn *inst. p.* 304
Ammi vulgare, majus, latioribus foliis, semine minus odoro Bauh *hist. III part.* 2. 27.
Off. Ammi
Loc. Secus vias atque in arvis non infrequens est *Annuum.*
Vir. Semina habentur ut carminativa, sed alia longe praestantiora existunt.

SESELI Linn *gen. n.* 322. *syst. n.* 357

Flores flosculosi fertiles. Involucrum partiale polyphyllum, universale vix ullum, aut nullum. Petala cordata inflexa. Fructus subrotundus, aut ovatus. Semen ovatum acuminatum, intus planum gibbum quinque-costatum.

1336 **SESELI** segetum.
Seseli segetum. Crantz. *class. umbell. p.* 91
Sison (segetum) foliis pinnatis, umbellis cernuis. Linn *spec. p.* 362
Sium arvense umbellis rarioribus Moris *ox.* 3. *sect.* 9. *tab.* 5. *f.* 6.
Sium foliis pinnatis, umbellis cernuis Hall *hist. tab.* 1 *n.* 779
Loc. Rarius inter segetes agri *Pinerolensis* reperta. *Annuum.*

1337 SESELI annuum.

Seseli petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. LINN. *spec. p.* 373. JACQ. *vind.* 225. & *Fl. Austr. tab.* 55.
Seseli (bienne) *caule erecto admodum folioso.* CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 24. *class. umbell. p.* 91.
Seseli foliis lanceolatis triplicato-pinnatis &c. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 762.
Pimpinella tenuifolia. RIV. *pentap.* 111. *tab.* 82.
Foeniculum sylvestre annuum tragoselini odore umbella alba. VAILL. *paris.* 54. *tab.* 9. *f.* 4.
Libanotis tenuifolia germanica. BAUH. *pin.* 158.
Loc. Nascitur in monte *S. Michaelis*, & in collibus *Montisferrati*, atque comitatus *Nicaeensis* frequens est. *ANNUUM*.

1338 SESELI glaucum.

Seseli petiolis ramisfeis membranaceis oblongis integris : foliolis singularibus, binisque canaliculatis laevibus, petiolo longioribus. LINN. *spec. p.* 372.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 144.
Seseli (osseum) *caule alto ramoso patente, geniculis osseis, ramis, & summe striis argenteis.* CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 207.
Seseli petiolis ramisfeis membranaceis oblongis integris, foliolis filiformibus, petiolo longioribus. GER. *p.* 253. *n.* 3.
Foeniculum sylvestre glauco folio. TOURN. *inst.* 311.
Loc. In collibus aridis agri *Nicaeensis* frequens est. *PERENNE*.

1339 SESELI hippomarathrum.

Seseli involucellis connato-monophyllis. LINN. *syst.* 12. *p.* 215. JACQ. *vind. p.* 214. & *Fl. Austr. tab.* 143. SCOP. *Fl. Carn.* 1. *p.* 222.
Seseli articulatum. CRANTZ. *fasc. pag.* 105. *tab.* 5. *f.* 1. & 2.
Hippomarathrum. RIV. *pent. irr. tab.* KRAM. *il. p.* 82.
Saxifraga pannonica. CLUS. *hist.* 196.
Loc. Frequens in provincia *Canapicensi*. *PERENNE*.

1340 SESELI tortuosum.

Seseli caule alto rigido, foliolis linearibus fasciculatis. LINN. *spec. p.* 373.
Foeniculum tortuosum. BAUH. *hist. III. part.* 2. 16. TOURN. *inst. p.* 311.
Seseli massiliense, foeniculi folio. BAUH. *pin.* 161.
Seseli massiliense, folio foeniculi crassiori. LOB. *ic.* 785.
Loc. Inter *Lucirame*, & *la Scarena* ad rupes. *PERENNE*.

1341 SESELI elatum.

Seseli caule filiformi rigido, foliis biternatis, foliis teretibus, fructibus scabris. GOU. *illustr. p.* 16. *tab.* 8.
Seseli caule elongato, geniculis callosis, foliis bipinnatis pinnis linearibus distantibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 215.
Apium montanum folio tenuiore. BAUH. *pin.* 153.
Loc. In pascuis sterilibus, & saxosis montium, atque etiam alpium passim adnascatur. *BIENNE*.

OENANTHE. LINN. *gen. n.* 314. *syst. n.* 349. TOURN. *tab.* 166.

Flores radiati, disco steriles. Petala inaequalia. Fructus ovatus, calyce insigni quinquedentato persistente coronatus. Semen ovatum aut acuminatum striatum, intus planum.

1342 OENANTHE fistulosa.

Oenanthe stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. LINN. *spec. p.* 365. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 201.
Oenanthe aquatica. BAUH. *pin.* 162. TOURN. *inst. p.* 313.
Oenanthe, sive filipendula aquatica. BAUH. *hist. III. part.* 2. *n.* 191.

Loc. Circa lacum *S. Michaelis Eporediae*, necnon circa oppidum *Arve* in *Sabaudia*, atque ad fossas prope lacum *de la Magdelaine* legit *Ignatius* MOLINERI. *PERENNIS.*

1343 OENANTHE globulosa.
Icon TAUR. *Vol. XI. tab.* 96.
Oenanthe fructibus globosis. LINN. *spec. p.* 365. GOU. *illustr. p.* 18.
Oenanthe lusitanica semine crassiore globoso. TOURN. *inst. p.* 313.
Loc. In herbidis, & subhumidis agri *Nicaeensis.* PERENNIS.

1344 OENANTHE crocata.
Icon TAUR. *Vol. XXV. tab.* 6.
Oenanthe foliis omnibus multifidis obtusis subaequalibus. LINN. *spec. p.* 365. JACQ. *hort. Vindob. tom.* 3. *tab.* 55.
Oenanthe chaerophylli foliis. BAUH. *pin.* 163.
Oenanthe cicutae facie, succo viroso crocante. LOB. *adv.* 326. *Act. Angl.* 1747. *n.* 480. *p.* 235. *tab.* 3.
Loc. Circa lacum *S. Michaelis* prope *Eporediam.* PERENNIS.
Vir. Haec OENANTHE, sicuti etiam *fistulosa* veneni suspicione non caret.

1345 OENANTHE pimpineloides.
Oenanthe foliolis radicalibus cuneatis fissis: caulinis integris linearibus longissimis convolutis. LINN. *spec. p.* 366.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 394.
Oenanthe foliis radicalibus ovatis incisis, caulinis integris linearibus longissimis amplicioribus. CRANTZ *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 201.
Oenanthe apii folio. BAUH. *pin.* 162. TOURN. *inst. p.* 312.
Oenanthe, sive filipendula monspessulana folio apii. BAUH. *hist. III. p.* 2. *n.* 190.
Oenanthe aquatica pimpinellae saxifragae divisura. PLUK. *alm.* 268. *tab.* 49. *f.* 4. *non bona.*
Enanthe II. MATTH.
Off. Oenanthe, s. Filipendula tenuifolia.
Loc. Passim locis subhumidis, & graminosis in comitatu *Nicaeensi* inter *Aqui*, & *Terzona* non infrequentem esse adnotavit *Ignatius* MOLINERI. In *Liguriae* etiam pratis occurrit. PERENNIS.

SMYRNIUM. LINN. *gen. n.* 315. *syst. n.* 360. TOURN. *tab.* 168.

Flores flosculosi, disci saepe abortivi. Involucrum nullum. Petala acuminata. Fructus subrotundus magnus ex duobus seminibus carinatis, dorso subrotundis, & tribus costis obtusis, & velut funiculis percurso, interius fere velut triangularis, neque ideirco tota plana, & contigua.

1346 SMYRNIUM olusatrum.
Icon TAUR. *Vol. XIII. tab.* 45.
Smyrnium foliis caulinis ternatis petiolatis serratis. LINN. *spec. p.* 376.
Smyrnium Matthioli. TOURN. *inst. p.* 316.
Hipposelinum Theophrasti, vel Smyrnium Dioscoridis. BAUH. *pin.* 154.
Macerona quibusdam, Smyrnium semine magno nigro. BAUH. *hist. III. part.* 2. 126.
Smyrnio. MATTH.
Loc. Abunde circa thermas *Vinadii.* BIENNE.

1347 SMYRNIUM nodiflorum *tab.* 72.
Icon TAUR. *Vol. XV. tab.* 63.
Ligusticum nodiflorum foliis cordatis profunde serratis acutis, caule ramis verticillato, umbellis inordinatis numerosissimis. VILL. *prosp. p.* 25. *tab.* 13. *f.* 2.
Angelica alpina ad nodos florida. TOURN. *inst.* 313. MISC. TAUR. *tom.* 5. *p.* 80. *n.* 90.

Loc. Abunde in sylvis, proximisque pratis *Viaudii*, & *Valdenses*. Abunde etiam circa *Tenda*, *Limone*, & *Bobbio*, in valle *Segusina*, nec non etiam *di Viù*. PERENNE.

Descr. Caules digiti, & ultra crassitie, tripedales, laeves, striati, brachiati, annui. Juxta ramorum longitudinem, atque in ipso nodo duo, tres, aut quatuor etiam unciales pedunculi radiatim nascuntur umbellas sustinentes. Ad pedunculorum ortum adest foliolum oblongum lanceolatum: ramos etiam umbellae terminant, similiter nascentes. Involucrum universale monophyllum, lineare, aristatum simile foliolo, quod subjectum est pedunculis umbellas gerentibus. Umbellae partiales tres, aut quatuor, cum flore uno sessili in medio umbellae, atque triflorae, aut quadriflorae sunt. Petala herbacei coloris unguibus gracilibus instructa, unco inflexo cordata. Filamenta longitudine petalorum antheras albescentes didymas sustinent. Styli albicantes brevissimi. Solum terminales umbellulae semina maturescere. Semina incurva dorso potius costato, quam striato, rugosa, magna, nec acuminata. Petioli foliorum rotundi, striati per firmam, breviumque vaginam nascentes. Petiolus in tres dividitur, quorum medius longior est, quilibet petiolus sustinet folia tria petiolata exovata lanceolata, profunde dentibus incisa, modo serrata, modo minime. Venosa glabra subtus pallentia folia sunt. Ex forma seminis media planta est inter SMYRNIUM, & LIGUSTICUM, sed ad SMYRNIUM potius videtur accedere.

b. *Fructu oblongo.*

BUPLEURUM. LINN. *gen. n.* 291. *syst. n.* 315. TOURN. *tab.* 163.

Flores flosculosi fertiles flavi aequales, atque folia ex toseria omnibus integra hoc plantam umbelliferae genus satis distinguunt. Semina autem in variis speciebus varia, oblonga, ovata, aut ex ovata acuminata, costata, aut simpliciter striata sunt.

1348 BUPLEURUM rotundifolium.

Icon Taur. Vol. VII. tab. 92.

Bupleurum involucellis universalibus nullis, foliis perfoliatis LINN. *spec. p.* 340.

Bupleurum caule brachiato ramosissimo, foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 767.

Bupleurum foliis ovatis perfoliatis CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 103.

Bupleurum perfoliatum rotundifolium annuum. TOURN. *inst. p.* 310.

Perfoliata vulgatissima, s. arvensis BAUH. *pin.* 277.

Perfoliatum simplicitur dicta annua vulgaris BAUH. *hist. III. part.* 2. 198.

Perfoliatum vulgatius flore luteo, foliis umbilicato. LOB. *p.* 171.

Perfoliata MATTH.

Loc. LOBELIUS in *Sabaudiae* segetibus. BOCCONE in *Sabaudiae* montibus adnotavit. TERRANEUS in *Uncliae* agro. In agris nostrum nullibi rarum, uti *Montisferrati*, comitatus *Nicaeensis*, & *Liguriae* passim nascitur. ANNUUM.

Vir. BUPLEURO rotundifolio, & *falcato* tribuerant olim vires eximiae vulnerariae, ita ut valeant etiam in herniis juvare, sed recentiores non immerito tantam efficaciam expunxerunt. In usum hisce temporibus non veniunt, neque videntur hae stirpes ultra vim aliquam adstrictoriam valere, quae certe in pluribus stirpibus longe efficacior est.

1349 BUPLEURUM falcatum.

Bupleurum involucellis pentaphyllis minimis, universali subpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoso. LINN. *spec. p.* 341.

Bupleurum foliis radicalibus petiolatis ellipsico-lanceolatis, caulinis falcatis, caule flexuoso. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 776.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 158.

Bupleurum (falcatum) foliis petiolatis falcato-ellipticis nudis CRANTZ. *fasc.* 3. *p.* 103.

Bupleurum foliis subrotundis, sive vulgatissimum. BAUH. *pin.* 278. TOURN. *inst. p.* 309.

Auricula leporis umbella lutea. BAUH *hist. III part* 2. 200.
Bupleurum angustifolium. TABERN. *ic.* 872.
Loc. Circa Arcem *Bosiliarum*. PERENNE.

350. BUPLEURUM longifolium.
Bupleurum involucellis pentaphyllis ovatis, universali subpentaphyllo; foliis amplexicaulibus LINN. *spec. p.* 341.
Bupleurum foliis imis petiolatis ovatis, superioribus amplexicaulibus ovato-lanceolatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 768.
Bupleurum montanum latifolium. TOURN. *inst. p.* 310.
Perfoliata montana latifolia BAUH. *pin. p.* 277.
Perfoliata montana. CAM. *hort.* 110. *tab.* 38.
Loc. TERRANEUS, & BOYERON in *Sabaudia* legerunt. PERENNE.

351. BUPLEURUM stellatum.
Icon TAUR. Vol. VI. tab. 95.
Bupleurum involucellis coadunatis, universali triphyllo. LINN. *spec. p.* 340.
Bupleurum foliis gramineis involucro peculiari octies marginato. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 772. *tab.* 18.
Loc. Ad rupes, & in pratis alpinis ubique frequens. PERENNE.

352. BUPLEURUM ranunculoides.
Icon TAUR. Vol. VII. tab. 96. 97.
Bupleurum involucellis pentaphyllis lanceolatis longioribus, universali triphyllo; foliis caulinis lanceolatis LINN. *spec. p.* 341. GOU. *illustr. p.* 8.
Bupleurum montanum gramineo folio. TOURN. *inst. p.* 310.
Perfoliata alpina angustifolia minima, vel Bupleurum angustifolium pyrenaicum. BAUH. *pin. p.* 277. *prodr.* 130.
Perfoliata minor foliis gramineis BAUH. *hist. III. p.* 199.
Loc. Nihil in pascuis alpium frequentius: etiam ad summas ascendit. PERENNE.

353. BUPLEURUM angulosum.
Bupleurum involucellis pentaphyllis orbiculatis, universali triphyllo-ovato; foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis LINN. *spec. p.* 341.
Bupleurum foliis radicalibus gramineis, caulinis ovato-lanceolatis amplexicaulibus, calycibus umbellorum quinquefoliis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 770.
Bupleurum (angulosum) *foliis lanceolatis gramineis, caulinis cordatis amplis, caule basi ramoso.* VILL. *prosp. p.* 23. *tab.* 6. *f.* 3.
Bupleurum alpinum angustifolium majus. TOURN. *inst. p.* 310.
Perfoliata alpina angustifolia major, sive folio angulosa BAUH. *pin.* 277. *prodr.* 129.
Loc. In subalpinis, & alpinis ad vias, & dumeta passim occurrit. PERENNE.

354. BUPLEURUM odontites.
Icon. TAUR. Vol. VII. tab. 94.
Bupleurum involucellis pentaphyllis acutis, universali triphyllo; flosculo centrali altiore, ramis divaricatis LINN. *spec. p.* 342.
Bupleurum caule brachiato, involucris utrinque pentaphyllis aristatis. HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 344. *n.* 772.
Bupleurum foliis linearibus; involucellis pentaphyllis; aristis rigidis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 319. *n.* 1.
Perfoliata minor angustifolia, Bupleuri folio. BAUH. *pin.* 177.
Perfoliatum angustifolium montanum. COL. *part* 1. *p.* 247.
Bupleurum divaricatum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 410.
Auriculae leporis affinis, odontitis lutea Valerandi, & Dalechampii. BAUH. *hist. III. part* 2. 201.
Loc. In pascuis sterilibus collium maxime rarum est. ANNUUM.

1355 BUPLEURUM semicompositum
Bupleurum umbellis compositis, simulque simplicibus LINN *spec* p 340
Bupleurum caule herbaceo, foliis lanceolatis, umbellis axillaribus, terminalibusque, seminibus scabris GOU *illustr.* p 9 tab 7 f 1.
Loc Circa *Villafrancam* in sterilibus versus *Sanct Ospitii*. ANNUUM.
DESCR BUPLEURUM semicompositum licet proximum BUPLEURO *odontiti*, ab eo tamen plurimis notis differt Magnitudine minus est; rami in *Odontite* magis divaricati, & fere ad angulum rectum Caules in *Odontite* evidenter striati, in altero levius vix striati. Folia in *Odontite* linearia sessilia, acuminata, in semicomposito ex lineari principio in ovatum aut ellipticum formam abeuntia cum spinula. Involucrum universale in *Odontite* ex quinque inaequalibus foliis. Involucrum partiale ex quinque similibus, sed inaequalibus foliis involucri partialis folia post florescentiam concava Tum involucri partialis, tum universalis foliola transparentia sunt tribus nervis insignibus viridibus, & inter nervos transversis lineis viridibus percursa Involucrum partiale patentissimum Florescentiae tempore Flores umbellarum saepius undecim. Umbellae quatuor, aut quinque, aut sex, interdum radiis inaequalibus, interioribus brevioribus Centralis umbella sessilis esse solet Petala lutea intus rufescentia In semicomposito folia involucri partialis viridia, minora, non transparentia, nervis levissimis subhirsutis Petala florum longe minora, albicantia fere, floribus fere sessilibus, centrali aliquantulum pedunculato patentius autem maturis fructibus Fructus subhirsutus Involucrum universale fit ex quinque foliolis inaequalibus similibus foliis involucri partialis, sed longioribus. Radii umbellarum vix longiores sunt involucro universali, cum in *Odontite* multo longiores sint. Flores in BUPLEURI *semicompositi* singulis umbellis quinque, aut sex.

1356 BUPLEURUM Gerardi
ICON TAUR *Vol. XXVII. tab.* 61.
Bupleurum involucris, & involucellis pentaphyllis, foliolis linearibus subulatis GER *flor. gall. prov.* p. 233 cum icone
JACQ. *Fl Austr.* tab 036.
Loc In sterilibus, & arvis incultis agri *Taurinensis*, & *Cuneensis* frequens est, uti etiam in valle *Maurianensi* circa *S Jean*, & *S. Michel* ANNUUM

1357 BUPLEURUM junceum
Bupleurum caule erecto paniculato, foliis linearibus, involucris triphyllis, involucellis pentaphyllis LINN *spec* p 343
Bupleurum caule ramosissimo, umbellis petiolatis, involucris pentaphyllis petiolo brevioribus HALL. *hist* tom 1 n 775
Bupleurum floribus solitariis, & umbellatis GER. p 234. n. 9
Bupleurum minimum angustifolium BOTT *monsp* TOURN *inst* 309 ENUM NIC. p. 190.
Bupleurum minus angustifolium monspeliense RAI *hist* 474.
Loc Habitat in agro, & comitatu *Nicaeensi* rarius quidem, sed tamen identidem secus et agros invenitur in *Liguria*, *Montisferrato*, atque *Astensi* provincia *Laurentius* TERRANEUS in *Sabaudia* collegit ANNUUM

1358 BUPLEURUM tenuissimum
Bupleurum umbellis simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris LINN *spec* p 343
Bupleurum caule ramosissimo, umbellis alaribus paucifloris, involucris pentaphyllis lanceolatis, petiolis longioribus HALL. *hist* tom. 1 n 774
Bupleurum tertium minimum. COL. *ecphr* 1 p 85 tab 247 MORIS. *hist*. 3. p. 300. f 9 tab 14 f 4
Bupleurum angustissimo folio. BAUH *pin* p. 278 TOURN *inst* p 310.
Auricula leporis minima BAUH *hist* III *part*. 2 201
Loc In agro *Nicaeensi* ANNUUM.

FOENICULUM. TOURN. *inst. p.* 311. *tab.* 164.

Flores flosculosi ferulae. Involucrum nullum. Petala aequalia integra. Fructus ovato-oblongus. Semen oblongum, parum gibbum, nihil arcuatum, uttus planum, dorso quinque costatum.

1359 FOENICULUM officinale.
Icon. Taur. Vol. XXVII. tab. 110.
Anethum fructibus ovatis. LINN. *spec. p.* 377.
Ligusticum foenic. offic. foliis linearibus longis. CRANTZ. *class. umbell. p.* 81.
Foeniculum dulce majore albo semine. BAUH. *hist. II. part.* 2. & 4.
Foeniculum dulce. BAUH. *pin.* 147.
Foeniculum, s. Meum vulgatius dulce. LOB. *ic.* 775.
Finocchio. MATTH.
Vern. Fenou.
Loc. Circa *Pinerolium.* In comitatu *Nicaeensi*, & in provincia *Umbae.* PERENNE.
Vir. Semina acria, aromatica, oleum aethereum habentia propter vim comminuentem multi fiunt, praesertim in colica flatulenta, atque morbis ex stomachi imbecillitate, quae flatibus originem praebeat.

CARUM. LINN. *gen. n.* 327. *syst. n.* 362. TOURN. *tab.* 160.

Involucrum utrumque deest. Petala cordata aequalia incisa. Semina ovalia, profunde striata, intus plana.

1360 CARUM Bonum.
Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 39.
Carum umbellis sepemfidis, foliis radicalibus bipinnatis linearibus, caulinis subsessilibus. LINN. *syst.* 14. *addend. p.* 733.
JACQ. *hort. vindob. tab.* 198.
Daucus petroselini, vel Coriandri folio. BAUH. *pin.* 150.
Saxifraga montana minor petroselini, seu Coriandri folio. MORIS. *hist.* 3. *p.* 274. *s.* 9. *tab.* 2. *f.* 16.
Seseli bonum, foliis pinnatis incisis, caulinis seraceis decompositis. VILL. *prosp. p.* 24.
Loc. In vineis *Savergii.* Cl. DANA, circa *Lucernam*, & secus flumen *le Cluson* in valle *Fenestrellanam* etiam provenit, atque, observante Cl. BELLARDI, non infrequens est locis sterilibus prope *Monasters*, aliisque locis calidioribus *Tarantasiae.* ANNUUM.

1361 CARUM carvi. LINN. *spec. p.* 378.
Icon. Taur. Vol. XV. tab. 85.
Apium (carvi offic.) pennis conjugatis circa costam se se decussantibus. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 218. *class. umbell. p.* 101.
Seseli Carum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 361.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 393.
Carvi. TOURN. *inst. p.* 306.
Cuminum pratense, Carvi officinarum. BAUH. *pin.* 158.
Seseli Carum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 435.
Seseli Carum. VILL. *prosp. p.* 24. GER. 255. DOD. 299.
Vern. Carova.
Loc. Ubique in pratis montanis, & alpium. BIENNE.
Vir. Semina CARVI conveniunt vi carminativa aromatica cum seminibus foeniculi majorem adhuc continent olei principii quantitatem, atque Alpicolis familiarem medicinam constituunt in morbis flatulentis. Menses etiam cient, atque utiliter adhibentur praesertim iis in foeminis, in quibus ob facilem nervorum spasmum menses subsistunt, ac parcius fluunt.

BUNIUM. LINN. *gen. n.* 868. *syst. n.* 332. TOURN. *tab.* 161.

Flores aequales fertiles. Petala aequalia cordata, apice reflexo. Fructus ovali-longior, fere cylindricus. Semina subulites striata, nuda. Radix carnoso-tuberosa.

1361 **BUNIUM** bulbocastanum. LINN. *spec. p.* 349.
Ligusticum bulbocastanum involucris invenis, radice bulbosa. CRANTZ. *class. umbell. p.* 83.
Bunium bulbo globoso. SAUV. *monsp.* 256.
Bulbocastanum majus, folio Apii. BAUH. *pin.* 162. TOURN. *inst.* 307.
Nucula terrestris. LOB. *hist.* 429. MORIS. *hist. sec.* 9. *tab.* 2. *p.* 474. *fig.* 5.
Enanthe I. MATTH.
Loc. In pascuis, & agris montanis. *PERENNE.*
Vir. Radicis apud Alpicolas ex aqua decoctae comeduntur.

1363 BUNIUM minus.
Bunium foliis uniformibus, involucro polyphyllo, fructibus subcylindricis, apice crassioribus, stylis reflexis deciduis. GOU. *illustr. p.* 10.
Bulbocastanum minus saxatile peucedani folio. TOURN. *inst. p.* 307.
Cyminum bulbosum. COL. *ecphr. p.* 2. 20.
Loc. In editioribus montibus *Liguriae. PERENNE.*

SISON. LINN. *gen. n.* 311. *syst. n.* 346. TOURN. *tab.* 162.

Involucrum utrumque adest, sed paucifolium. Petala cordata aequalia. Fructus ovato-oblongus, sed minor in praecedentibus. Semina subulites striata.
CARUM, BUNIUM, & SISON affinia adeo genera sunt,
ut aegre distingui possint.

1364 **SISON** Amomum.
Icon. TAUR. Vol. XXI. tab. 34.
Sison foliis pinnatis, umbellis erectis. LINN. *spec. p.* 362.
Seseli Amomum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 355.
Cicuta Amomum. CRANTZ. *class. umbell. p.* 96.
Sium aromaticum, Sison officinarum. TOURN. *inst. p.* 308.
Sison, sive officinarum Amomum. BAUH. *hist. III part.* 2. 107.
Sison, quod Amomum officinis nostris. BAUH. *pin.* 154.
Sison aromaticum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 458.
Loc. Ad sepes in provincia *Canelensi*, & *Derthonensi*, nec non in comitatu *Nicaeensi. BIENNE*, & *ANNUUM.*

ÆGOPODIUM. LINN. *gen. n.* 330. *syst. n.* 365.

Flores exteriores inaequales, interiores aequales, petalis profunde cordatis.
Involucrum utrumque deest. Semina magna oblonga convexa,
profunde striata, nuda.

1365 **ÆGOPODIUM** Podagraria.
Icon. TAUR. Vol. XIV. tab. 35.
Ægopodium foliis caulinis summis ternatis. LINN. *spec. p.* 379.
Ligusticum foliis caulinis summis ternatis, radice repente. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 200. *class. umbell. p.* 83.
Podagraria. RIV. *tom.* 4. HALL. *hist.* 1. *n.* 759.
Ægopodium foliis inferioribus biternatis sessilibus, caulinis superioribus ternatis. NEKER. *tom.* 1. *p.* 153.
Seseli aegopodium. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 359.
Angelica sylvestris minor, sive erratica. BAUH. *pin.* 155.

Angelica sylvestris repens. BAUH. *hist. III p.* 145.
Loc. Ad sepes admodum frequens, & in pratis umbrosis vulgatis planta est. PERENNE.

CRITHMUM. LINN *gen. n.* 323 *syst. n.* 337

Flores aequales, fertiles. Semen ovale, intus planum, tota superficie cohaerens, dorso tribus obscuris costis percussum.

1366 CRITHMUM maritimum.
Crithmum foliis lanceolatis carnosis. LINN. *spec. p.* 354.
JACQ. *hort. vindob. tab.* 187.
Crithmum maritimum foeniculum minus. BAUH. *pin.* 288.
Critmo I MATTH.
Off. Crithmum, s. foeniculum marinum.
Loc. In muris vetustis Comitatus *Nicaeensis*, *Uneliae*, & locis calidioribus vallis *Scafarca*, & ad rupes mari proximas; etiam in muris Castellorum, in collibus calidioribus *Taurinensium*, *Astensium*, & *Montisferrati* occurrit. PERENNE.

C. FRUCTU LONGO SUBCYLINDRICO.

SIUM. LINN. *gen. n.* 310. *syst. n.* 345. TOURN. *tab.* 162.

Flores aequales fertiles. Petala aequalia cordata. Fructus oblongo-ovatus. Semina ovata, leviter striata, intus plana, calyce minimo coronata.

1367 SIUM latifolium.
Sium foliis pinnatis umbella terminali. LINN. *syst.* 11. *p.* 211.
Sium foliis pinnatis argute dentatis, umbellis erectis. HALL. *hist.* 1. *n.* 777.
Coriandrum (latifolium) caule argute angulato, foliis lanis pinnatis serratis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 152.
JACQ. *fl. austr. p.* 42. *tab.* 66.
Sium latifolium. BAUH. *pin.* 154.
Sium RIV. *pent.* 78.
Loc. In agro *Vercellensi* ad aquas lente fluentes minime rarum vidit *Cl.* BELLARDI. PERENNE.

1368 SIUM angustifolium.
Sium foliis pinnatis umbellatis axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. LINN. *spec. p.* 1672.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 67.
Sium berula. GOU. *fl. monsp. p.* 218.
Sium erectum. HUDS. *angl. p.* 103.
Sium minus. RIV. *pent. irr. tab.* 78.
Sium foliis radicalibus ovatis pinnatis dentatis, caulinis appendiculatis, umbellis alaribus. HALL. *hist. Helv. n.* 778.
Sium erectum umbella brevi, seu pastinaca aquatica. RAI. *hist. p.* 444.
Apium sium. CRANTZ. *fasc.* 215.
OED. *Flor. Dan. tab.* 247.
Loc. Ad lente fluentes aquas, & fontium scaturigines in agro *Pedemontano* passim occurrit. PERENNE.

1369 SIUM nodiflorum.
Sium foliis pinnatis, umbellis axillaribus sessilibus. LINN. *spec. p.* 361.
Sium foliis radicalibus ovatis pinnatis dentatis, caulinis appendiculatis, umbellis alaribus. HALL. *hist.* 1. *n.* 778.
Sium nodiflorum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 353.

Sium aquaticum procumbens ad alas floridum MORIS. *hist.* 3 *p.* 283 *s.* 9. *tab.* 5 *f.* 3.
Cicuta nodiflora. CRANTZ *class umbell. p.* 97.
Sium repens JACQ. *Fl. Austr. tab.* 260.
Loc. Cl. BELLARDI prope *Sospello* ad rivulos subhumidos. *PERENNE.*

1370 SIUM falcaria.
Sium foliolis linearibus decurrentibus connatis. LINN *spec. p.* 362.
Sium foliis firmis tereribus pinnatis, nervo foliorum lanescente. HALL. *hist.* 1 *n.* 781.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 257.
Seseli foliis tereribus decurrentibus connatis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 208.
Seseli falcaria. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 354.
Eryngium arvense foliis serratis. BAUH. *pin.* 386.
Crithmum umbelliferum BAUH. *hist. III p.* 195.
Falcaria. RIV. *tab.* 47.
Loc. Circa *Candelo*, & in agro *Nicaeensi.* *PERENNE.*

MYRRHIS. HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 329. TOURN. *tab.* 266.

Semina longa striata, stylo superstite longo rostrata.

1371 MYRRHIS odorata.
Icon TAUR. *Vol. VII tab.* 126.
Myrrhis foliis triplicato-pinnatis mollibus, seminibus sulcatis maximis. HALL. *hist.* 1. 753.
Scandix (odorata) seminibus sulcatis angulatis. LINN. *spec. p.* 368.
Myrrhis odorata. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 341.
Chaerophyllum odoratum. CRANTZ. *class. umbell. p.* 75.
Myrrhis major, vel Cicutaria odorata. TOURN. *inst.* 315.
Chaerophyllum odoratum. LAM. *fl. franc.*, *tom.* 3. *p.* 439.
Myrrhis magno semine longo sulcato. BAUH. *hist. III part.* 2. *p.* 77.
Loc. In pinguibus pratis alpinis *Vinadii*, & *Valderiis* abunde, uti etiam *Fenestrellarum*, & circa *Limone.* *PERENNIS.*
Vir. Grata, & suaviter odorata planta est anisum spirans, quae apud Alpicolas in obsoniis recipitur. Iidem utuntur hac MYRRHIDE ad flatus discutiendos, menses pellendos, & lac augendum in nutricibus. Neglecta in officinis planta est, quae caeterum vires carminativas, & resolventes promittit: unde exhibetur in colica flatulenta, & tympanite. Extus applicata dicitur (ex Alpicolarum observatione) lac in mammis concretum resolvere.

1372 MYRRHIS hirsuta.
Icon TAUR. *Vol. VII tab.* 101. & *Vol. XXII tab.* 96.
Chaerophyllum caule aequali, foliolis incisis acutis, fructibus hiantibus. LINN. *syst.* 12 *p.* 114.
Myrrhis radice praelonga, foliis triplicato-pinnatis acutis, seminibus cylindricis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 751.
JACQ. *fl. austr. tab.* 148.
Chaerophyllum caule aequali, seminum striatorum corniculis maxime distantibus. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 144.
Scandix hirsuta. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 350.
Chaerophyllum cicutaria. VILL. *prosp. p.* 16.
Cicutaria alba, & rubra. LUGD. 789.
Myrrhis palustris latifolia alba. TOURN. *inst. p.* 315.
Cerefolium latifolium hirsutum album, & rubrum. MORIS. *hist.* 3. *p.* 304. *s.* 9. *tab.* 19. *f.* 6.
Myrrhis palustris. RIV. *pent. tab.* 50.
Myrrhis braccambergensis folio Myrrhidis tenuiore, flore albo, radice crassa nigra. BAUH. *hist. III par.* 1. *p.* 78. BAUH. *pin. p.* 160.
Seseli montanum cicutae folio subhirsutum. BAUH. *pin.* 161. *Mapp. alf.* 208.
Cicutaria latifolia hirsuta. BAUH. *hist. III part.* 2. *p.* 182.
Loc. Vulgaris est in alpibus. *PERENNIS.*

1373 MYRRHIS aurea.
Chaerophyllum caule aequali, foliolis incisis, seminibus coloratis sulcatis mucitis. LINN. *syst.* 11 *p.* 214.
Cerefolium foliis hirsutis patulis cordatis, seminibus rhacure striatis. HALL. *hist.* tom. 1. n. 749.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 64.
Myrrhis perennis alba minor, foliis hirsutis, semine cureo. MORIS. *class. umbell.* 281. RUPP. *jen.* 3. *p.* 281. tab. 5. TOURN. *inst.* p. 315.
Loc. In sylvis umbrosis, & pratis *Fenestrellensium*, usque vallis *S. Martini* PERENNIS.

1374 MYRRHIS bulbosa.
Chaerophyllum caule geniculis tumidis, basi hirto. LINN. *syst.* 11 *p.* 214.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 63.
Myrrhis radice bulbosa, caule inferius hirto, superne levi, foliis triplicato-pinnatis acute incisis. HALL. *hist.* 1. n. 751.
Myrrhis caule inferiori hirsutissimo, superne glabro. WILL. *disp.* p. 7.
Myrrhis foetens. RIV. tab. 49.
Cicutaria pannonica. CLUS. *hist.* 202.
Cicutaria odorata bulbosa. BAUH. *hist.* III *part.* 2. *p.* 183.
Cicutaria bulbosa. BAUH. *pin.* 161.
Loc. In sylvis inter flumen *Sangon*, & *Moncalerii*. ANNUA.

1375 MYRRHIS temula.
Chaerophyllum caule scabro, geniculis tumidis. LINN. *spec.* p. 370.
Myrrhis foliis hirsutis, laciniis obtusis, caule geniculato. HALL. *hist.* tom. 1. n. 750.
Chaerophyllum caule maculato scabro, geniculis tumidis, umbellis floridis deliquantis. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. n. 190.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 65.
Chaerophyllum flosculis marginalibus monochinis, centralibus abortivis. NEKER. *tom.* 1. *p.* 147.
Chaerophyllum sylvestre. BAUH. *pin.* 152.
Loc. Ad sepes, oras sylvarum, & in dumetis vulgare, locis tamen calidioribus agri *Pedemontani* ANNUA.

1376 MYRRHIS pecten veneris.
Icon. Taur. Vol. VII tab. 101.
Scandix seminibus rostro longissimo. LINN. *syst.* 11 *p.* 222.
Myrrhis semine cornu longissimo. HALL. *hist.* tom. 1. *p.* 754.
Chaerophyllum (*pecten veneris*) *minimum fructu evidentius rostrato*. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 189. *class. umbell.* p. 75.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 263.
Scandix seminibus subulatis. GER. p. 251. n. 1.
Scandix semine rostrato vulgaris. TOURN. *inst.* p. 326. BAUH. *pin.* 151.
Pecten veneris. BAUH. *hist.* III *part.* 2. *p.* 71.
Loc. Ubique inter segetes ANNUA.

1377 MYRRHIS australis.
Scandix seminibus subulatis hispidis, floribus radiatis, caulibus laevibus. LINN. *spec.* p. 369.
Chaerophyllum australe. CRANTZ. *class. umbell.* p. 76.
Scandix semine rostrato italica. BAUH. *pin.* p. 78.
Loc. In agris collium *Nicaeensium*. ANNUA.

3. COSTIS TECTIS VILLO, AUT SETIS.

LIBANOTIS Hall. *hist. tom.* 1 *p.* 365.

Involucrum ex foliolis integris; semina striata, villo tecta, non setis rigidis, aut uncinatis.

1378 **LIBANOTIS** montana *tab.* 62.
Icon Taur. Vol. XVIII. tab. 47 & 48.
Libanotis foliis triplicato pinnatis, pinnulis primis decussatis, umbellis globosis. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 744.
Athamanta (libanotis) *foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis.* Linn. *syst.* 12. *p.* 207. Gou. *illustr. p.* 12.
Libanotis montana foliis bipinnatis planis infimis subalbicantibus, umbellis involucellis instructis. Crantz. *class. umbell. p.* 106.
Jacq. *Fl. Austr. tab.* 391.
Libanotis Rivinians. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 316.
Libanotis minor, apii folio minor. Bauh. *pin.* 157. *prodr.* 77.
Daucus montanus pimpinellae saxifragae hirsutae folio. Pluk. *alm.* 129. *tab.* 173. *fig.* 1. Riv. *tab.* 37.
Loc. Ad oras sylvarum in pascuis, & in pratis macilentis locis collinis, montanis, ac subalpinis frequentius obvia est. *Biennis.*

1379 **LIBANOTIS** creticus.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 86. *f.* 1.
Libanotis foliis hirsutis triplicato-pinnatis, lobulis profundissime bipartitis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 745.
Athamanta (creticus) *foliis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hirsutis.* Linn. *spec. p.* 352.
Libanotis (daucus creticus offic.) Crantz. *fasc. III. ed.* 2. *p.* 219.
Libanotis cretinus. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 314.
Libanotis rupestris ejusdem n. 315. *tab.* 9.
Jacq. *Fl. Austr. tab.* 62.
Daucus creticus verus dioscoridis. Lob. *p.* 323.
Ligusticum alpinum meleifolio, longoque folio, nvi montanus, umbella candida. Bauh. *pin. p.* 150.
Daucus creticus semine hirsuto. Bauh. *hist. III. p.* 56.
Libanotis hirsuta. Lam. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 498.
Dauco primo. Matth.
Off. Daucus creticus.
Loc. E rupium fissuris locis apricis montanis, & alpinis. *Perennis.*
Vir. Dauci *cretensis* semina acria sunt, aromatica, & aperientia: vix tamen in usum veniunt.

DAUCUS. Linn. *gen. n.* 296. *syst. n.* 330. Tourn. *tab.* 261.

Involucri universalis folia profundissime pinnatifida. Umbellae per aetatem connivens contracta. Semina ovalia, costata, aut striata, tecta setis rigidis uncinatis.

1380 **DAUCUS** carota.
Icon Taur. Vol. XIII. tab. 94.
Daucus seminibus hispidis, petiolis subtus nervosis. Linn. *spec. p.* 348.
Daucus involucris radiis communibus pinnatis, peculiaribus lineari-lanceolatis. Hall. *hist.* 1. *n.* 746.
Caucalis (daucus offic.) *involucris pinnatifidis.* Crantz. *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 117.

Caucalis (carota) CRANTZ. *class. umb.* p. 113.
Pastinaca tenuifolia sylvestris Dioscoridis. BAUH. *pin.* 151.
Daucus vulgaris TOURN. 307. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 450.

Loc. In pratis ubique. *BIENNIS.*

Var. DAUCUS *sativus*, *sylvestris* varietas esse videtur: utriusque radices omnino conveniunt odore, & sapore. *Sativi* autem radices longe majores sunt, carnosae, succulentae, saporis suavis leviter aromatici, bonumque alimentum suppeditant. Blande humores incidunt, abstergunt, atque urinam pellunt, & in cibo iis commendantur, qui cachectici scorbutici sunt, aut calculo obnoxii. Verum etiam saccharum ex Dauci radice obtinetur. Multis laudibus affirmatus est succus ex ipsa radice expressus, ulceribusque cancrosis impositus. Dolores eorum mitigatos vidi, atque prae aliis medicamentis terribile hoc malum haud fuisse hocce remedio exasperatum. Nondum autem licuit observare hujusmodi ulcera fuisse coarctata, aut ad sanationem perducta. Carcinomata, quae jam sanata, cancrorum hujusmodi succo sanatorum, ad alia ulcera non vere cancrosa pertinent. Conducit in oris ulceribus succus cum mellis conjunctus, utilisque externus esse videtur in tumoribus internarum partium excoriationibus. Radices DAUCI *sylvestris* inter exsiccantia, aperientia, & diuretica recenseri merito possunt. Semina commendantur ad calculum pellendum, atque eorundem infusum vinosum datur ad febres intermittentes tollendas, hujusmodi remedii genus non ita nuper adhibitum in iis febribus intermittentibus maxime vehementiae, & inordinatis, quas non raro tollunt, ... ante paroxysmum exhibita. Semina DAUCI in substantia dantur a drachma semis ad drachmam unam, in infuso a drachma una ad drachmas tres. Ex flosculo centrali carnoso pulchrum obscure-fuscum colorem *Carmin* eliciebat *Franciscus* PEYROLERI cum additamento succi limonum.

1381. DAUCUS montanus tab. 61. fig. 1.
Icon Taur. Vol. XVII. tab. 48.
Daucus seminibus hispidis, flosculo centrali sterili carnoso, receptaculo nimium hemisphaerico. LINN. *spec.* p. 348.
Caucalis hispanica. CRANTZ. *class. umbell.* p. 113.
Daucus hispanicus umbella maxima. TOURN. *inst.* p. 308.
Pastinaca tenuifolia sylvestris umbella majori. BAUH. *pin.* 151.
Pastinaca tenuifolia sicula hirsuta crispa. MORIS. *hist.* 3. p. 325. tab. 13. f. 3.

Loc. In pratis agri *Nicaeensis.* *BIENNIS.*

1382. DAUCUS hispanicus.
Icon Taur. Vol. XX. tab. 63.
Daucus seminibus aculeatis, umbellis sterili nullo caule nudo. GOU. *Illustr.* p. 9.
Daucus gummifer N. MISC. TAUR. *tom.* 5. p. 32. n. 104.
Daucus lucidus gummifer. TOURN. 308. BOCC. *mus.* tab. 21.

Loc. In agro *Nicaeensi.* *BIENNIS.*

Descr. Caulis totus pilis hirtus. Folia ex vagina non emarginata viridi tantum excipiente. Rami etiam aspeni. Caulis tripedalis ramosus, ramis alternis, umbellis terminali. Folia infera supra plana, subtus nigrescentia. Foliola pinnatifida, segmentis duorum, aut trium partium mixtum. Umbellulae aequales sine flore centrali carnoso. Umbella de more generis contracta post florescentiam. Folia involucri universalis petiola plano membranaceo bi trifida: partialis vero profunde trifida. Semen ut in DAUCO *Carota*, sed majus.

CAUCALIS. Hall. *hist. tom.* 1. *p.* 323 Tourn. *tab.* 171.

Involucrum ex foliolis non pinnatifidis, sed integris paucifolium, quod interdum deest. Semina striata, aut costata tecta aculeis, aut setis rigidis uncinatis.

1383 CAUCALIS grandiflora.
Icon Taur. Vol. XIV tab. 58.
Caucalis involucris angulis pentaphyllis, foliolo unico duplo majore. Linn. *syst.* 14. *p.* 265.
Caucalis umbellis planis, petalis extremis, & involucris maximis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 740.
Caucalis petalis extimis maximis. Crantz *class. umbell. p.* 110 *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 224.
Caucalis umbella confertа, petalis duobus exterioribus, involucellis longioribus maximis. Ger. *p.* 237 *n.* 6.
Caucalis involucro regulari pentaphyllo, petalo exteriore maximo. Scop. *Fl. Carn. p.* 327 *n.* 1.
Daucus grandiflorus Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 308.
Jacq. *Fl. Austr. tab.* 54.
Caucalis arvensis echinata magno flore Tourn. *inst. p.* 323. Bauh. *pin.* 152.
Lappula canaria, flore pulchro magno albo Bauh. *hist. III part.* 2. *p.* 79.
Loc. Passim in arvis collinis. *Annua.*

1384. CAUCALIS latifolia.
Caucalis umbella universali trifida, partialibus pentaspermis, foliis pinnatis serratis. Linn. *syst.* 14. *p.* 265.
Jacq. *hort. vindob. tab.* 148.
Caucalis involucris, & involucellis pentaphyllis, foliis pinnatis. Ger. *prov.* 237.
Caucalis arvensis echinata latifolia. Tourn. *inst.* 323. Bauh. *pin.* 152. Garid. *tab.* 23.
Lappula canaria latifolia, s. Caucalis Bauh. *hist. III part.* 2. *p.* 80.
Echinophora 4. major platyphyllos purpurea Col. *part.* 1. 97.
Loc. In arvis collium calcareorum *Montisferrati*, & comitatus *Nicaeensis* circa *Segusium*, & *Augustam Praetoriam* etiam nascitur. *Annua.*

1385 CAUCALIS leptophylla.
Caucalis involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis. Linn. *syst.* 14. *p.* 265.
Caucalis lacinia foliorum perangustis, seminum aculeis rigidis. Crantz *fasc.* 3. *ed.* 2. *p.* 225.
Caucalis involucro universali nullo, involucellis pentaphyllis, umbella bifida, seminibus hispidis. Gou. *Fl.* 285.
Caucalis arvensis echinata parvo flore, & fructu. Tourn. *inst.* 323. Bauh. *pin.* 152.
Caucalis procumbens Riv. *pent.*
Lappula canaria, flore minore tenuifolia. Bauh. *hist. III p.* 80.
Loc. Inter segetes collium frequens. *Annua.*

1386 CAUCALIS maritima.
Caucalis umbella bifida, umbellulis dispermis, involucris semine brevioribus linearibus. Gou. *h. p.* 135. *n.* 1.
Caucalis pumila maritima. Bauh. *pin.* 153.
Caucalis involucro universali diphyllo, partialibus pentaphyllis. Ger. *galloprov. p.* 237. *tab.* 10.
Loc. In agro *Nicaeensi*. *Annua.*

1387. CAUCALIS nodiflora.
Icon Taur. Vol. XIV tab. 59.

Tordylium (nodosum) *umbellis simplicibus sessilibus, seminibus exterioribus hispidis.* LINN. *spec. p.* 346.
JACQ. *Fl. Austr. app. tab.* 24.
Caucalis nodosa. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 313.
Caucalis nodiflora. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 424.
Caucalis nodosa echinato semine. BAUH. *pin.* 153. *prodr.* 80.
Loc. Ad limites agrorum, & in pascuis saxosis collium calidiorum *Montisferrati*, & comitatus *Nicaeensis* frequens planta est. *ANNUA.*

1388 CAUCALIS anthriscus.
Tordylium (anthriscus) *umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis.* LINN. *spec. p.* 346.
Caucalis foliis duplicato-pinnatis, nervo molliorse hirsutibus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 742.
Caucalis lucensis foliorum latis, seminibus ovatis, aculeis rectis. CRANTZ. *class. umbell. p.* 3. *fasc.* 3. *ed.* 1. *p.* 226.
Caucalis anthriscus. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 311.
Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus. BAUH. *pin.* 153. *prodr.* 80.
Loc. Vulgaris ad sepes, & dumeta locis praesertim collinis, & montanis. *ANNUA.*

1389 CAUCALIS nodosa.
Icon. Taur. Vol. VII. tab. 104.
Scandix seminibus subcylindraceis hispidis, caule hispido, geniculis tumidis. LINN. *spec. p.* 369.
Chaerophyllum nodosum. CRANTZ. *class. umbell. p.* 76.
Myrrhis nodosa annua, semine aspero. MORIS. *H. R. Bles.* 288.
Chaerophyllum sylvestre alterum, geniculis seminibus. TOURN. *inst. p.* 314.
Myrrhis nodosa. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 441.
Loc. In vineis, & sterilibus comitatus *Nicaeensis*, & *Liguriae* minime rara est. *ANNUA.*

1390 CAUCALIS aequicolorum.
Scandix (anthriscus) *seminibus ovatis hispidis, corollis uniformibus, caule laevi.* LINN. *spec. p.* 368.
Caucalis vaginis lanuginosis, foliis triplicato pinnatis, seminibus rostratis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 743.
Caucalis scandix. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 311.
Chaerophyllum anthriscus. CRANTZ. *umbell. p.* 76.
JACQ. *Fl. Austr. p.* 214. *tab.* 154.
Myrrhis sylvestris seminibus asperis. BAUH. *pin.* 160.
Myrrhis sylvestris aequicolorum. COL. *ecphr.* 1. *p.* 110. *tab.* 112.
Loc. Cl. BELLARDI in muris prope *Mercatvello*, & *Fregomanno*. *ANNUA.*

4. SEMINIBUS LÆVIBUS, SIVE NON STRIATIS.

CHÆROPHYLLUM. HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 323. TOURN. *tab.* 166.

Semina longa laevia rostrata.

1391 CHÆROPHYLLUM sylvestre.
Icon. Taur. Vol. XX. tab. 57.
Chaerophyllum caule striato, geniculis tumidiusculis. LINN. *spec. p.* 369. NEKER. *p.* 144.
Cerefolium foliis acute dentatis triplicato-pinnatis glabris, nervis hirsutis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 748.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 149.
Chaerophyllum caule sulcato, seminibus laevibus non striatis nigris. CRANTZ. *fasc.* 3. *ed.* 1. *p.* 192. *class. umbell. p.* 77.
Chaerophyllum sylvestre. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. 318.
Chaerophyllum sylvestre perenne Cicutae folio. TOURN. *inst. p.* 314.

Myrrhis sylvestris seminibus laevibus Bauh. *pin.* p. 160.
Loc. In pratis montanis. *Perenne.*

DANAA.

Character consistit in fructu didymo ex seminibus binis subrotundis non striatis, utrique nucleum liberum non continentibus.

1391 **DANAA** aquilegifolia *Tab.* 63.
Icon. Taur. Vol. XXI tab. 66
Ligusticum (Lobelii) *foliis ternatis, foliolis incisis, lateralibus alternis lanceolatis, caule paucifloro* Vill. *prosp.* p. 14
Ligusticum alterum Belgarum Lob. *obs.* 447 *Icon* 786 *Lugd.* 744
Loc. Nascitur frequens in tumosis apricis collium *Taurinensium*, atque subalpinorum omnium. *Perennis.*
Descr. Radix ex tribus, aut quatuor majoribus teretibus radicibus composita, sat longis, & parum fibrosis. Folia ad radicem plura; caulis autem subnudus erectus pauciter ramosus, ramos caulis umbellas terminales. Caulis striatus viridis teres glaber. Ad ramorum ortum aut foliolum unicum, quandoque foliolum profunde trifidum. Folia petiolo insident tereti, & striato palmum circiter longitudinis, qui deinde in tres petiolos uncialis longitudinis dividitur, medio petiolo longiore. Hi petioli in tres alios breves petiolos explanatos dividuntur, & subfoliaceos, quorum quilibet suum foliolum gerit, horum quodlibet profunde ad petiolum trifidum est, sive tria alia foliola sustinet lanceolata lobata, aut unum trifidum, medio profunde trifido; lobi omnes inciduntur dentibus modo tribus, modo quatuor, qui ovati sunt cum spinula. Dentium interius in lateralibus minor esse solet, profundiores in medio segmento. Folia glabra sunt, utque subtus nervis veluti reticulata. Involucrum universale octophyllum ex foliolis lanceolatis, aristatis, inaequalibus, partiale itidem triphyllum ex foliolis similibus. Umbellularum pedunculi seni sunt, rotundi, unciales, & ultra. Umbellulae quindecim. Radii umbellularum viginti circiter. Flos albus. Petala unguibus brevissimis instructa ex ovata forma in caudam abeunt lanceatam, emarginatam, quae totum versus florem ad unguem ortum inflectitur. Stamina extima petalis longitudinem aequantia. Antherae didymae albicantes. Styli duo distincti divergentes. Fructus globosus, veluti didymus ex duobus seminibus in apice paullulum acuminati. Hujusce plantae semina immatura lineis viridibus loco striarum ornantur, quae in maturo semine evanescunt. Semina nigra sunt, & laevia intus, cum autem summum maturitatum acquirunt, rugas aliquot contrahunt. Propter defectum omnium striarum, seminumque laevitatem peculiare genus hanc plantam mereri mihi visa est, quam libentissime inscribo nomini *Cl.* Dana olim mei discipuli, nunc in meum locum suffecti, ut benevolentiae & existimationis, qua egregium hunc virum prosequor, publicum testimonium reddam.

CLASSIS VII.

PLANTÆ FLORE PENTAPETALO, NEC GYMNODISPERMÆ.

I. STAMINIBUS CONNEXIS.

GERANIUM LINN. gen. n. 746. syst. 2. 832. TOURN. tab. 142.

Calyx in nostris pentaphyllus. Stamina decem. Stigmata quinque. Capsulae quinque circa communem axem positae, caudatae, monospermae.

PEDUNCULIS MULTIFLORIS.

1393. GERANIUM ciconium.
Icon Taur. Vol. V. tab. 59.
Geranium pedunculis multifloris pentandris, foliis pinnatis pinnatifidis obtusis LINN. *spec. p.* 951.
Geranium petiolis multifloris, foliis pinnatis, pinnis laciniatis, dentatis, alterius maximis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 946.
JACQ. *hort. vindob. tab.* 18.
Geranium pedunculis subumbellatis, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis, pinnatifidis obtusis. BURM. *ger. p.* 29. *n.* 28.
Geranium apulum alterum odorum coriandrifolio COL. *part.* 1. *p.* 135. ENUM NIC. *p.* 185.
Geranium coriandrifolio odorum BAUH. *pin.* 319.
Loc. Nicaeae ad sementas, & quandoque etiam in collibus calidioribus agri *Pedemontani.* ANNUUM.

1394. GERANIUM cicutarium.
Icon Taur. Vol. V. tab. 62.
Geranium petiolis multifloris, caule procumbente, foliis duplicato-pinnatis, pinnis acute incisis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 944.
Geranium pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis, caule ramoso LINN. *syst.* 10. *p.* 454.
Geranium pedunculis multifloris, foliis pinnatis duplicato-incisis filamentis fertilibus tuberculatis, seminibus nudis. NEKER. *tom.* 2. *p.* 290.
Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis. BURM. *ger. p.* 32. *n.* 33.
Geranium cicutae-folio minus, & supinum. BAUH. *pin.* 319.
Loc. Nascitur ubique in pascuis, & ad vias locis macilentis vulgatissimum. ANNUUM.

1395. GERANIUM moschatum.
Icon Taur. Vol. V. tab. 63.
Geranium pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis, cotyledonibus pinnatifidis LINN. *spec. p.* 951.
Geranium petiolis multifloris, caule diffuso, foliis ovatis pinnatifidis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 945.

JACQ. *hort. vindob. tab.* 55.
Geranium cicutae folio moschatum. BAUH. *pin.* 319.
Geranium moschatum folio ad Myrrhidem accedente majus, & rarius. BAUH. *hist. III p.* 479.
Loc. Nicaeae reperitur. ANNUUM.

1396 GERANIUM malacoides
ICON TAUR. Vol. XIV. tab. 100.
Geranium pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis cordatis sublobatis. LINN. *spec. p.* 952.
Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis lobatis, petiolis inaequalibus. GER. *p.* 432. *n.* 3.
Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis cordatis sublobatis. BURM. *ger. p.* 31. *n.* 34.
Geranium folio altheae. BAUH. *pin.* 318.
Geranium malvaceum. BAUH. *hist. III p.* 476.
Loc. Circa *Nicaeam* oritur. ANNUUM.

1397 GERANIUM maritimum.
Geranium pedunculis subtrifloris, floribus pentandris, foliis cordatis incisis crenatis scabris, caulibus procumbentibus. LINN. *syst.* 11. *p.* 454.
Geranium pusillum maritimum, altheae, seu Betonicae folio. PLUCK. *phyt.* 31. *f.* 4.
Geranium minimum procumbens, foliis betonicae. MORIS. *hist.* 2. *p.* 510. *s.* 5. *tab.* 15. *fig.* 10.
Geranium pusillum, supinum, maritimum altheae, aut betonicae folio, nostras. RAJ. *hist. p.* 1056. TOURN. *inst. p.* 268.
Loc. Secus vias *Nicaeae* ad loca mari proxima. ANNUUM.

PEDUNCULIS BIFLORIS

1398 GERANIUM macrorrhizon.
ICON TAUR. Vol. V. tab. 61.
Geranium pedunculis bifloris, calycibus inflatis, petalis integris, pistillo longissimo, stirpe dichotomo. LINN. *syst.* 11. *p.* 455.
Geranium batrachioides odoratum. BAUH. *pin.* 318.
Geranium batrachioides alterum. DOD. *pempt.* 63.
Loc. In monte *Cenisio* ubi dicitur supra *Tendam* observavit *Ignatius* MOLINERI. PERENNE.

1399 GERANIUM phaeum
ICON TAUR. Vol. X. tab. 56. 69.
Geranium pedunculis subbinis oppositifoliis, calycibus subaristatis, caule erecto, petalis undulatis. LINN. *syst.* 12. *p.* 455.
Geranium foliis rugosis hirsutis semiseptilobis, lobis dentatis, petiolis serratis connatis. HALL. *hist. stirp.* 1. *n.* 934.
Geranium pedunculis bifloris, foliisque alternis, calycibus subaristatis, caule erecto. BURM. *ger. p.* 19. *n.* 11.
Geranium montanum fuscum. BAUH. *pin.* 318.
Geranium phaeum flore reflexo. BAUH. *hist. III p.* 471.
Loc. Crescit in lapidosis umbrosis alpinis, & subalpinis. In *Sabaudia* frequentius. *Felix* VALLE secus viam observavit, quae ab *Exillee* ducit ad *Chaumont.* PERENNE.

1400 GERANIUM palustre
ICON TAUR. Vol. V. tab. 57.
Geranium pedunculis bifloris longissimis declinatis, foliis quinque lobis incisis, petalis integris. LINN. *spec. p.* 954.

Geranium caule diffuso, foliis rugosis semiquinquelobis, lobulis trifidis, floribus sparsis, petalis integerrimis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 933.
Geranium batrachioides palustre, flore sanguineo DILL. *hort. elth. p.* 160 *tab.* 174.
Loc. Ad lacum montis *Cenisii* legi hanc Geranii speciem. *PERENNE.*

1401 GERANIUM nodosum.
Icon Taur. Vol. V. tab. 58.
Geranium pedunculis bifloris, petalis emarginatis, foliis caulinis trilobis integris serratis, summis subsessilibus LINN. *syst.* 11. *p.* 455.
Geranium nodosum BAUH. *pin.* 318.
Geranium magnum folio trifido BAUH. *hist. III.* 478.
Loc. In umbrosis sylvis *Taurinensibus* in montanis, & subalpinis frequens admodum est. *PERENNE.*

1402 GERANIUM sylvaticum.
Geranium pedunculis bifloris, foliis subpeltatis quinquelobis inciso-serratis, caule erecto, petalis emarginatis LINN. *spec. p.* 954.
Geranium caule erecto, foliis rugosis septilobis, lobis acute serratis, petalis emarginatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 932.
Geranium pedunculis bifloris, foliis peltatis inciso-serratis, caule erecto BURM. *ger. p.* 20. *n.* 11.
Geranium batrachioides folio aconiti BAUH. *pin.* 317.
Geranium batrachioides aliud folio rotundo oriente Clusii. BAUH. *hist. III. p.* 476.
Loc. In dumetis umbrosis alpium, praecipue ad earum radices; in sylvis umbrosis alpinis, & in pascuis etiam laetioribus editiorum alpium, ut circa thermas *Vinadienses* in valle di *Lente* in pratis supra arcem *Finistrellarum* frequenter occurrit. *PERENNE.*

1403 GERANIUM pratense.
Geranium pedunculis bifloris, foliis subpeltatis multipartitis rugosis acutis, petalis integris. LINN. *syst.* 12. *p.* 455.
Geranium caule erecto, foliis rugosis hirsutis multifidis, lobis trifidis lobatis semipinnatis, floribus umbellatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 931.
Geranium pedunculis bifloris, foliis peltatis multipartitis rugosis pinnato-laciniatis acutis BURM. *ger. p.* 21. *n.* 16.
Geranium batrachioides BAUH. *hist. III. p.* 475.
Geranium IV. MATTH.
Geranium 3 batrachioides majus CLUS. *hist.* 2. *p.* 100.
Loc. Abunde in montanis, & subalpinis. *PERENNE.*
VIR. Propter vim vulnerariam commendatur GERANIUM *pratense.* Acidum principem, atque ulteriorem adstrictam videtur continere. Apud nos in usum minimum venit, sed tamen & ipse odor vires medicinales promittit, quum aliquid terebinthinacei principii videatur ostendere.

1404 GERANIUM robertianum.
Icon Taur. Vol. V. tab. 60.
Geranium pedunculis bifloris, calycibus pilosis decem-angulatis LINN. *spec. p.* 955. BURM. *de Geran. n.* 18.
Geranium foliis duplicato pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus striatis hirsutis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 943.
Geranium foliis tri-quinquepartito-pinnatifidis, caulibus decumbentibus: calyce piloso decangulari. NEKER *tom.* 2. *p.* 291.
Geranium robertianum primum BAUH. *pin.* 319.
Geranium robertianum murale BAUH. *hist. III. p.* 480.
Geranium V. MATTH.
Loc. Ad sepes, & semitas in umbrosis collibus, & montanis ubique. *BIENNE.*

Vir. Evidenti, & valido principio acido instructum est GERANIUM robertianum, sed praeterea salinas oleosas particulas habet, quibus aliquantum abstergit, & resolvit. Etiam edulcatum vulnerarium vim habet, unde ad vulnerum retentionem, & oris ulcera consolidanda. Dicitur etiam profuisse in ipso cancro; ii ejus decoctione concerem ulcus abluatur, atque herba contrita eidem imponitur: ad quod ad cancrum pertinet, certiore experimento desideratum. In urinae ceneno, & mensium immodico fluxu, si causa morbum sustinens sit fibrarum laxitas, & debilitas, opportunum, & efficax remedium est.

1405 GERANIUM lucidum
Geranium pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis elevato-rugosis, foliis quinquelobis rotundatis. LINN. spec. p. 955.
Geranium foliis subrotundis, semiquinquelobis, lobis obtusis, calycibus transversim rugosis. HALL. hist. tom. 1. n. 942.
Geranium lucidum saxatile. BAUH. pin. 318.
Geranium lucidum. BAUH. hist. III. p. 481.
Loc. Ex agro Nicaeensi possideo. *ANNUUM.*

1406 GERANIUM molle
ICON. TAUR. Vol. V. tab. 65. 66.
Geranium pedunculis bifloris, foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, caule erectiusculo, calycibus muticis. LINN. syst. 12. p. 455.
Geranium foliis mollissimis hirsutis reniformibus semiquinquefidis, lobis semitripartitis obtusis. HALL. hist. tom. 1. n. 939.
Geranium foliis infimis semi-multipartitis, laciniis linearibus tri-quadrifidis, calycibus exarmatis. NEKER. tom. II. p. 291.
Geranium columbinum villosum petalis bifidis purpureis. VAILL. bot. tab. 15. f. 3.
Loc. Ad vias hoc etiam adnascuntur, sed praecipue locis ruderatis. *ANNUUM.*
Vir. Inter edulcorantia, & vulneraria enumeratur, atque in alvi fluxu etiam dysenterico laudatur. Similes proprietates habent GERANIUM columbinum, & pusillum, sed in usum vix venire solent, quum aliae suppetant plantae certiores vires habentes.

1407 GERANIUM columbinum
ICON. TAUR. Vol. V. tab. 64.
Geranium pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinque-partito-multifidis, arillis glabris, calycibus aristatis. LINN. syst. 12. p. 455.
Geranium caule procumbente, foliis quinquepartitis, lobis trilobis, lobulis trifidis. HALL. hist. tom. 1. n. 938.
Geranium foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis calyce longioribus, seminibus arillatis. NEKER. tom. 1. p. 292.
Geranium pedunculis bifloris, foliis quinque-partito-multifidis, laciniis acutis, capsulis glabris, calyce aristato. BURM. ger. p. 26. n. 11.
Loc. In agris, & ad semitas in agro *Pedemontano* uberrime. *ANNUUM.*

1408 GERANIUM pyrenaicum
ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 31.
Geranium pyrenaicum. LINN. mant. p. 97.
Geranium pedunculis bifloris, foliis multifidis, laciniis obtusis inaequalibus, petalis bifidis. GER. p. 434. n. 11. tab. 16.
Geranium montanum rotundifolium perenne flore purpureo majore. BOCC. mus. p. 81. tab. 71.
Geranium columbinum perenne pyrenaicum maximum. TOURN. inst. p. 268.
Loc. In alpibus di *Tenda*, & circa *Segusium* lectum est. BOCCONE in alpibus *Sabaudiae* crescere scripsit. *PERENNE.*

1409. GERANIUM dissectum.

Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villosis LINN. spec. p. 956.

Geranium caule erecto, foliis quinquelobis, lobis trifidis acutis. HALL. hist. tom. 1 n. 937.

Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartito multifidis, caule glabro erectiusculo. BURM. Ger. p. 21 n. 15.

Geranium columbinum majus foliis imis usque ad pediculum divisis. VAILL. bot. paris. tab. 15 fig. 2.

Geranium gruinale folio tenuiter diviso BAUH. hist. III p. 474.

Loc. In umbrosis, atque pratensibus ad sepes, & vias in agro *Pedemontano* occurrit. *Annuum*.

1410. GERANIUM pusillum.

Geranium pedunculis bifloris, petalis emarginatis, caule depresso, foliis reniformibus palmatis lineatibus acutis. LINN. syst. 12. p. 456.

Geranium foliis hirsutis semiseptilobis, lobis semitrilobis obtusis. HALL. hist. tom. 1. n. 940.

Geranium pedunculis bifloris, petalis bifidis, caule prostrato, foliis reniformibus palmatis, laciniis linearibus acutis. BURM. Ger. p. 27 n. 23.

Geranium columbinum majus flore minore caeruleo VAILL. bot. tab. 15. f. 1.

Geranium Malvaefolium SCOP. Fl. Carn. 2 p. 37. LAM. Fl. Franc. tom. 3 p. 18.

Loc. Nascitur in marilantis ad vias. *Annuum*.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

1411. GERANIUM sanguineum.

Icon Tab. Vol. V. tab. 67.

Geranium pedunculis unifloris, foliis quinquepartitis trifidis orbiculatis LINN. spec. p. 958.

Geranium pedunculis unifloris, foliis septilobis, petalis bifidis. HALL. hist. tom. 1. n. 930.

Geranium sanguineum maximo flore. BAUH. pin. 318.

Geranium sanguineum, s. Haematodes crassa radice BAUH. hist. III p. 478.

Off. Geranium sanguineum, s. Haematodes sanguinaria.

Loc. In sylvis collium *Taurinensium*, & ad rupes desiccatas in subalpinis, & montanis frequens est. *Perenne*.

Vir. In hoc GERANIO praesertim eminet vis vulneraria, & adstringens, quod non solum adhibetur pro externo usu, sed intus datur confidenter in sanguinis, & ceteris fluxibus coercendis. Tota planta utilis est, sed radices praesertim anteponuntur. In hujusce plantae usu eae cautelae servandae sunt, quas alias monuimus servandas esse in usu adstringentium medicamentorum.

SIDA. LINN. gen. n. 747 syst. n. 837. TOURN. tab. 25.

Polyanthera. Calyx quinquefidus; stylus multifidus. Fructus ex loculis in capitulum, aut capsulam coadunatis.

1412. SIDA abutilon.

Sida foliis subrotundo-cordatis indivisis, pedunculis folio brevioribus, capsulis multilocularibus, acuminatis bifidis LINN. spec. p. 963.

Abutilon foliis tomentosis cordatis petiolatis, siliquis bicornibus. HALL. hist. tom. 1 n. 1075.

Abutilon. DOD. pempt. 656. TOURN. inst. p. 99.

Althaea Theophrasti flore luteo. BAUH. pin. p. 316.

Althaea Theophrasti, flore luteo, quibusdam Abutilon BAUH. hist. II p. 958.

Loc. Circa pagos, & urbes frequens. Cl. BELLARDI reperit in vineis di *Bergamasino*. *Annua*.

HIBISCUS. LINN. *gen. n.* 756. *syst. n.* 846.

Polyandria. Calyx exterior octophyllus, vel ultra, interior monophyllus campanulatus quinquefidus. Stylus quinquefidus. Fructus aplurimum acuminatus quinquelocularis quinquevalvis.

1413. HIBISCUS trionum.
ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 40.
Hibiscus foliis tripartitis incisis, calycibus inflatis. LINN. *spec. p.* 981.
Alcea vesicaria. BAUH. *pin. p.* 317.
Alcea peregrina solisequa. LOB. *ic.* 656.
Ketmia trionum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 862.
Loc. Ignatius MOLINERI in arvis *Novariae*, & flumini *Ticino* interjectis. *ANNUUM.*

MALVA. LINN. *gen. n.* 751. *syst. n.* 841. TOURN. *tab.* 23. 24.

Polyandria. Calyx exterior triphyllus, interior semiquinquefidus; stylus multifidus. Capsulae monospermae orbi communi circumpositae.

1414. MALVA rotundifolia.
ICON. TAUR. Vol. V. tab. 102. 107.
Malva caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobatis, pedunculis fructiferis declinatis. LINN. *syst.* 12. *p.* 460. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1070. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 143.
Malva vulgaris flore minore, folio rotundo. BAUH. *hist.* 2. *p.* 949.
Malva sylvestris folio rotundo. BAUH. *pin.* 314.
Malva. MATTH.
OFF. Malva vulgaris flore minore.
VERN. *Riondelle.*
Loc. Nihil ad semitas frequentius. *ANNUA.*

1415. MALVA parviflora.
Malva caule patulo, foliis angulatis, floribus axillaribus sessilibus glomeratis, calycibus glabris patentibus. LINN. *spec. p.* 969.
Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentapetalis verticillatim geniculis emicantibus. MORIS. *hist.* 2. *p.* 521.
Malva zingitana, flore caeruleo parvo. PLUK. *phyt.* 44. *f.* 2.
Loc. In comitatu *Nicaeensi.* *ANNUA.*

1416. MALVA nicaeensis. †
Malva caule piloso decumbente herbaceo, foliis exicordatis quinquelobis, lobis acutis, pedunculis erectis.
Loc. Novam hanc MALVÆ speciem primus reperit *Cl.* BELLARDI in agro *Nicaeensi* prope pontem di *Limpia.* *ANNUA.*
DESCR. Caules decumbentes vix ramosi, virides, aliquantum striati. Folia longe petiolata, quinqueloba, lobis rotundatis in inferioribus foliis, in sequentibus lanceolatis, crenato-dentatis, stipulis lanceolatis ad originem petiolorum. Flores axillares saepius quaterni, pedunculis erectis remuncialibus vel subaequalibus. Calyx connivens. Flores diluto rubri, calyce paullo majores, petalis emarginatis. Caules, petioli, pedunculi, & calyx longiusculo villo hirsuti. Folia subtilissime, & laevissime hirsuta. Differt a rotundifolia foliis acute lobatis non cordatis, floris colore, magnitudine, & pedunculis in rotundifolia inaequalibus, interdum etiam foliosis. In parviflora praeter eadem foliorum discrimina calyx patulus est, & glaber; flores ad axillas conglomerati, non sparsi.

1417. MALVA sylvestris.
Malva caule erecto herbaceo, foliis septem lobatis acutis, pedunculis, petiolisque pilosis. LINN. *spec. p.* 969.

Malva caule erecto, foliis lobatis, lobis serratis quinis, & septenis HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1069.
Malva foliis quinquelobis serratis obtusis, calycum foliolis exterioribus subtrifidis NECKER. *Tom.* 2. *p.* 294.
Malva sylvestris folio sinuato BAUH. *pin.* 314.
Malva vulgaris flore majore, folio sinuato BAUH. *hist. II. p.* 949.
OFF. Malva vulgaris flore majore.
VERN. *Riondella.*
LOC. Ad hortorum sepes, & loca ruderata ubique. *ANNUA.*
VIR. MALVÆ omnes relaxant, & emolliunt, & mitissimam mucilaginem continent non sine principio aliquo acido attemperante. Usitatissima apud nos est MALVA *sylvestris*, & solet materiam emollientium clysterum praebere, quorum usus frequens est sive ad alvum exstimulandam, sive ad dolores, & cruciatus intestinorum sedandos; non minori frequentia in fotibus, cataplasmate, & balneis MALVA Medici utuntur ad tumores emolliendos, tensas partes relaxandas, & dolores mitigandos. Ideus ex aqua, aut jure decocta folia MALVÆ prosunt in raucedine, faucium asperitate, tussi sicca, atque ea, quae ex lymphae acris irritatione proficiscitur. Faciliorem etiam alvum reddunt emolliendo, & lubricando. Cardialgia, quae communem habet fibrarum tensionem, aut ex acris humoris irritatione nascitur, sive illa intra cavum ventriculi sit, sive vasis quibusdam contineatur, qui stimulorum stomachicorum, & acrioborum ingravescit, ope autem MALVÆ mitescit. Urinae ardores in gonorrhaea, & mingendi cruciatus sublevat MALVA multo sumenda in renum doloribus, & vesicae tenesmo ex calculi, aut acrium particularum irritatione producto. Folia sunt leviter in aqua decoquenda nam diutina ebullitio viscidiorem mucilaginem excitat, quae gravis stomacho esse solet. Flores teneriorem substantiam suppeditant, qui pro usu interno foliis praeferuntur.

1418 MALVA alcea.
ICON TAUR. Vol. V. tab. 68.
Malva caule erecto, foliis scabris trilobatis, lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito, & quinque partito. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1071.
Malva caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. LINN. *spec. p.* 972.
Alcea vulgaris major BAUH. *pin.* 316.
Alcea vulgaris. CLUS. *hist.* 2. *p.* 25.
Alcea MATTH.
OFF. Alcea vulgaris.
LOC. Ad fossas, & semitas viarum, & dumeta, sive in agro *Pedemontano*, sive in collibus frequens est. *ANNUA.*
VIR. MALVA deficiente haec etiam adhibetur, sed minori pretio habetur.

1419. MALVA moschata.
ICON TAUR. Vol. XVI tab. 106.
Malva caule erecto, foliis radicalibus reniformibus incisis, caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis LINN. *syst.* 12. *p.* 461.
Malva foliis radicalibus reniformibus crenatis, caulinis quinquepartitis, pinnis dentatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1072.
Malva foliis rotundis laciniato BAUH. *pin.* 316.
Malva montana, sive alcea rotundifolia laciniata COL. *ecphr.* 1. *p.* 148. *tab.* 147.
LOC. *Cl.* DANA reperit copiose provenientem in apricis sylvis *Garessii*, & praecipua loco dicto *il prà d'i fior.* In montibus etiam *Niceaensibus* provenit. Ego vidi circa thermas *Viandii Cl.* BELLARDI inter *Tenda*, & *Limon* & *Ignatius* MOLINERI abunde legit in *Sabaudia* circa *S. Ugo. PERENNIS.*

ALCEA LINN *gen. n.* 750 *syst n.* 840. TOURN. *tab.* 15.

Differt a Malva calyce exteriori semisexfido.

1420 **ALCEA** rosea
Icon. Taur. Vol. XIV tab. 8 *& Vol. V tab* 101. 103. 105.
Alcea foliis sinuato-angulatis LINN. *spec. p.* 966.
Malva rosea folio subrotundo BAUH. *pin.* 315.
Malva hortensis DOD *pempt.* 651
Loc In comitatu *Nicaeensi. BIENNIS*
VIR. Haec etiam planta Malvae proprietates habet, sed minorem praebet mucilaginosae substantiae quantitatem In gingivis ex scorbutica affectione dolentibus, & relaxatis cum alumine adhibitam laudat GARIDEL.

LAVATERA LINN *gen. n.* 751, *syst n.* 842.

Differt a Malva calyce exteriori trifido, non triphyllo.

1421 **LAVATERA** arborea
Lavatera caule arboreo foliis septem-angulatibus tomentosis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus LINN *spec p.* 971
Malva caule arboreo, foliis obtusis palmatis plicatis HALL. *gott.* 110.
Althaea maritima arborea veneta TOURN *inst* 97.
Malva arborea veneta dicta parvo flore BAUH. *pin.* 315.
Malva arborea BAUH. *hist II p.* 952.
Malva III MATTH.
Loc Reperitur ad rupes littoris *Nicaeensis BIENNIS.*
VIR. MALVÆ *sylvestris*, & *rotundifoliae* vices supplere potest.

1422 **LAVATERA** olbia
Lavatera caule fruticoso, foliis quinquelobo-hastatis, pedunculis solitariis LINN *syst. 12. p.* 461.
JACQ. *hort vindob tab.* 73
Lavatera acutifolia LAM. *fl. franc*, *tom.* 3 *p.* 137
Althaea frutescens, folio acuto, parvo flore BAUH. *pin* 316.
Althaea arborea Olbia in Gallo-Provincia LOB *ic p.* 555.
Loc Nicaeensem agrum inhabitat *FRUTEX.*

1423 **LAVATERA** thuringiaca
Icon Taur Vol. XXI tab 87
Lavatera caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus incisis. LINN *syst. p.* 461.
JACQ *fl. austr tab.* 311
Althaea thuringiaca CAM *hort p.* 12. *tab* 6.
Althaea thuringiaca grandiflora DILL. *p.* 9 *tab.* 8 *f.* 8
Althaea pannonica secunda CLUS *hist. p* 23.
Althaea flore majore BAUH *pin* 316
Loc In Comitatu *Nicaeensi*, *BIENNIS*

1424 **LAVATERA** trimestris
Icon Taur Vol. XIV tab. 67 *& Vol XVII tab* 87.
Lavatera foliis glabris, caule scabro herbaceo, pedunculis unifloris, fructibus orbiculo tectis LINN *spec p.* 974
JACQ. *hort vindob. tab* 72
Lavatera grandiflora. LAM. *fl franc*, *tom.* 3 *p.* 237
Malva foliis vario BAUH *pin.* 315 *prodr* 137
Loc In Olivetis *Villafrancae Nicaeensis* reperitur *ANNUA.*

1425 LAVATERA maritima.
Icon Taur. Vol. XVI tab. 19.
Lavatera caule fruticoso lanato, foliis cordato-orbiculatis quinquelobis obtusis crenatis, pedunculis unifloris, stipulis setaceis deciduis GOU. Ill. *p.* 46. *tab.* 21. *f.* 2.
JACQ. *hort. vindob. tab.* 74.
Althaea frutescens, folio rotundiore incano BAUH. *pin.* 316.
Althaea arborescens. BAUH. *hist.* 955.
Loc. Ad rupes litoris, & agri *Nicaeensis* abunde PERRENNIS.

ALTHÆA. LINN. *gen. n.* 749. *syst. n.* 839.

Differt a Malva calyce exteriori plusquam quinquefido.

1426 ALTHÆA officinalis.
Icon. Taur. Vol. V. tab. 70.
Althaea tomentosa herbacea caule erecto, foliis cordato-lanceolatis obsolete trifidis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1074.
Althaea foliis cordato-ovatis angulatis serratis, pedunculis subunifloris. GOU. *hort.* 345. *n.* 1.
Althaea foliis simplicibus tomentosis. LINN. *spec. p.* 966.
Althaea Dioscoridis, & Plinii. BAUH. *pin.* 315. TOURN. *inst.* 97.
Althaea, sive bismalva. BAUH. *hist. II. p.* 954.
Altea. MATTH.
Off. Althaea, Hibiscus, Bismalva, & Malvaviscus.
Vern. Alteo, Arisch.
Loc. In pratis subhumidis, & ad fossas in agro *Pedemontano* rara nimirum est. In Comitatu *Astensi*, & *Montisferrati* frequentior. PERENNIS.
Vir. Proprietates similes habet cum Malva, sed mucilaginem viscidiorem habet, uberioremque, ac Malva etiam utilior est ad acrimoniam obvolvendam, & obtusum mucum emittendum in morbis potissimum intestinorum, renum, ac vesicae *exortis.* Etiam in officinis tabellae, atque pasta de ALTHÆA, quarum usus frequentissimus est in faucium asperitate, & tussis stimulo lenienda.

1427 ALTHÆA cannabina.
Icon. Taur. Vol. V. tab. 69.
Althaea foliis inferioribus palmatis, superioribus digitatis. LINN. *spec. p.* 966.
JACQ. *fl. austr. tab.* 121.
Alcea cannabina. BAUH. *pin.* 316.
Alcea Pentaphylli folio, vel Cannabina. BAUH. *hist. II. p.* 958.
Loc. In agro *Pedemontano* passim ortus ad fossas, ad sepes, & dumeta. PERENNIS.

1428 ALTHÆA hirsuta.
Icon. Taur. Vol. XXIV. tab. 16.
Althaea foliis inferioribus subcordatis inciso-crenatis, caeteris trifidis. GOU. *hort. p.* 346. *n.* 3.
Althaea foliis trifidis piloso-hispidis supra glabris, pedunculis solitariis glabris. LINN. *syst.* 12. *p.* 459.
JACQ. *hort. vindob.* 125. *fl. austr. tab.* 170.
Althaea foliis radicalibus semiformibus, caulinis palmatis trilobis, & quinquelobis, calycibus hispidis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1073.
Althaea foliis trifidis piloso-hispidis. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 144.
Alcea hirsuta. BAUH. *pin.* 317. TOURN. *inst.* 98.
Alcea villosa. BAUH. *hist. II. p.* 1067.
Loc. Inhabitat rupes, & colles Comitatus *Nicaeensis*: rarius observata est in nonnullis collibus apricis *Taurinensibus*, & *Astensibus*. In stadiis *Montisferrati*, atque Provinciae *Dertonensis* frequentem esse adnotavit *Ignatius* MOLINERI. ANNUA.

II. STAMINIBUS PARTIM CONN. SIVE POLYADELPHIA

HYPERICUM Scop. introd. n. 1250 Tourn. tab. 131

Calyx expansus profundissime quinquefidus. Petala quinque patula elliptica. Stamina quamplurima, in nostris parum connata. Tubae tres in nostris. Fructus autem conicus trilocularis polyspermus.

1429 HYPERICUM perforatum

Hypericum floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido-punctatis. Linn. spec. p. 1105

Hypericum (officinarum) *calyce integro, caule ancipiti ramosissimo, foliis confertis pellucido-punctatis.* Crantz. fasc. 2. ed. 1. p. 99

Hypericum caule tereti alato ramosissimo, foliis ovatis perforatis. Hall. hist. tom. 2. n. 1037

Hypericum floribus trigynis, petalis uno latere crenatis, caule ancipiti. Scop. fl. carn. p. 310. n. 3. ed. 2. n. 944

Hypericum vulgare. Tourn. 254 Lam. fl. franc., tom. 3. p. 151.

Hypericum vulgare Bauh. pin. 279.

Hypericum vulgare, seu perforata caule rotundo, foliis glabris. Bauh. hist. III. p. 381. Dod. pempt. 76

Hypericum Matth.

Off. Hypericum, seu perforata

Loc. Ubique frequens in agro *Pedemontano*. *Perenne*.

Vir. Hoc Hypericum solet apud nos in usum medicinalem venire, sed & aliae HYPERICI species similia principia possident, similesque praebent utilitates. Hujusce generis stirpibus, praeter acidum aliquod principium, abunde inest substantia resinosa terebinthinacea. Inter vulneraria eminet HYPERICUM ad vulnera consolidanda laudatur, atque etiam in ambobus utile est; in internis ulceribus revera auxilium praebere videtur vi abstergente balsamica; passim in renum, & pulmonum ulceribus etiam commendatur. Quod ad ulcus renum pertinet, haec infirmitas non solet utilitatem recipere a balsamicis calefacientibus, quae talibus urinae [illegible] solent laesas partes irritare, & lacerare. In phthisi pulmonali caute etiam admodum adhibendum est, si morbus ex salsa destillatione venit, eaque non conquieverit, aut sanguinis sputum consequatur propter vasorum erosionem neque etiam opportunum est, si phthysis jam provecta sit, atque febricula cum acri calore procedat, vel ex materia pulverulenta [illegible], in [illegible] nocent omnia balsamica calefacientia; multo etiam minus apta erit [illegible] esse poterit, si jam humores colliquari incipiant. Non parum esse remedium, cui credas, in febribus intermittentibus. Tota planta utilis est, sed extremitates floreae praesertim eligi solent.

1430 HYPERICUM montanum

Icon. Taur. Vol. XV. tab. 105. f. 1

Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis glabris. Linn. syst. 12. p. 510.

Hypericum (elegantissimum) Crantz.

Jacq. hort. vindob. p. 267

Hypericum foliis ovatis per oram punctatis, calycibus lanceolatis serratis globuliferis. Hall. hist. tom. 2. n. 1042.

Androsaemum bifolium glabrum perfoliatum, non perforatum Moris. p. 1. 2. 5. tab. 6 f. 9

Androsaemum campoclarense Col. ecphr. p. 73 tam. 74.

Androsaemum montanum minus Bocc. *mus p* 50.
Androsaemum excellentius dictum, nec magnum Lob *adv p.* 173.
Loc. Ad oras sylvarum locis montanis, & collinis, nec non sylvis minime apricis nalgine. Perenne.

1431 HYPERICUM *quadrangulum.*
Icon Taur. Vol. XXIII tab 37.
Hypericum floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. Linn *spec p.* 1104.
Hypericum caule quadrangulari, foliis ovatis perforatis punctatis Hall *hist tom.* 2 *n.* 1038.
Hypericum calyce integro, foliis margine punctatis, caule quadrato herbaceo. Crantz. *fasc* n *ed* n *p.* 98.
Hypericum ascyron dictum caule quadrangulo. Bauh. *hist. III p* 382.
Ascyro. Matth.
Loc. In dumetis, & umbrosis sylvis montium, & collium, tum etiam secus fossas, & pratas fluentes aquas in agro *Pedemontano* Perenne.

1432 HYPERICUM *hirsutum.*
Icon Taur. Vol. XXIII tab 36.
Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis subpubescentibus Linn *spec p.* 1105.
Hypericum calyce serrato glanduloso, foliis pedicellatis perforatis, caule tereti villoso. Crantz *fasc* n *p* 6n.
Hypericum villosum, calyce serrato, foliis perforatis Hall. *Helv* 361.
Hypericum androsaemum dictum Bauh *hist III p.* 382.
Hypericum villosum erectum, caule rotundo Tourn *inst* 255. Seguier *veron* 1 *p.* 451.
Loc. Ad sepes, & dumeta, & ad oras sylvarum, cum in *Taurinensibus*, tum in subalpinis montibus abunde Perenne.

1433 HYPERICUM *maculatum. tab.* 83 *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. XVIII tab. 91.
Hypericum (maculatum) *calyce floribus, foliis caule ocellatis* Crantz. *stirp. austr. fasc* 2 *p.* 98.
Hypericum alpinum magno flore, nigris punctis insignito. Schol. *botan. p* 41 & Bass. *mem. Bon.* 4. *p.* 296. *tab.* 3.
Hypericum (androsaemifolium) *caulibus teretibus diffusis, foliis calycinis eglandulosis, foliis ovatis patentibus* Vill. *prosp p.* 44.
Loc. In pratis alpinis non infrequens, abunde in monte Cenisio Perenne.
Descr. Ex una radice, quae plures minores, tenuesque fibrosas radices demittit, & quarum defectu evidenter differt ab Hyperico *Ferdinandi* Bassi, oriuntur cauliculi plures palmares, ad imum rubentes, erecti firmi, primum subrotundi, deinde parum compressi, lateribus utrinque in aciem exeuntibus, sive nervulo uniformi percursi, & transparentes. Folia opposita sessilia praeter medium nervum duobus utrinque aliis, aut tribus nervis percursa. Folia sunt hirsuta, multis pellucida, transparentia, non perforata, omnino ovata, non acuminata, obtusa, imo lenium integerrima: nullum ad marginem foliorum sunt una punctulorum nigrorum; haec puncta ad marginem utique sunt, sed in ipso margine non existunt. Ex alis foliorum utrinque ramuli simplices. Folia autem inferiora maculis rubentibus notantur supra, & infra. Ramuli superiores floriferi, & triflori, aut biflori; summus ramulus solet esse quinqueflorus. Calyx pentaphyllus, glaber, foliola ovato-acuta, bracteola una prope calycem. Flos luteus, calyce multoties major, petala elliptica, lineata, non denticulata, staminibus duplo longiora, minuta, filamenta lutea, antherae luteae didymae. Calyx, & petala inferius confertis maculis nigris notata. Foliola calycis striata, nulla existunt ... foliorum. Fructus tricapsularis, laevis, viridis, in apice rubens.

1434 HYPERICUM *tomentosum.*
Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, foliis semiamplexicaulibus, flexuosis tomentosis, caulibus prostratis Linn *spec p.* 1106. Gou *monsp* 401.

Hypericum supinum tomentosum minus, & monspeliacum BAUH *pin.* 279.
Hypericum supinum tomentosum alterum CLUS *hist.* 2. *p.* 181.
Loc. Ad fontes, rivulos, & aquaeductus in agro *Nicaeensi* PERENNE.

1435. HYPERICUM barbatum
Hypericum (Richeri) *caulibus erectis, teretibus, floribus terminalibus, calicum foliolis ciliatis eglandulosis; foliis ovatis caule appressis* VILL. *prosp. p.* 44
Hypericum barbatum. JACQ. *fl. austr. tab.* 159
Loc. In pratis alpinis humidis in monte *Cenisio* passim adinvenimus PERENNE.

1436. HYPERICUM humifusum.
Icon Taur. Vol. XXV. tab. 27.
Hypericum floribus trigynis, axillaribus solitariis, caulibus ancipitibus prostratis filiformibus, foliis glabris LINN *spec. p.* 1105
Hypericum caule prostrato, foliis ovatis, calycibus serratis punctatis HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1039.
Hypericum minus supinum, vel supinum glabrum. BAUH. *pin.* 279
Hypericum minimum supinum. BAUH *hist. III. p.* 384
Hypericum (Leotardi) *minimum arenam lucens, foliolis calycinis obtusis, inaequalibus saepe quaternis* VILL. *prosp. p.* 45 *tab.* 29 *fig.* 3
Hypericum minimum septentrionale. LOB. *icon.* 420.
Loc. In collibus *Taurinensibus* ad vias abunde, & in agro *Nicaeensi* ad vepres, sylvas etiam secus, copiose circa *Giaveno* Cl. BELLARDI locis uliginosis agri *Canapiciensis* non infrequens esse observavit. ANNUUM.

1437. HYPERICUM crispum
Hypericum foliis trigynis, foliis sessilibus lanceolatis, basi undulato-dentatis, caule tereti LINN *mant. p.* 106
Hypericum folio breviore BAUH. *pin.* 179
Hypericum crispum triquetro, & cuspidato folio. BOCC *mus.* 2 *p.* 31 *tab.* 12.
Loc. In monte *Cenisio* PERENNE

1438. HYPERICUM nummularium
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 95 *fig.* 2
Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, foliis cordato-orbiculatis glabris LINN *spec. p.* 1106.
Hypericum nummulariae folio BAUH *pin.* 279 *prodr.* 130
Androsaemum nummulariae folio BOCC *mus.* 2 *p.* 134 *tab.* 91.
Loc. Paulus BOCCONE unde adnotavit in montibus *Carthusiae majoris* inter *Gratianopolim*, & *Chamberium* Cl. amicus noster DE LA TOURETTE misit in *Chamberiensi* Provincia lectum prope *les Echelles* in monte de *la Grene* BOYERON in herbario non habet, dubiens forsasse lectum. In Hortum Regium *Taurinensem* attulit Pater MOLINERI ex *Sabaudia*, PERENNE

1439. HYPERICUM Coris
Icon Taur. Vol. X. tab. 1.
Hypericum foliis linearibus quaternis, calyce serrato, dentibus glanduliferis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1040.
Hypericum floribus trigynis calycibus serrato-glandulosis, foliis subverticillatis LINN. *spec. p.* 1107
Hypericoides, Coris quorundam BAUH. *hist. III. p.* 384.
Coris lutea BAUH. *pin.* 280.
Loc. In aridis, & siccis collibus *Nicaeensibus* vulgaris neque desideratur in agro *Pedemontano* locis subalpinis, aut alpinis maxime apricis, & saxosis meridiano sole percussis. Circa *Segusium* frequentissimum PERENNE.

ANDROSÆMUM TOURN inst 251, tab 118.

Differt ab Hyperico fructu baccato polyspermo, seminibus triplici placentae affixis.

1440 ANDROSÆMUM officinale.
Icon Taur. Vol. XV tab. 103 fig. 2.
Hypericum floribus trigynis, fructibus baccatis, caule fruticoso ancipiti LINN syst 10 p. 509.
Androsaemum maximum frutescens. BAUH. pin. 280.
Hypericum bacciferum. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 157.
Androsaemum. DOD. pempt 78.
VARN *Erba de la Tapina*, *e cna d' l' fen*
Loc. Vulgare est secus fossas, & rivulos in agro *Nicaeensi*, in Comitatu *Astensi*, *Monteferrato*, imo etiam in collibus calidioribus *Taurinensibus*. Cl. DANA vidit etiam supra Oppidum *Barge*, eundo versus *Membrac*. Cl BELLARDI circa *Pinerolo*, *Piossasco*, & *Cumiana*. PERENNE.
Vir. ANDROSÆMI qualitates cum Hyperico conveniunt. Efficacius adhuc vulnerarium est, atque ad ambusta mitissimum.

CROTON LINN gen n. 960. syst n. 1083 TOURN. tab. 423.

Flores in eadem planta sexu distincti. Mari calyx quinquedentatus: corolla pentapetala: stamina decem ad quindecim. Foeminae calyx pentaphyllus corolla nulla: styli tres bifidi. Capsula trilocularis trisperma.

1441 CROTON tinctorium.
Icon Taur. Vol XV tab. 8
Croton foliis rhombeis repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo LINN spec p. 1425.
Heliotropium tricoccum. BAUH. pin. 253.
Heliotropio minore. MATTH.
Off. Heliotropium tricoccum.
Loc. In agro *Nicaeensi* frequens. ANNUUM.
Vir. Ex hac stirpe paratur ad usum tinctorium *Tournesol* Gallorum.

III. STAMINIBUS OMNIBUS LIBERIS

A. GYMNOSPERMÆ.

RANUNCULUS. LINN gen. n. 619. syst n. 699. TOURN. tab. 149.

Calyx deciduus pentaphyllus. Stamina plurima. Petala saepius quinque, sed omnia squama nectarifera ad unguem instructa. Semina plurima nuda in capitulum congesta.

1442 RANUNCULUS lingua.
Icon Taur. Vol X tab. 25
Ranunculus caule erecto ramoso, foliis ensiformibus subserratis HALL. hist. tom. 2. n. 1181.
Ranunculus foliis lanceolatis, caule erecto LINN spec p. 773.
Ranunculus longifolius palustris major. BAUH. pin. 34.
Ranunculus longifolius maximus lingua. BAUH. hist III p. 865.
Ranunculus foliis lanceolatis, capsulis squamosis CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 102.
Ranunculus longifolius. LAM. Fl. Franc., tom. 3 p. 189.

Loc. Ad fossas aquarum in agro *Vercellensi* frequens, neque desideratur circa *Taurinum* secus *Padum*, & in paludibus di *Barge*, & *Envie*. Abunde etiam circa lacus di *Candia*, *Vivrone*, & *Avigliano*. PERENNIS.

1443. RANUNCULUS flammula.
Ranunculus caule declinato, foliis ellipetico-lanceolatis subserratis. HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1180.
Ranunculus foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. LINN. *spec. p.* 772.
Ranunculus foliis subsessgceantis, calycibus pentaphyllis coloratis, floribus hexapetalis. NEKER. *tom.* 1. *p.* 238.
Ranunculus longifolius, palustris minor. BAUH. *pin.* 180.
Ranunculus longifolius, alias flammula. BAUH. *hist. III. p.* 864.
Loc. Ad oras lacuum *Canapicianorum*. *Bartholomaeus* CACCIA in valle *Ulcensi*. PERENNIS.
Obs. Varietatem reperit *Cl.* BELLARDI circa *Mujon* caule erecto, foliis omnibus denticulatis, & floribus minoribus instructum.

1444. RANUNCULUS reptans.
Icon Taur. Vol. XVII. tab. 90. *f.* 1.
Ranunculus foliis linearibus, caule repente. LINN. *spec. p.* 773.
Ranunculus caule repente, foliis linearibus fasciculatis. HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1183.
Loc. Locis inundatis ad oras lacuum. PERENNIS.

1445. RANUNCULUS plantagineus. *N. tab.* 76. *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. IV. tab. 78. & *Vol. XIV. tab.* 16. *f.* 2.
Ranunculus radicibus fasciculatis, imo caule cericulato, foliis gramineis. HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1180.
Ranunculus (pyrenaeus) *foliis linearibus indivisis, caule erecto striato subbifloro.* LINN. *mant. alt. p.* 248. JACQ. *miscel.* 2. *p.* 430. *tab.* 28. *f.* 2.
Ranunculus foliis linearibus, caule nubundo, radice fasciculata comosa. GER. *prov.* 384.
Ranunculus amplexicaulis. GOU. *Illustr. p.* 34.
Ranunculus pyrenaeus albo flore. CLUS. *append. altera.*
Ranunculus pyrenaeus, foliis oblongis non laciniatis, albo flore. BAUH. *hist. III. app.* 864.
Loc. In summis pascuis alpinis non infrequens est. Abunde provenit in utroque monte *Cenisio*. PERENNIS.

1446. RANUNCULUS ficaria.
Ranunculus foliis cordatis angulatis petiolatis, caule unifloro. LINN. *syst.* II. *p.* 378.
Ficaria. HALL. *hist. n.* 2160.
Ranunculus foliis radicalibus glabris cordato-subrotundis angulatis, & integerrimis, pedunculis unifloris. NEKER. *tom.* 1. *p.* 237.
Ranunculus calycibus triphyllis caducis. CRANTZ. *fasc.* II. *ed.* II. *p.* 120.
Ficaria. DILL. *nov. pl. gen. tab.* 5.
Ranunculus vernus rotundifolius. TOURN. *inst.* 286.
Chelidonia rotundifolia minor. BAUH. *pin.* 167.
Scrophularia minor, s. Chelidonium minus vulgo dictum. BAUH. *hist. III. p.* 468.
Chelidonium minus. MATTH.
Off. Chelidonium minor, Scrophularia minor, aut Ficaria.
Loc. In pratis irriguis, & ad sepes, ubique etiam agri collium, montiumque frequentissimus. PERENNIS.
Var. Mire utilem sibi esse expertus affirmat, si plantam nondum flores explicaverit, deprandeat adversus haemorrhoides.

1447. RANUNCULUS Thora.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 15.
Ranunculus foliis inferioribus subrotundo-reniformibus crenatis, floralibus lanceolatis, integerrimis, caule inferne nudo. JACQ. *obs. bot.* 1. *p.* 15. *tab.* 3.

Ranunculus foliis reniformibus subtrilobis, caulinis sessilibus, floralibus lanceolatis, caule subbifloro. LINN. spec. p. 777. CRANTZ. fasc. 2. ed. 1. p. 119. JACQ. vind. p. 249. & fl. austr. tab. 442.

Ranunculus foliis dutis varimi reniformibus rotunde crenatis convenientis retuso, acute serrato. HALL. hist. tom. 2. n. 1178.

Thora valdensis. DOD. pempt. p. 322. hist. p. 443. LOB. advers. p. 263.

Aconitum pardalianches 1. 2. *Thora major.* BAUH. pin. 184.

Aconitum pardalianches folio. MATTH.

Off. Pthora, s. Thora.

Loc. J. BAUH. in alpibus *Allobrogum.* LOBELIUS in celsioribus *Sabaudias* alpibus, & *Val. d'Angrogna.* Ex alpibus *Vinadianibus* habeo. Abunde oritur in monte *La Toursine*, nec non in pascuis alpinis *Valdensibus* circa *Prallea.* Incolis dicitur *Tora fisa*, & hujus venenl maximam vim supprima sortiti. Provenit etiam in summis pratis alpium *de Cogne*, & *Challand.* PERENNIS.

FOLIIS DISSECTIS, ET DIVISIS

1448 RANUNCULUS *auricomus*.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus crenatis-incisis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. LINN. spec. p. 775.

Ranunculus foliis radicalibus integris, & semitrilobatis rotunde crenatis, caulinis multipartitis lobatibus integerrimis. HALL. hist. tom. 2. n. 1177.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus longe petiolatis, caulinis digitatis sessilibus. CRANTZ. fasc. 2. ed. 1. p. 112.

Ranunculus nemorosus, seu sylvaticus folio rotundo. BAUH. pin. 178.

Ranunculus rotundifolius vernus sylvaticus. BAUH. hist. III. p. 857.

Loc. In *Pedemontio* lectum teneo. *Bartholomaeus* CACCIA commemorat inter stirpes vallis *Ulciensis.* PERENNIS.

1449 RANUNCULUS *polymorphus* N. *tab.* 82. *fig.* 1.

Loc. Circa thermas *Cadalenses* lectum attulit *Cl.* GIAVELLI. PERENNIS.

Obs. Unicum, & siccum exemplar habeo hujusce RANUNCULI, atque aliud etiam imperfectius a reliquis hoc usque notis distinguendum, foliis radicalibus subrotundis *Thorae* similibus, magnis in ambitu dentibus incisis, longissimis petiolatis, caulinis sessilibus digitatis, foliolis integerrimis. FLORES RANUNCULI.

1450 RANUNCULUS *aconitifolius*.

Icon. Taur. Vol. IV. tab. 71. *& Vol. XXVI. tab.* 28.

Ranunculus foliis omnibus quinatis lanceolatis, inciso-serratis. LINN. spec. p. 776. CRANTZ. fasc. 1. p. 86.

Ranunculus caule ramoso multifloro, foliis venosis quinquelobis, lobis rhomboidis acutis acute serratis. HALL. hist. tom. 1. n. 1164.

Ranunculus montanus aconitifolio albus, flore majore. BAUH. pin. 182.

Ranunculus flore albo alpinus major. BAUH. hist. III. p. 860.

Aconitum batrachoides. LOB. adv. p. 300.

β. *Ranunculus montanus aconitifolio albus, flore minore.* BAUH. pin. 182.

Ranunculus albus simplici flore. BAUH. hist. III. p. 859.

Ranunculus IV. CAM. epit. p. 383. CLUS. hist. 236.

Loc. In sylvis alpinis, & subalpinis ubique copiose. In pratis etiam alpinis irriguis obvium venit. PERENNIS.

1451 RANUNCULUS *rutaefolius* *tab.* 67. *fig.* 1.

Icon. Taur. Vol. IV. tab. 77.

Ranunculus caule unifloro, foliis subrotatis pinnatis, pinnis lobatis, lobis obtuse palmatis. HALL. hist. tom. 2. n. 1165.

Ranunculus foliis supradecompositis, caule simplicissimo unifolio unifloro, radice tuberosa. LINN. spec. p. 777.

Ranunculus (*rutæfolius*) *foliis pinnatim decompositis, caule unifloro.* VILL. *prosp. p.* 50.

Ranunculus præcox 1 *rutæfolio.* CLUS. *hist. p.* 232.

Ranunculus rutaceo folio, flore suavi rubente BAUH *pin.* 181.

Loc. In summis jugis alpium prope nivium deliquescentem pertinentibus ad valles di *Fenestrelle*, & utrumque montem *Cenisium* reperitur, identidemque obvium venit. *PERENNIS.*

Descr. Radix ex variis longis teretibus radicibus albis, modo simplicibus, modo ramosis, ex qua radice ima, aut quinque plurimque folia petiolis imbecillis, & cavis, qui postquam ab invicem discesserint, turgentium rotunda evadunt. E lutore foliorum radicalium nascuntur rarpi teretes virides nudati, folium unum, alternum habentes. Folia composita glauca primum pinnata pinnis petiolatis: pinnae habent unum par pinnarum cum impari. Quodlibet foliolum profunde trifidum, segmentis inaequaliter tridentatis, aut quadridentatis, medio segmento profundius, & sinu aequaliter trifido: pinna impar amplior est, postrema pinna solitaria, neque accessorias pinnulas habet. Flos planus petala alba emarginata, ungues phoenices. Foveola unguibus petalorum insculpta cum squammula nectarifera. Antherae didymae, virides. Stygmata curva vix unciata. Calycis pentaphylli foliola ovata, uvea, flore minora, dilute viridia. Capitulum sphaericum seminibus ovatis, ita tamen ut utrinque modice extent sub duro tegmine, semen occludentes. Stygma breve uncinatum persistens.

1452 RANUNCULUS glacialis.

Icon Taur. Vol. IV. tab. 76. & *Vol. XV. tab.* 59. *fig.* 1. 2.

Ranunculus foliis palmatis rugosis trilobatis, calycibus villosis HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1166.

Ranunculus calycibus hirsutis, caule bifloro, foliis multifidis LINN. *spec. p.* 777.

Ranunculus caule bifloro, calyce hirsuto. LINN. *fl. lapp.* 133. *tab.* 3. *f.* 1.

Ranunculus montanus purpureus calyce villoso Foliis Plateri. BAUH. *hist. III p.* 862.

Vern. *Carlina.*

Loc. Ubiquam alpium frigidiorum cacuminibus ad nivium deliquescentem. *PERENNIS.*

Vir. Alpicolae nostri hujusce plantae decocto utuntur ad sudorem movendum.

1453 RANUNCULUS Columnae N. *tab.* 67 *fig.* 3. & 4.

Icon Taur. Vol. XVII. tab. 92. *fig.* 3. 4.

Ranunculus alter saxatilis asphodeli radice COL. *ecp.* 140.

Ranunculus alpinus Apii folio, flore albo magno PONT. *comp.* 117. SEGU. *Veron. tom.* I. *p.* 492. *tab.* 12. *f.* 3.

Ranunculus (Seguieri) *foliis orbiculatis multifidis; caule prostrato ad genicula nodoso.* VILL. *prosp. p.* 50. *tab.* 32.

Loc. In montibus di *Limone* loco dicto *Vermelina* locis lapidosis apricis ex diffracto lapide calcareo; supra *Curi* a Cl. DANA. *PERENNIS.*

Descr. Radix ex longis surculentis teretibus fibris, in unum caput collectis. Folia rubicalia aliquot ad imum caulem vaginantia, orti vaginis convoluta, petiolum lineariale, semiteres, sulcatum praebent. Folia circumscriptione rotunda, atrovirentia, glabra, splendentia, saporis acris, & caustici succulenta, ad petiolum atque quinquefida, sive potius pedicelis in quinque divisiones alas, quarum duae inferiores breviores sunt, partiales petiolum in folium explanatas bis trifidum, foliola ovata, aut elliptica cum acumine, foliolis lateralia aut foliola, aut lobo aucta uno solent. Caulis, qui brevis est, & ad sui originem fusco livet, ramos brevis porrigit, sive pedunculos unifloros. Hi supra tecam plantam elati, teretes, virides, pilosi. Calycis foliola concava, margine albo, acuta, viridia, ovata. Flos luteus, amplus petala ex triangulo cordata, margine lauvitér crenulata cum squamula nectarifera, alba, magna, antherae luteae. Duplicem iconem damus eo quod folia modo parcius, modo profundius secta diversam formam exhibeant.

1454 RANUNCULUS nivalis.

Icon Taur. Vol. X. tab. 68 f. 1 Vol. XV. tab. 59 f. 3 & Vol. XVIII. tab. 85

Ranunculus calyce hirsuto, caule unifloro, foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis sessilibus LINN. *spec. p. 778 fl. lapp. tab. 3 f. 1*

Ranunculus caule unifloro, foliis glabris reniformibus, semiquinquelobis. HALL. *hist. tom. 2. n. 1168.*

JACQ. *Fl. Austr. tab. 325*

Ranunculus subhirsutus, caule subunifloro, foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis sessilibus CRANTZ. *fasc. 2. p. 91 tab. 4 f. 4 ed. 2 p. 116*

Ranunculus minimus alpinus luteus HALL. *hist. 3. p. 863 f. 2.*

Ranunculus saxatilis magno flore BAUH. *prodr. 96* SCHEUCHZ. *it. alp. 1. 46* SEGU. *suppl. p. 113*

Loc. In pratis, & pascuis alpium frequens *PERENNIS.*

1455 RANUNCULUS alpestris.

Ranunculus uniflorus foliis laevibus semitrilobis rotunde serratis, calycis longulis. HALL. *hist. 2. n. 1167*

Ranunculus foliis radicalibus subcordatis obtusis tripartitis, lobis trilobatis, caulino lanceolato integerrimo, caule subunifloro. LINN. *spec. p. 778*

Ranunculus foliis trilobis, lobis crenatis, caule unifloro SCOP. *Fl. Carn. p. 563. t. 4. ed. 2 t. 679.*

JACQ. *fl. austr. tab. 110.*

Ranunculus foliis subrotundis splendentibus semitrifidis, petalis cordatis albis. CRANTZ. *fasc. 2 p. 88 ed. 2 p. 113.*

Ranunculus alpinus humilis foliis subrotundis SEGU. *p. 489 tab. 12 fig. 1.*

Loc. Prope collem *la fenestra*, & in monte *Cenis* obvium venit VALLEIS monte *Clot de Bran* prope *le Vallon*. *Cl.* DANA in monte *Relegà* versus *Tendam*. In summis alpibus di *Ceresole* etiam nascitur *Ignatius* MOLINERI in jugo *Col dell' Ors* supra *Giaveno*. *PERENNIS.*

1456 RANUNCULUS Breyninus.

Ranunculus alpinus receptaculo lanuginoso. CRANTZ. *stirp. austr. fasc. 2. p. 115 tab. 4 f. 1*

Loc. Cl. DANA in alpibus *Augustae Praetoriae* *PERENNIS.*

1457 RANUNCULUS bulbosus.

Icon Taur. Vol. IV. tab. 74.

Ranunculus radice subrotunda, foliis hirsutis semitrilobis, lobis petiolatis, acute serratis HALL. *hist. tom. 2. n. 1174.*

Ranunculus calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis LINN. *syst. 12 p. 379.*

Ranunculus calycibus retroflexis, radice simplici globosa CRANTZ. *fasc. 2 ed. 2 p. 114*

Ranunculus pratensis, radice verticilli modo rotunda. BAUH. *pin. 179*

Ranunculus tuberosus major BAUH. *hist. III. p. 417.*

Ranunculus quartus MATTH.

Off. Ranunculus tuberosus, s. bulbosus.

Loc. Ad semitas, & secus prata ubique copiose *PERENNIS.*

1458 RANUNCULUS repens.

Icon Taur. Vol. IV. tab. 67. & 73.

Ranunculus caule repente radicante, foliis semitrilobatis circumserratis, lobis petiolatis. HALL. *hist. tom. 2. n. 1173.*

Ranunculus calycibus patulis, pedunculis sulcatis, stolonibus repentibus, foliis compositis. LINN. *syst. 12 p. 379.*

Ranunculus pratensis repens hirsutus BAUH. *pin. 179.*

Ranunculus repens, flore luteo simplici BAUH. *hist. III. p. 419.*

Loc. Frequentissime in pratis subhumidis *PERENNIS.*

1459 RANUNCULUS acris.
Icon Taur Vol. IV tab. 69.
Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus LINN spec p. 779.
Ranunculus foliis hirsutis semitrilobatis, lobis lateralibus bipartitis, foliis caulinis semitrilobis HALL. hist. tom. 1 n. 1169.
Ranunculus foliis inferioribus tri-quinque & partito-multifidis; superioribus lineari-lanceolatis sessilibus subintegerrimis NECKER. tom. 1 p. 239.
Ranunculus Napellifolius CRANTZ. fasc 2 p. 90.
Ranunculus pratensis erectus acris BAUH pin 178
Ranunculus rectus non repens flore simplici BAUH. hist III p. 416
Vern. Gioccetta.
Loc. In pratis ubique *PERENNIS.*
Vir. RANUNCULI pene omnes caustici acres, & escarotici sunt. Cutem primum rubefaciunt, deinde etiam vesicam excitant. Potentius id facit RANUNCULUS sceleratus. *Thora* tantam habet urentem acrimoniam, ut inter venena potentissima recenseri debeat.

1460. RANUNCULUS polyanthemos.
Ranunculus calycibus patulis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis LINN. spec p. 779
Ranunculus caule ramoso, multifloro, foliis semiquinquelobis, lobis tridentatis acutis HALL hist. tom. 1 n. 1171
Ranunculus polyanthemos simplex LOB. ic. 666.
Ranunculus sylvestris TABERN ic 41 hist 117
Loc. In sylvis caeduis *Taurini* non infrequens. *PERENNIS.*

1461 RANUNCULUS sceleratus.
Ranunculus foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis LINN. spec p. 776
Ranunculus foliis laevibus semitrilobatis rotunde serratis, fructu ovato HALL. hist tom 1 n. 1175
Ranunculus fructu oblongo impatiens CRANTZ fasc. 2 ed 2 p. 111
Ranunculus palustris apii folio laevis BAUH pin 180
Ranunculus palustris flore minimo BAUH hist III p. 858
Ranunculus 2. MATTH.
Off. Apium risus, s. Ranunculus palustris.
Loc. Nihil ad fossas frequentius. *ANNUUS.*

1462. RANUNCULUS lanuginosus.
Icon Taur Vol XVII tab. 91 f. 2. & Vol. XXVI tab. 82
Ranunculus tomentosus, calycibus retroflexis, foliis radicalibus tripartitis, lobis incisis; caulinis multipartitis sessilibus GER Fl Galloprov 387 n. 14
Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule, petiolisque hirsutis, foliis trifidis lobatis crenatis holosericeis LINN syst 12 p. 379
Ranunculus caule folioso ramoso erecto, foliis semitrilobatis serratis hirsutissimis, vaginis sericeis HALL. hist tom 1 n. 1172
Ranunculus foliis tripartitis acute incisis lanuginosis CRANTZ fasc 2 p 96 n 15. ed. 1 p. 118
Ranunculus foliis radicalibus quinquefidis, caulinis trifidis hirsutis BOHEM. Lips p 183. n 440
Ranunculus foliis trilobis hispidis, calycibus patulis, caule multifloro tereti SCOP. Fl. Carn p. 364 n 3. ed 2 n. 691.
Ranunculus montanus lanuginosus, foliis ranunculi pratensis repentis BAUH pin 182.
Ranunculus magnus valde hirsutus, flore luteo BAUH hist III p. 417
β *Ranunculus montanus subhirsutus latifolius* BAUH prodr 96.
Loc. Locis lapidosis, & montanis ad oras sylvarum non infrequenter occurrit. *PERENNIS.*

1463. RANUNCULUS arvensis
Icon Taur. Vol. IV. tab. 75.
Ranunculus seminibus aculeatis, foliis tripartitis, lobis longe petiolatis bipartitis, & tripartitis, acute caesis. HALL. *hist. tom.* 2. n. 1176
Ranunculus seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. LINN. *spec.* p. 780
Ranunculus echinatus CRANTZ. *fasc.* 2. p. 95. n. 13
Ranunculus arvensis echinatus. BAUH. *pin.* 179
Ranunculus sylvestris 3. DOD. *pempt.* 427.
Loc. In agris *Pedemontanis* frequens. *ANNUUS.*

1464. RANUNCULUS muricatus
Ranunculus seminibus aculeatis, foliis simplicibus lobatis obtusis glabris, caule diffuso. LINN. *spec.* p. 780
Ranunculus palustris echinatus. BAUH. *pin.* 180. *prodr.* 95.
Ranunculus creticus echinatus latifolius. ALP. *exot.* 163. *tab.* 162
Loc. In agro *Nicaeensi.* *ANNUUS.*

1465. RANUNCULUS parviflorus
Icon Taur. Vol. XXIV. tab. 65
Ranunculus seminibus muricatis, foliis simplicibus laciniatis acutis hirsutis, caule diffuso. LINN. *spec.* p. 780.
Ranunculus hirsutus annuus flore minimo. PLUK. *alm.* 311. *tab.* 55. *f.* 1.
Loc. Oneliae, & in Comitatu *Nicaeensi* in arvis subhumidis. *ANNUUS.*

1466. RANUNCULUS parvulus
Ranunculus hirtus, foliis trilobis incisis, caule erecto subunifloro. LINN. *mant.* p. 79
Ranunculus foliis radicalibus, & caulinis, infimis trilobis obtusis, summis trifidis, dentatis, caule bifloro erecto. GOU. *monsp.* 270
Ranunculus arvensis parvus, folio trifido. BAUH. *pin.* 179
Ranunculus minimus apulus. COL. *ecphr.* 314. *tab.* 316
Loc. In arvis circa *Pianezza*, *Druent*, & in agro *Taurinensi* loco dicto *la Mollinetta.* *ANNUUS.*

1467. RANUNCULUS hederaceus
Ranunculus foliis subrotundis trilobis integerrimis, caule repente. LINN. *spec.* p. 781.
Ranunculus aquaticus hederaceus luteus. BAUH. *pin.* 180.
Loc. In montibus *Bugellensibus.* *PERENNIS.*

1468. RANUNCULUS aquatilis
Icon Taur. Vol. XXIII. tab. 67.
Ranunculus foliis submersis capillaceis, emersis peltatis. LINN. *syst.* 12. p. 381.
Ranunculus foliis natantibus peltato-multipartitis, immersis capillaceis: nectariis tubulatis. NEKER. *tom.* 1. p. 242
Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis imis capillaribus, supremis reniformibus orbiculatis palmatis. HALL. *hist. tom.* 2. n. 1163.
Ranunculus aquaticus, folio rotundo, & capillaceo. BAUH. *pin.* 180.
Ranunculus aquatilis. DOD. *pempt.* 587.
Loc. Ubique in aquis lente fluentibus, aut etiam stagnantibus. *PERENNIS.*

1469. RANUNCULUS peucedanifolius N.
Ranunculus caule fluitante, petiolis unifloris, foliis capillaceis longissimis, laciniis parallelis. HALL. *hist. tom.* 2. n. 1161.
Ranunculo, seu Polyanthemo aquatico, albo affinis, Millefolium maratriphyllum fluitans. BAUH. *hist. III.* p. 782.
Loc. Ad lacus, & fossas, & lente fluentes aquas. *PERENNIS.*

CORRIGIOLA. LINN *gen.* p. 340 *syst.* n. 375.

Calyx pentaphyllus. Stamina quinque. Semen triquetrum, nudum, unicum calyce contentum.

1470 CORRIGIOLA littoralis.
Icon. Taur. Vol. XVIII tab. 13.
Corrigiola foliis lanceolatis. GOU *hort. monsp.* 155 n. 1.
Corrigiola LINN. *spec.* p. 388 HALL. *hist. tom.* 2 n. 842.
Polygonifolia per terram sparsa foliis scorpioidis. RAJ. & TOURN. *pl. paris.* p. 127.
BAUH. *hist. III* p. 379.
Loc. Locis arenosis mari proximis. *ANNUA.*

POTENTILLA. LINN *gen.* n. 359. *syst.* n. 634 TOURN. *tab.* 153.

Calyx decemfidus segmentis alternis minoribus. Stamina plurima. Semina nuda, plurima, affixa receptaculo exsucco glabro, aut papposo.

FOLIIS PINNATIS

1471 POTENTILLA fruticosa.
Icon. Taur. Vol. XXVI tab. 12.
Potentilla foliis pinnatis, caule fruticoso. LINN *spec.* p. 709.
Pentaphylloides rectum fruticosum eboracense MORIS *hist.* 2 p. 193. s. 2 *tab.* 23 *f.* 3 TOURN *inst.* p. 298.
Pentaphylloides rectum fruticans WALTH. *hort.* 95 *tab.* 17.
Loc. Locis apricis in montibus *P. Infino* dictis ad *Tendam* pertinentibus collegit *Ignatius* MOLINERI *FRUTEX.*

1472 POTENTILLA anserina.
Icon. Taur. Vol. III. tab. 59.
Potentilla foliis pinnatis serratis caule repente, pedunculis unifloris LINN *syst.* 19 p. 350.
Fragaria caule repente, foliis pinnatis serratis, subtus tomentosis, petiolis unifloris. HALL. *hist. tom.* 2 n. 1126.
Pentaphylloides argenteum alatum, s. Potentilla. TOURN. *inst.* 298.
Potentilla, s. Argentina. BAUH. *hist. II* p. 398.
Potentilla. BAUH. *pin.* 321.
Argentina vulgaris LAM. *Fl. Franc. tom.* 3 p. 119.
Potentilla MATTH.
Off. Potentilla, Argentina, aut Anserina.
Loc. In submontanis arenosis pratorum *Pedemontii*, & vallis *Augustae Praetoriae* quandoque occurrit. Legi circa *le Tavernette*. Frequentior autem est in *Sabaudia*, quam in *Pedemontio*. Abunde circa *Bilhville*. *PERENNIS.*

1473 POTENTILLA multifida.
Potentilla foliis bipinnatis, segmentis integerrimis distantibus, subtus tomentosis, caule decumbente LINN *spec.* p. 710.
Fragaria foliis subtus tomentosis pinnatis, pinnis primis pinnatis, ultimis simplicibus. HALL. *hist. tom.* 2. n. 1125.
Loc. In summo jugo *la Vanoise*. *PERENNIS.*

1474 POTENTILLA rupestris.
Icon. Taur. Vol. III tab. 60.
Potentilla foliis pinnatis alternis, foliolis quinis ovatis serratis, caule erecto. LINN. *spec.* p. 711.
Fragaria foliis pinnatis alternis, pinnis superioris subrotundis serratis HALL. *hist. tom.* 2. n. 1117.
Potentilla foliis pinnatis ovatis incisis, caule erecto. SCOP. *Fl. Carn.* p. 373 n. 3.

JACQ. *fl. austr. tab.* 114
Pentaphylloides erectum. BAUH. *hist.* II. *p.* 398.
Quinquefolium fragiferum. BAUH. *pin.* 326.
Loc. In pratis non itaque frequens. PERENNIS

1475 POTENTILLA supina.
Icon Taur. Vol. III tab. 61
Potentilla foliis pinnatis caule dichotomo decumbente. LINN. *spec. p.* 711.
JACQ. *fl. austr. tab.* 406
Argentina supina LAM. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 1119
Pentaphyllum supinum quorumdam, Potentillae facie CLUS. *hist.* 2 *p.* 107.
Loc. In cultibus *Taurinensibus* legit *Petrus* CORNALIA. ANNUA.

FOLIIS DIGITATIS

1476 POTENTILLA recta
Icon Taur. Vol. III tab. 69.
Potentilla foliis septenatis lanceolatis serratis utrinque subpilosis, caule erecto LINN. *spec. p.* 711
Fragaria (recta) foliis septenis, quinatisque serratis utrinque pilosis, caule erecto corymboso CRANTZ. *fasc.* 1 *ed.* 2 *p.* 79.
Fragaria caule erecto, foliis quinis, & septenis acute serratis HALL. *hist. tom.* 2 1121.
JACQ. *fl. austr. tab.* 383
Quinquefolium rectum luteum BAUH. *pin.* 325.
Quinquefolium rectum majus BAUH. *hist.* II. *p.* 397
Quinquefolium alterum vulgare. DOD. *pempt.* 116.
Loc. Circa *Taurinum* secus *Padum* occurrit non procul a *Regio Valentino*, & generatim in *Pedemontio*, & *Liguria* valde frequens. PERENNIS.

1477 POTENTILLA argentea
Icon Taur. Vol. III tab. 67
Potentilla foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis, caule erecto. LINN. *spec. p.* 712.
Fragaria (argentea) foliis quinatis cuneiformibus, & cuneiformiter incisis, subtus tomentosis, caule firmo erecto CRANTZ. *fasc.* 1 *ed.* 2 *p.* 73.
Fragaria caule erecto, foliis quinatis apice serratis subtus tomentosis HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1124.
Quinquefolium folio argenteo. BAUH. *pin.* 325
Pentaphyllum rectum, foliis profunde sectis, subtus argenteis flore luteo. BAUH. *hist.* II *p.* 398
Cinquefoglio bianco. MATTH.
Loc. Ad muros, & ad vias in ruderatis, & saxosis ubique in agro *Pedemontano*. PERENNIS

1478 POTENTILLA hirta *tab.* 71 *fig.* 1
Potentilla foliis septenatis, quinatisque cuneiformibus incisis pilosis, caule erecto hirto. LINN. *syst.* 12 *p.* 351.
Potentilla foliis cuneiformibus incisis pilosis: radicalibus septenis, caulinis quinatis, caule hirto erecto. GER. *Fl. Galloprov. p.* 468 *n.* 5
Potentilla (pilosa) erecta, foliis quinatis profunde serratis hirsutis, supremis ternatis; pedunculis vaginatis VILL. *prosp. p.* 47
Quinquefolium montanum erectum hirsutum luteum BAUH. *pin.* 325.
Loc. Sponte nascitur circa *la Mossa*, atque in Comitatu *Nicaeensi* Cl. BELLARDI collegit in pascuis saxosis circa *la Vraisia*. PERENNIS
Descr. Folia radicalia apud nos quinata, longe petiolata, pedunculo semiteretì sulcato; foliola supra obscure viridia, glabra, nitida, in aversa facie, atque ora longis pilis ciliata. Folia ex angusto primum triangulariter expansa, deinde in ovatam formam educta, profundis, & obtusis dentibus dentata, dentibus singulis majori pilo terminatis: extremi folii impar dens constanter

reliquis minor. Caulis erectus, rubeus, firmus, asper, etiam pilosus, nodosus, bis, aut ter dichotomus. Calyx de more generis. Foliola exteriora fere linearia, quae in POTENTILLA verna ovata sunt. Tota planta longis villis hirsuta, petala aurea, cordata, emarginata, calyce majora. Antherae didymae, luteae. Ad divisiones ramorum stipulae profunde bifidae, quibus insident folia primum ternata, deinde simplicia, sed dentibus acuminibus instructa.

1479. POTENTILLA aurea
Icon. Taur. Vol. III tab. 65
Potentilla foliis radicalibus quinatis serratis acuminatis, caulinis ternatis, caule declinato. LINN. spec. p. 710 JACQ. *Vind. p. 245*
Fragaria caule declinato, foliis quinis serratis, oris sericeis. HALL. *hist. tom. 2. n. 1120 tab. 21*
Quinquefolium minus repens aureum. ibid. tab. 21
Fragaria (aurea) foliis radicalibus quinatis splendentibus, ora argentea, petalis maculatis CRANTZ. *fasc. 2. ed. 2. p. 77*
Potentilla foliis margine sericeis acute serratis, radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule declinato. GER. *fl. gallop. p. 468. n. 6*
Quinquefolium minus repens alpinum aureum BAUH. *pin. 325*
Loc. In pratis alpium editiorum saepe occurrit. PERENNIS

1480. POTENTILLA opaca
Icon. Taur. Vol. III tab. 66.
Potentilla foliis radicalibus quinatis cuneiformibus serratis, caulinis subopposita, ramis filiformibus decumbentibus LINN. spec. p. 711
Fragaria caule suberecto, foliis quinis septenis serratis obtusis HALL. *hist. tom. 2. n. 1130*
Potentilla foliis hirsutis dentatis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule hirsuto decumbente GER. *p. 468. n. 7*
Quinquefolium minus repens lanuginosum luteum BAUH. *pin. 325*
Potentilla (opaca) foliis quinis, septenisve crenato-serratis oblongis hirsutis, caule ramoso erectiusculo VILL. *prosp. p. 47*
Loc. Locis aridis, & in pascuis sterilibus *Pedemontanis* uberrime. PERENNIS

1481. POTENTILLA verna tab. 64. fig. 2
Icon. Taur. Vol. III tab. 65. & Vol. XII tab. 64. f. 3
Potentilla foliis radicalibus quinatis incise serratis tenuis, caulinis ternatis, caule declinato LINN. spec. p. 712
Fragaria caule decumbente, foliis quinatis serratis subhirsutis HALL. *hist. tom. 2. n. 1119*
Quinquefolium minus repens alpinum aureum BAUH. *pin. 325*
Pentaphyllum alpinum splendens aureo flore BAUH. *hist. II p. 398*
Fragaria (villosa) foliis radicalibus quinatis obtuse, & obtuse serratis, floralibus suboppositis trifidis, petalis maculatis CRANTZ. *fasc. 2. ed. 2. p. 75. tab. 1. fig. 2*
Potentilla foliis hirsutis dentatis, radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule hirsuto decumbente GER. *Fl. Gallop. p. 468. n. 7.*
β. *Potentilla (incerta) foliis ternatis, & quinatis serratis hirsutis, petalis ovatis, vix calyce majoribus* VILL. *prosp. p. 46.*
Pentaphyllum montanum minus luteo tormentillae flore elatiorum BARR. *icon. 709*
Loc. Frequentissime in pratis alpium, & in alveis fluminum extra alpes. PERENNIS
Obs. Varietatem, quam BARRELIERI adscripsi, & lacertae nomine designat *Cl.* VILLARS ea est, quam nostra Icon exhibet. Hujusmodi plantae pro locorum diversitate variat magnitudine foliorum, numero dentium, hirsutie, pene etiam calyce est, ita ut aliae plantae videntur. In agro *Taurinensi* secus *Duriam* vidit *Cl.* BELLARDI.

1482. POTENTILLA caulescens
Icon. Taur. Vol. XV tab. 64. fig. 4

Potentilla foliis quinatis apice conniventibus serratis, caulibus multifloris decumbentibus, receptaculis hirsutis. LINN. *syst.* 12. *p.* 351. JACQ. *vind. p.* 246. *& fl. austr. tab.* 229.
Fragaria foliis ovatis apice serratis, oris sericeis, pappo placentae longissimo. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1123.
Fragaria petiolis, & foliis quinatis, caule erecto minoribus, flore albo. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 78.
Quinquefolium umbellatum album foliis in apice tridentatis. SEGUIER. *veron.*
Quinquefolium album majus. BAUH. *prodr.* 129. *caulescens.* BAUH. *pin.* 325.

Loc. E scopulis *Vinadiensibus* prope la *Madonna del Vallon* habeo. Nascitur etiam *à la Tuile* ad rupes. Legi circa *Finestrelles* supra *Tendam*, & *Termignon* etiam occurrit: excelsis abruptis, & saxosa alpium loca soli exposita. *PERENNIS.*

Obs. POTENTILLA *clusiana* JACQ. *fl. austr. tab.* 116. mihi non videtur a caulescente LINN. distinguenda.

1483. POTENTILLA alba.
Icon Taur. Vol. III tab. 68.
Potentilla foliis quinatis apice connivente-serratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. LINN. *spec. p.* 713.
Fragaria (alba) petiolis, & foliis quinatis caule procumbente fere altioribus, flore albo. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 78.
Potentilla nitida. SCOP. *fl. carn. ed.* 2. *n.* 624.
JACQ. *fl. austr. tab.* 115.
Quinquefolium album minus alterum. BAUH. *pin.* 325.
Quinquefolium album TRAGI.

Loc. In pascuis ad oras sylvarum tum in collinis, tum in montanis locis: alpes non ascendit. *PERENNIS.*

1484. POTENTILLA valderia *tab.* 24. *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 64. *fig.* 1.
Potentilla foliis septenatis obovatis serratis tomentosis, caule erecto, petalis calyce brevioribus, receptaculis lanatis. LINN. *spec. p.* 714.
Potentilla lanata. LAM. *fl. franç. tom.* 3. *p.* 646.

Loc. Frequens in saxosis alpium *Vinadii*, & *Valderii*, ubi etiam supra *Tendam*. *PERENNIS.*

Descr. Radix crassa, & rubra est, fracta tenax, & multiceps. Haec supra porrigunt innumera folia longa petiolata, & caules plures suberectos, aut aliquantulum reclinatos. Folia sunt ex ampla stipula petiolata, petiolis hirsutis. Foliola rotundo-ovata, serrata, firma, tomentoso-incana, venosa, & subtus nervosa, quina, sena, aut septena. Caules subrubri, plerumque palmares, versus summum ramosi, ramis corymbum florum sustinentibus. Folia caulina, quinata, & stipulis brevius hamatis insidentia. Folia ad originem ramorum subjecta, ternata. Petala dilutissima sulphurea, aut alba, conniventia plerumque calyce minora. Receptaculum lanuginosum. Tota planta sericeo-incana est, caulibus, & petiolis rubescentibus subhirsutis.

1485. POTENTILLA reptans.
Icon Taur. Vol. III tab. 94.
Potentilla foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. LINN. *syst.* 12. *p.* 351.
Fragaria foliis quinatis serratis, petiolis unifloris, caule reptante. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1118.
Quinquefolium majus repens. BAUH. *pin.* 325.
Pentaphyllum, 1. *Quinquefolium vulgare repens.* BAUH. *hist. II. p.* 397.
Cinquefoglio. MATTH.

Off. Quinquefolium, s. Pentaphyllum.
Vern. *Cinqfeuj, s. erba cinchena.*
Loc. Secus muros, & ad vias secus fossas vulgaris. *PERENNIS.*

Vir. POTENTILLÆ principes ac de sentent, atque adstringunt. POTENTILLA *anserina* viribus adstringentibus mediis abstergentes adjungit. Habetur inter vulnerarias, & commendatur in nimio mensium fluxu, atque ad alvum solutam sistendam. POTENTILLA *reptans* non infrequenter a Medicis adhibetur. Magnam habet aestimationem apud rusticos ad febres intermittentes tollendas. Tota planta similem efficaciam habet, sed radix potentius agit. *Quinquefolio* Medici utuntur iis in morbis, in quibus adstringentia locum habere possunt. In febribus intermittentibus usitate datur succus expressus ab unciis duabus ad uncias quatuor aliquot horis ante accessionem. In iis potissimum convenit febribus intermittentibus, quae cum quadam laxi aestu conjunguntur. Paruda ex succus plantaginis tollit febres intermittentes. Utile autem est generatim in febribus paroxysmalibus praescriptio stirpium amararum adstringentium cum additione *Quinquefolii*, aliarumque stirpium stipticarum, quo connubio obtinetur medicamentum corticis peruviani analogum, atque ipsi etiam antaponendum, si metus sit ex usu remedii nimium tonici, valdeque humores malae indolis intra minima vasa figentis.

1486. POTENTILLA rubens.

Fragaria (rubens) *foliis quinatis angustis cuneiformibus, & cuneiformiter ternatis pilosis, caulibus filiformibus rubentibus.* CRANTZ. *fasc.* 2. p. 75.

Potentilla (rubens) *foliis quinatis, & septenatis, caule subereсto, petalis parvis cordatis.* VILL. *prosp.* p. 46.

Loc. Nascitur in calidioribus collibus *Liguriae*, & *Montisferrati* in vineis, & ad vias locis apricis saxosis, & argillaceis. PERENNIS.

Descr. Caules ex una radice plures, teretes, suberecti, flexuosi, altera parte rubentes, longis pilis instructi. Folia quinata, splendide, & obscure viridia, glabra, subtus in costa pilosa. Stipulae de more generis caulem amplexantes, petiolum communem educunt, quod foliolis brevius est, & colligit foliola quinque longa, gracilia, aversiformia, cuneiformia, & profunde dentata. Stipularum pagina inferior maxime pilosa est, foliorum quinatorum stipulae habent utrinque additum dentem unum. Folia sub ramis ternata sunt cum stipula simpliciter bifida. Rami in summo dichotomi. Stipulae ibi duae oppositae sunt foliis, ut ita dicam, annuatae duo parva dentium habent, quorum primum longius est. In dichotomia positus flos longius pedunculatus. Calyx decem segmentis, alternis minoribus, hirsutus. Flos magnus luteus. Petala cordata calyce majora. Antherae luteae, compressae, bisulcae, subovatae; stamina antheris longiora.

FOLIIS TERNATIS

1487. POTENTILLA nitida.

Potentilla foliis subternatis tomentosis conniventi-tridentatis, caulibus unifloris, receptaculo lanato. LINN. *syst.* 12. p. 351.

JACQ. *fl. austr. app.* tab. 25.

Heptaphyllum argenteum alpinum unifolium Sabaudum. BOCC. *mus.* 2. p. 20. tab. 9.

Trifolium alpinum argenteum, persici flore. BAUH. *pin.* 328. PON. *Bald.* 222.

Comaroides alpina argentea minima, persici flore. SEGU. *Ver.* 1. p. 497.

Loc. Nascitur in *Sabaudiae* montibus, ubi etiam vidit BOCCONE loco cit. in taxorum sinu montis *Pansi* non dicti, eamdemque stirpem in *Sabaudia* legit BOYERON. PERENNIS.

1488. POTENTILLA norvegica.

Icon Taur. Vol. XIII. tab. 64.

Potentilla foliis ternatis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus. LINN. *spec.* p. 715.

Fragaria foliis ternatis hirsutis, caulibus tripartitis, stipulis ovato-lanceolatis. HALL. *hist.* tom. 2. n. 1115.

Loc. In alpibus montis *Silvii*. ANNUA.

1489. POTENTILLA grandiflora.

Potentilla foliis ternatis dentatis utrinque subpilosis, caule decumbente foliis longiore. LINN. *spec.* 715.

Potentilla foliis ternatis sericeis, caule declinato, petalis calycem longe superantibus. HALL. hist. tom. 2. n. 1114. tab. 21.
Fragaria helvetica nana PARK. Theatr. p. 757.
Fragaria sterilis amplissimo folio, & flore, petalis cordatis. VAILL. paris. 55. tab. 10. fig. 1.
Potentilla foliis ternatis dentatis, caule superne dichotomo, petalis calyce duplo longioribus GER. fl. galloprov. p. 469. n. 10.
Potentilla grandiflora SCOP. fl. carn. ed. 2. p. 363. tab. 22.
Fragaria grandiflora LAM. fl. franc. tom. 3. p. 112.
Loc. In petrosis saxosis alpium frequens: uberrime circa thermas *Valderii*, & *Vinadii*. *PERENNIS.*

SIBBALDIA. LINN. gen. n. 354. syst. n. 389.

Differt a Potentilla staminibus quinque, & seminibus quinque.

1490 SIBBALDIA procumbens.
ICON. TAUR. Vol. XIV. tab. 38. f. 3.
Sibbaldia foliolis tridentatis LINN. syst. 10. p. 237.
Fragaria foliis ternatis retusis tridentatis flore calyci aequali pentastemone HALL. hist. 2. n. 1116.
Fragariae sylvestri affinis planta flore luteo. SIBB. scot. 2. p. 15. tab. 6. fig. 1. OED. dan. tab. 32.
Pentaphylloides fruticosum minimum procumbens flore luteo. PLUK. alm. 284. tab. 212. f. 3.
Pentaphyllum minimum alpinum nigrum crispum, profunde dissectum. BOCC. mus. p. 19. c.
Loc. Ubique in summis alpibus *PERENNIS.*

FRAGARIA. LINN. gen. n. 358. syst. n. 633. TOURN. tab. 151.

Flos Potentillae, sed semina receptaculo baccato edulì-deciduo insidentia.

1491 FRAGARIA vesca.
ICON. TAUR. Vol. III. tab. 57.
Fragaria flagellis reptantibus LINN. syst. 12. p. 349.
Fragaria foliis ternatis, flagellis repens HALL. hist. tom. 2. n. 1112.
Fragraria flagellis reptantibus, fructu edulì. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 91.
Potentilla foliis ternatis, fructibus baccatis, stolonibus repentibus. GER. p. 470. n. 12.
Potentilla vesca. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 625.
Potentilla flagellis repens, foliis ternatis. BOHEM. lips. p. 413.
Fragaria vulgaris BAUH. pin. 326.
Fragraria. MATTH.
VERN. Frola.
Loc. Ubique in montibus, & collibus ad oras sylvarum. *PERENNIS.*
VIR. FRAGARIÆ fructus edules sunt, grate acidi, atque attemperantes. Universa planta acidum, adstringens principium possidet, quod copiosius in radice reperitur cum quadam sale alkalino fixo. Urinas pellit non modo tubulos renales irritando, sed etiam earum tonum augendo. Hujusmodi remedii genus maxime opportunum est, si ex debili fibrarum actione, aut nexu tenuiorum loru secretio imminuta sit. Pro circumstantiarum varietate radici FRAGARIÆ aut attemperantia, aut validiora antiscorbutica adjungi solent. In minori morbo radices FRAGARIÆ sufficere possunt ad lotii separationem urgendam. Contemnendum remedium non est in ictero, si praesertim abstergentia, aut resolventia una adjungantur. In morbis renum ex calculo etiam commendantur hujusce plantae radices. Non puto quidem calculum solvere, sed blande potest illarum urgere, ac tonum fibrarum firmando ejusdem generationem etiam antevertere.

1492 FRAGARIA sterilis.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 30.
Fragaria caule decumbente, ramis floriferis laxis. LINN. *syst.* 55. *p.* 350.
Fragaria caule procumbente, foliis ternatis retusis sericeis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1123.
Fragaria sterilis. BAUH. *pin. p.* 327. TOURN. *inst.* 296.
Fragaria non fragifera, vel non vesca. BAUH. *hist. II.* 395.
Fragaria sylvestris, minime vesca, s. sterilis. LOB. *ic.* 698.
Fragaria sterilis, seu minime vesca hirsuta minime incana. MORIS. *hist.* 2. *p.* 186. *s.* 2. *tab.* 19. *f.* 3.
Loc. Ad rupes, & muros locis subhumidis in territorio *Bugellensi*, & montibus *Montis regalis.* PERENNIS.

COMARUM. LINN. *gen. n.* 563. *syst. n.* 638.

Flos Potentillae, sed petala calyce minora. Receptaculum seminum ovatum, spongiosum, persistens.

1493 COMARUM palustre.
Icon Taur. Vol. XIV. tab. 38. f. 4.
Comarum palustre. LINN. *spec. p.* 718.
Fragaria foliis pinnatis, petalis lanceolatis minimis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1128.
Fragaria (palustris) foliis pinnatis subrotundis, petalis minimis. CRANTZ. *fasc.* 5. *p.* 11. *ed.* 2. *p.* 73.
Potentilla palustris. SCOP. *fl. carn. ed.* 2. *n.* 617.
Potentilla calyce colorato, petalis majore. BOHEM. *Lips.* 425.
Argentina rubra. LAM. *fl. franc. tom.* 3. *p.* 116.
Quinquefolium quartum. DOD. *pempt.* 167.
Quinquefolium palustre. CAM. *epit.* 762.
Loc. Ad oras lacuum, uberius circa lacum di *Candia*, & *Viverone.* Ignatius MOLINERI prope *Belleville* in *Sabaudia.* PERENNIS.

CARYOPHYLLATA. TOURN. *inst.* 294. *tab.* 151.

A superioribus differt seminibus caudatis, sive arista geniculata instructis.

1494 CARYOPHYLLATA urbana.
Icon Taur. Vol. VIII. tab. 30.
Geum floribus erectis, fructibus globosis villosis, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. LINN. *syst.* 12. *p.* 350.
Geum foliis pinnatis, pinna ultima triloba, floribus patulis, tubis adunctis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1130.
Geum floribus erectis, fructu globoso, aristis uncinatis nudis. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 69.
Geum fructu globoso, calycibus incidentibus, aristis uncinatis nudis caudatis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 371. *n.* 1.
Caryophyllata urbana. SCOP. *fl. carn. ed.* 2. *n.* 628.
Caryophyllata floribus erectis, seminibus uncinatis. BOHEM. *Lips. p.* 180. *n.* 433.
Caryophyllata vulgaris. TOURN. 294. LAM. *fl. franc. tom.* 3. *p.* 122.
Caryophyllata vulgaris. BAUH. *pin.* 321. *Off.*
Caryofillata. MATTH.
Loc. Ad sepes, & sylvas ubique frequens in agro *Pedemontano.* PERENNIS.
Vir. Radices CARIOPHYLLORUM odorem spirant, subadstringentes, tonicae, & laeviter aromaticae sunt, atque contrayervae ipsi substitui posse dicuntur. Principia quidem similia habent, sed longe imbecilliora. Stomachi vires erigunt, & menses ex laxitate fibrarum parcius fluentes promovent; commendandae etiam minime sunt ad pertinacem alvi fluxum cohibendum, quem fibrarum debilitas sustinet. Siccata radix drachmarum decem pondere solet ex aqua decoqui, rectius autem duplo major dosis adhibetur: in substantia, sive in pulverem trita dari potest a scrupulo uno ad drachmam unam.

1495 CARYOPHYLLATA rivale.
Icon Taur. Vol. XI. tab. 17.
Geum floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis tortis. LINN. *syst.* 11 *p.* 351.
SCOP. *fl. carn. p.* 371 *n.* 3.
Geum foliis pinnatis, pinnis acutis extremo maximo trilobato floribus connivantibus nutantibus. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1129.
Caryophyllata rivalis. SCOP. *fl. carn. ed.* 1 *n.* 619.
Caryophyllata aquatica. LAM. *fl. franc., tom.* 3 *p.* 123.
Caryophyllata aquatica nutante flore. BAUH. *pin.* 321.
Caryophyllata aquatica flore rubro striato. BAUH. *hist. II p.* 398.
Loc. In pratis spongiosis, & secus fossas in montanis, & subalpinis. PERENNIS.

1496 CARYOPHYLLATA montana.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 60 *f.* 2.
Geum flore inclinato solitario, fructu oblongo, aristis villosis rectis. LINN. *spec. p.* 717.
CRANTZ. *fasc.* 1 *p.* 6.
Geum foliis pinnatis extremo maximo rotundo cordato. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1131.
Caryophyllata montana. SCOP. *fl. carn. ed.* 1 *n.* 630. LAM. *fl. franc., tom.* 3 *p.* 111.
JACQ. *fl. austr. tab.* 373.
Caryophyllata alpina lutea. BAUH. *pin.* 322.
Caryophyllata montana flore magno luteo. BAUH. *hist. II p.* 398.
Caryophyllata montana. MATTH.
Loc. In pascuis montanis, & alpinis abunde provenit ubique. PERENNIS.

1497 CARYOPHYLLATA reptans.
Geum foliis uniformibus incisis, alternis minoribus, flagellis reptantibus. LINN. *spec. p.* 717.
Geum foliis pinnatis trilobatis incisis, flagellis reptans. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1132.
Caryophyllata alpina apii folio. BAUH. *pin.* 322.
Caryophyllata alpina tenuifolia tecanis longius radiatis. BOCC. *mus. p.* 162 *tab.* 118.
BARR. *obs.* 589 *ic.* 400.
Caryophyllata reptans. LAM. *fl. franc., tom.* 3 *p.* 111.
Loc. Viris in saxosis ad descensum montium *Arbéraz*, & *Col de la Croix* versus vallem *Queiros*, & in monte *Cenisio*, *Assietta*, & *Meaveran*. PERENNIS.

B. ANGIOSPERMÆ.

1. CALYCE NULLO

ACONITUM LINN. *gen. n.* 603 *syst. n.* 682. TOURN. *tab.* 239 240.

Petala quatuor, inferiora ferme orbiculata, quintum superius cucullatum quasi galeatum. Ex parte superiore thalami oriuntur pedunculi duo, qui bina nectaria quasi cochlearia sustinent, & sub petalo superiore recondunt semina declinata filamentis plana. Fructus constat ex tribus, vel quinque vaginis univalvibus. Semina angulata, vel rugosa.

1498 ACONITUM lycoctonum.
Icon Taur. Vol. XXV. tab. 19.
Aconitum foliis hirsutis semitrilobis, lobis duplicato-trifidis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1200.
Aconitum foliis palmatis multifidis villosis. LINN. *spec. p.* 750.
JACQ. *fl. austr. tab.* 380.
Aconitum lycoctonum. CRANTZ. *fasc.* 2 *ed.* 1 *p.* 131.
Aconitum lycoctonum luteum. BAUH. *pin. p.* 183. TOURN. *inst.* 424.
Aconitum folio platani, flore luteo pallescente. BAUH. *hist. III p.* 651.
Aconitum lycoctonum luteum majus. DOD. *pempt.* 439.
Napellus flore luteo. RIV. *irreg. pentapet. tab.* 131.
Aconitum secundum. MATTH.

Off Aconitum lycoctonum.
Loc In sylvis montanis, subalpinis, atque etiam collibus vulgare est. *Perenne*.

1499 ACONITUM Napellus
Icon. Taur. Vol. XIII tab 89.
Aconitum foliorum laciniis linearibus, superne latioribus linea exaratis. LINN. *spec p* 751
Aconitum caule simplici, spica densa, petalis uniflaris, casside breviter mucronata. HALL. *hist tom.* 1 *n.* 1197.
JACQ. *fl. austr* tab 381.
Aconitum Napellus CRANTZ *fasc* 2 *ed* 2 *p.* 151
Aconitum caeruleum, seu Napellus BAUH. *pin. p.* 183 TOURN *inst.* 425 GARID *Aix tab.* 1.
Aconitum magnum purpureo flore, vulgo napellus BAUH. *hist. III p.* 655
Napellus verus LOB. *hist.* 387.
Aconitum napellus, foliorum ambitu circinnata, segmentis linearibus, spicae pedunculis simplicibus VILL. *prosp. p* 49.
Napello MATTH.
Off Napellus.
Vern Napel
Loc Ad oras sylvarum locis umbrosis, & alpinis frigidis non infrequens *Perenne*

1500 ACONITUM cammarum
Icon Taur Vol. XV tab. 72
Aconitum floribus subpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus incisis acutis LINN *spec p.* 751
JACQ *fl. austr* tab 424.
Aconitum caule ramoso paniculato, petalis multifloris, cassidis mucrone longiori HALL. *hist tom.* 1 *n.* 1198
Napellus flore majore RIV. *tab.* 129
Aconitum lycoctonum tauricum CLUS *hist* 2. *p.* 95
Aconitum violaceum, seu napellus BAUH. *pin. p.* 183 TOURN *inst p* 425.
Aconitum napello simile, sed minus caeruleum praecocius BAUH *hist. III* 656.
Aconitum paniculatum LAM *fl. franc, tom* 3 *p* 646
Loc In sylvis umbrosis montium, & alpium frequentissime *Perenne*
Vir ACONITI genus virulentum est venenis accensendum, & licet aliqua species dicatur sine nocumento pro cibo assumpta, prudentis non est incertis experimentis rem hanc fidere. Inter venena acria, quae stomachum, atque intestina mala afficiunt, atque convulsiones inde gignunt, locum habet ACONITUM, quod & majoribus animalibus certo necem infert. ACONITUM *Cammarum* illud est, quod *Napelli* nomine in usum internum deducere ausus est *Cl.* STORCH, maximaeque efficaciae esse scripsit in pertinaci rheumatismo, ischiade, glandulis induratis, amaurosi, aliisque morbis ex summa glutinosa, & viscida pituita ortis. Dabat extractum ACONITI cum Sacchato commixtum, prima diebus dosi, quae minor uno grano est, eam usque ad grana quatuor, & ultra augeri posse putat idem Clar. Auctor. Summae acrimoniae, maximamque resolvere esse non diffitemur; videmus etiam in desperatis, & contumacibus morbis periculosa, & temeraria remedia esse tentanda, sed semper suadebimus thyrones intra minorem dosim, si necessitas ad hoc remedium cogat, se continere, atque confidentius celeberrimi STORCHII remedium commendabimus, quando aliorum classicorum virorum observata ipsius effectum confirmabunt.

1501 ACONITUM Anthora
Icon Taur Vol. XXIII tab 87
Aconitum floribus pentagynis, foliorum laciniis linearibus LINN *spec. p.* 751.
JACQ *fl. austr* tab 382
Aconitum foliis linearibus profundissime incisis, lateralibus lobis bipartitis intus, radice duplici-tuberosa HALL. *hist. tom.* 1. *p* 93. *n.* 1199.

Anthora, seu Antithora. CAMER. *epit. p.* 837.
Aconitum salutiferum, seu Anthora. BAUH. *pin. p.* 184. TOURN. *inst.* 425. ROBERT. *ic.* 10.
Antithora flore luteo Aconiti. BAUH. *hist. III.* 660.
Anthora. LOB. *adv. p.* 264.
Anthora gedoaria, Aconitum salutiferum. TABERN. *ic.* 119.
Anthora. MATTH.

Off. Anthora, sive Antithora.

Loc. LOBELIUS, & JOANNES BAUHINUS alpium *Sabaudiae* indigenam dicunt. Inter rupes locis apricis, & subalpinis praesertim frequentissima planta est. PERENNE.

Vir. Anthorae radix immerito habita est pro ACONITI antidoto. Sunt qui commendent, & dederint ad febres intermittentes tollendas granorum duodecim, atque etiam quindecim pondere. Ipse dedi in febri quotidiana, & contumaci intermittente. Nullam utilitatem obtinui, vomitum, atque alvum excitavit non sine aliquo cruciatu intestinorum; puto igitur cum affinibus suspectam plantam esse, quae multa mitiorem venenatam acrimoniam habeat.

DELPHINIUM. LINN. *gen. n.* 602. *syst. n.* 681. TOURN. *tab.* 241.

Petala quatuor oblonga patentia, quorum supremum oblongum in calcar posterius extensum, quod vaginae in modum continet. Nectarium monophyllum, aut diphyllum, petaloideum. Fructus vel ex una, vel tribus vaginulis univalvibus constat, quae semina angulosa continent.

1502. DELPHINIUM consolida.
Icon TAUR. *Vol. III. tab.* 111.
Delphinium nectariis monophyllis, caule subdiviso. LINN. *spec. p.* 748. CRANTZ. *fasc.* 2. *p.* 118.
Delphinium unisiliquum, caule brachiato diffuso, floribus sparsis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1203.
Delphinium nectario monopetalo. BOHEM. *fl. lips. p.* 225. *n.* 341.
Delphinium nectariis acuminatis subenervatis pedunculo longioribus, foliis lineari-quinquefidis. NECKER. *tom.* 1. *p.* 233.
Delphinium segetum. LAM. *fl. franc.* *tom.* 3. *p.* 315.
Delphinium segetum flore caeruleo. TOURN. *inst.* 426.
Consolida regalis arvensis. BAUH. *pin.* 142.
Consolida caerulea flore minore. BAUH. *hist. III. part.* 1. *p.* 210.

Loc. Non infrequens est inter stipulas in agro *Pedemontano*. Frequentissima in agris calidiorum collium *Taurinensium*. ANNUUM.

1503. DELPHINIUM peregrinum. *tab.* 23. *fig.* 3.
Icon TAUR. *Vol. XV. tab.* 92.
Delphinium nectariis diphyllis, floribus solitariis, foliis multipartitis, foliolis lineari-acuminatis. ENUM. NIC. *p.* 100. MISC. TAUR. *tom.* 2. *p.* 71. *tom.* 5. *p.* 89.
Delphinium nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, foliis multipartitis obtusis. LINN. *syst.* 11. *p.* 371.

Loc. Circa *Nicaeam* nascitur. ANNUUM.

1504. DELPHINIUM elatum.
Icon TAUR. *Vol. X. tab.* 63. & *Vol. XV. tab.* 33.
Delphinium nectariis diphyllis, labellis bifidis apice barbatis, foliis incisis, caule erecto. LINN. *spec. p.* 749.
Delphinium trisiliquum, foliis semiquinquelobis acute serratis, petalis interioribus quaternis barbatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1201.
Delphinium perenne montanum villosum aconitifolio. TOURN. *inst.* 426.
Aconitum caeruleum hirsutum flore Consolidae regalis. BAUH. *pin.* 183.
Aconitum caeruleum, calcare magno. BAUH. *hist. III. p.* 657.

Loc. Nascitur in *Alpe Sin*, *Gravernel*, atque in valle *Augustae Praetoriae*; etiam circa thermas *Vinadianas* in umbrosis saxosis minime rarum est, etiam viam *la Traverse* dictam abunde occurrit. *Perenne.*

1525 DELPHINIUM Staphysagria.

Delphinium nectariis tetraphyllis petalo brevioribus, foliis palmatis, lobis obtusis. Linn. syst. 12. p. 371.

Staphysagria. Bauh. *pin.* 324

Staphysagria Dod. *pempt.* 366.

Off. Staphysagria.

Loc. Reperitur *Niceae*. Terraneus nasci affirmat in sylva ad *Clavasii* conspectum sita. *Annuum.*

Vir. Delphinii genus *Aconito* proximum veneni etiam suspicione non caret; harum stirpium semina contrita, & in pulverem redacta pediculos enecant, si eo nam substantia aliqua oleosa subacta pars illa, quam molesta haec animalcula obsideat, confricatur. *Staphysagria* tamen potentius agitur, atque ad hunc usum remedium est usitatum *unguentum de Staphysagria*.

AQUILEGIA. Linn. *gen. n.* 605. *syst. n.* 684. Tourn. *tab.* 241.

Styli quinque: corolla pentapetala aequalis: nectaria quinque corniculata inter petala. Capsulae quinque distinctae, polyspermae.

1526 AQUILEGIA viscosa.

Aquilegia caule subnudo subunifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundis incisis. Gou. *fl. monsp.* p. 267. n. 1. *hort.* 21. Linn. *syst. nat. ed.* 12. *tab.* 1. p. 372. *mant.* p. 77.

Aquilegia hirsuta, flore viscoso. Tourn. *inst.* 428. Magn. *bot. monsp.* p. 26. *hort.* 21.

Loc. Semel in umbrosis alpinis *Gaurenis* d'*Ceis* i *prà d' Galè* vidit Cl. Dana, & Cl. Bellardi invenit in alpibus *Tendae*, & *Vinadii*. *Perennis.*

1527. AQUILEGIA vulgaris.

Icon. Taur. Vol. IV. tab. 216. & *Vol. XV. tab.* 15.

Aquilegia nectariis incurvis. Linn. *spec.* p. 752.

Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis tripartitis subrotundis, obtuse dentatis. Hall. *hist. tom.* 2. n. 1195.

Aquilegia sylvestris. Bauh. *pin.* 144. Garid. *tab.* 8.

Aquilegia flore simplici. Bauh. *hist. III.* p. 484.

Aquilegia Dod. *pempt.* 181.

Aquilegia. Matth.

Off. Aquilegia, sive Aquilina.

Loc. Ubique in montanis, & etiam alpinis ad sylvas, & in irrigua umbrosa frequens. *Perennis.*

Vir. Aquilegiae semina laudata sunt in ictero, & ad variolas propellendas. Radix ad calculum pellendum; herba ipsa habita est pro antiscorbutica, & florum tinctura commendata in gingivarum laxitate. Fateor autem omnino mihi suspectam plantam esse ex affinium plantarum venenata qualitate, neque principia illa videre, ex quibus haece utilitates liceat augurari.

1528 AQUILEGIA alpina *tab.* 66.

Icon. Taur. Vol. IV. tab. 1. & *Vol. XV. tab.* 15.

Aquilegia foliis trilobatis tripartitis linearibus, caule pauciflore. Hall. *hist. tom.* 2. n. 1196.

Aquilegia nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus. Linn. *spec.* p. 752.

Aquilegia montana magno flore. Bauh. *pin. prodr.* 75. *hist. tom. III.* p. 484. Tourn. *inst.* 418.

Loc. Nascitur in umbrosis, & humidis montis *Cenisii*, & *Prologniae*, alpibus *de Lance*, in monte *Rosa*, atque supra *Fenestrellas*. *Perennis.*

Desc. Color floris caeruleus. Apices petalorum ex luteo virent. Nectariorum cornu incurvum. Petala ex ovata lanceolata. Antherae luteae, fusco-virides, bisulcatae sulco luteo. Germina quinque. Styli quinque stigmatibus recurvis. Nectariorum anterior pars dilutius caerulea est. Petalorum ungues intus albescentes, extus caerulei inter nectaria, atque infra eadem nascuntur. Stamina ampla, & crassa basi ex receptaculo infra embryonem nascuntur filiformia. Germina subhirsuta. Petala una tertia parte cornu nectariorum superant, si consideratur integrum nectarium, & petala fere ejusdem longitudinis sunt. In utroque AQUILEGIA petioli, & adversa foliorum facies laeviter subhirsuta. Folia AQUILEGIÆ *alpinae* ternata, longe minora foliola in *vulgari* trifida, in *alpina* vero ternata, sive unum sessilium pinnatorum foliorum par habent cum impare petiolato; impar foliolum trifidum est, medio segmento iterum trifido, lateralibus bifidis medio segmento, & lateralium segmenti iterum trifido, sive trilobato; pinnatorum foliolorum forma eadem, sed tantum bifida sunt, dentes omnes subrotundi. In AQUILEGIA vulgari petioli bis trifidi, foliolis omnibus petiolatis: in *alpina* tantum folia lateralia sessilia non petiolata, foliola profundius secta.

NIGELLA. LINN *gen n 686 syst. n. 685* TOURN *tab* 134.

Corolla pentapetala, aequalis, plana; nectaria octo bilabiata intra corollam. Stamina plurima. Styli quinque, sive decem. Capsulae quinque, s. decem connexae.

1509 NIGELLA damascena.
Icon Taur Vol. IV tab 27.
Nigella floribus involucro folioso cinctis LINN *spec p.* 753.
Nigella flore foliis induto. CRANTZ. *fasc* 2 *ed* 2 *p* 133.
Nigella involuta LAM *Fl. Franc tom* 3 *p* 312.
Nigella angustifolia flore majore simplici caeruleo. BAUH. *pin* 145.
Melanthium sylvestre MATTH & LOB. *ic* 471.
Loc. Agri *Nicaeensis* familiaria planta est, quam tamen in arvis collium *Taurinensium* etiam legit *Cl.* BELLARDI *Annua.*

1510. NIGELLA arvensis.
Icon Taur Vol. XXVII. tab 96.
Nigella pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis LINN *spec p* 753.
Nigella flore nudo, aliquorum corniculis longissimis HALL *hist tom.* 2 *n.* 1294.
Nigella flore foliis nudo. CRANTZ. *fasc* 2 *ed* 2 *p.* 132.
Nigella arvensis cornuta. BAUH. *pin* 145 GARID *aix tab* 69.
Melanthio sylvestris secunda MATTH.
Off Melanthium sylvestre, s. Nigella sylvestris.
Loc In agris sterilibus provinciae *Alexandrinae*, & *Dertonensis* frequens; lecta etiam est in agro *Taurinensi. Annua.*
Vir. Semina NIGELLÆ *arvensis* inutilia prorsus sunt, neque habent eam aromaticam gratiam, quam habent semina NIGELLÆ *sativae* olim pro ciborum condimento adhibita, & laudata ad urinam pellendam sed haec etiam exolevit nostris temporibus sunt, quum omni virulentia carere non judicentur.

HELLEBORUS. LINN *gen. n.* 622. *syst n.* 702 TOURN *tab.* 244.

Corolla pentapetala, aequalis, persistens; nectaria plura bilabiata intra corollam. Stamina plurima. Capsulae plures tetrusculae, distinctae, polyspermae.

1511 HELLEBORUS hyemalis.
Helleborus flore folio insidente LINN *spec p.* 783 HALL. *hist. tom.* 2 *n* 1192.
JACQ *Fl. Austr tab.* 202.
Helleborus ranunculoides praecox flore luteo MORIS. *ox sect* 12. *sect* 12 *tab.* 2. *f* 4.
Aconitum hyemale CAM. *epit* 848.

Aconitum unifolium bulbosum. Bauh. pin. 193. Garid. aix. tab. 3.

Loc. In collibus *Taurinensibus* prope *Eruenem* Copiosissime exoritur in vineis, & collibus *Montisregalensis* provinciae, & *Liguriae*. Perennis.

1512 HELLEBORUS niger.

Helleborus scapo subbifloro subnudo, foliis pedatis. Linn. syst. 12. p. 381.

Helleborus nectariis obsubulatis, filamentis staminum duplo brevioribus. Scop. Fl. Carn. 556. n. 2. ed. 2. n. 696.

Jacq. *Fl. Austr.* tab. 201.

Helleborus foliis pedatis, flore roseo. Crantz. fasc. II. p. 122. ed. 2. p. 133.

Helleborus niger. Lob. adv. p. 304.

Helleborus niger legitimus. Clus. hist. p. 275.

Elleboro nero. Matth.

Off. Helleborus niger legitimus.

Loc. In valle *Augustae Praetoriae*, & ad *Jovis* montis fastigia provenire adnotavit Lobelius. In *Montisferrati* collibus, & *Monceae* sugubrioribus montibus repertum. Perennis.

Vir. Hic est verus Helleborus *niger* officinarum. Ab Antiquis adhibitus Helleborus *niger* alia planta est, observante Cl. Tournefort, qui locum natalem Hellebori antiquorum perlustravit. Duae aliae species cum *nigro* viribus conveniunt apud nos crescunt in Europa frequentes, quae sunt Helleborus *viridis*, & *foetidus*. Credibile etiam est diversos effectuum gradus, qui Hellebori *nigri* exhibitionem variis in regionibus sunt consecuti, non modo diversae praeparationi, sed & dissimili speciei Hellebori interim tribuendos esse. *Viridis* potentius agit, quam *niger*, omnium actuosissimus est *foetidus*, atque illum propter semina, quae habet, virulentiam non sine ratione Medici pertimescunt. Similia principia habent hujusmodi species, atque haec per universam plantam diffusa sunt. Solet autem in usum medicinalem recipi radix. Extus applicata Helleborina substantia cutim rubefacit, naribus attractus pulvis sternutationem vehementissimam ciet, odor ipse Hellebori *foetidi* virulentus est, caput male afficit, atque attonitum est. Folia, aut radix degustata saporem nauseosum, & amarum gignunt, linguae ardoris sensum imprimunt, ea velut stupore perfusa, spasmodicos etiam nervorum motus per eorumdem communicationem excitantur. Intus vero recepta absque rite convenienti praeparatione Helleborina substantia in stomacho dolorem acerbum, vomitum, anxietatem, pulsus debilitatem, extremorum perfrigerationem, balbutiem, mentis alienationem, convulsiones, ac ipsam etiam mortem affert. Caeterum non modo vomitum prodecit, verum etiam cum exigent torminibus potenter alvum movet. Haec autem phaenomena ostendunt Helleborum *nigrum* particulas habere summa acres, & deleterias, quae primum ventriculum, atque intestina vehementer lacessunt, adeoque harum sensibiles partes afficiunt, ut nervi in spasmodicos motus concitentur, solidaeque ipsae partes vulnerentur. Vis posita est in principio gummoso, & resinoso, posteriorem in minori copia est. Utraque arcte adeo inter se cohaerent, sed aqua ipsa activa principia extrahere potest; volatiles porro particulae acerrimae eae sunt, ex quibus profluscitur praesertim vis deletaria; istis particulis spoliatus Helleborus *niger* longe minus actuosus redditur quoad vim dilateriam, aptas tamen vires adhuc retinet ad vomitum, & alvum movendam. Si parca dosi adhibitus sanguinem vim subeat, agit tamquam efficax deobstruens, & aperiens, viscidos humores potenter solvens, atque specifica quadam vi ad hepar deductus ejusdem vasa expedit, atramque bilem erget ad intestina: ea propter a veteribus habitus est inter purgantia maxime opportuna ad humores atro-biliares evacuandos. Ab omnis antiquitate laudatus est in mania, speciatim illa, quae ab atra bile originem suam habet, dicturque juvare non modo viscera imi ventris expediendo, verum etiam residui in cerebro humores solvendo, atque ad circuitum propellendo. Juvat autem Helleborus in mensium suppressione contumaci orta ex viscida, tenaxque pituita, in viscerum imi ventris infarctibus, in asthmate humido, leucophlegmatia, & hydrope ex simili can-

sa progenitis; ego ipse vidi epilepsiam HELLEBORO *nigro* sanatam. Hujusce radix (cujus fibr. elondis etiam senecene inservire efficaciter possunt) in substantia datur a granis decem ad grana triginta, in infuso autem a drachma semisse ad drachmam unam, simulque fere est dosis foliorum ejusdem. Violenti autem effectus, qui talem usum HELLEBORI *nigri* sunt consecuti, fecerunt, ut prudentiores Medici consueverint deinde in usum deducere extractum *ex* radice paratum, quod exhibere solent a granis quinque ad grana duodecim. Hoc autem ea ratione putant repetita infusione, & evaporatione, ut fiat deperditio volatilium virulentarum particularum. Celebres nostris temporibus pilulae nomine *Cl.* BACHER pro basi habent extractum HELLEBORI *nigri*, probataeque efficaciae sunt in iis morbis, in quibus HELLEBORUM *nigrum* commendavimus. Licet propter diligentem praeparationem, atque castigatam dosim considerent utique adhiberi illas possint, attamen & suas cautelas expostulent, neque similia valide medicamenta decet dari iis, quibus viscera laesa sunt, aut metus est humoris in abscessum ituri, aut si agatur de homine maxime sensibili, cujus nervi facile convellantur. Opportunum etiam erit exiguo primum dosi HELLEBORUM *nigrum* exhibere, eamque sensim unice serum pro aegrotum tolerantia adaugere.

1513. HELLEBORUS *viridis*

Icon Taur Vol IV tab 80.

Helleborus caule multifloro folioso, foliis digitatis LINN. *spec. p.* 784.

Helleborus foliis multipartitis serratis, caule pauciflore HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1190.

Helleborus foliis digitatis, flore viridi. CRANTZ *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 134.

Helleborus nectariis obconicis, filamentis staminum triplo brevioribus SCOP. *Fl. Carn. p.* 356. *n.* 1. *ed.* 2. *n.* 697.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 106.

Helleborus niger hortensis flore viridi BAUH. *pin.* 185. GARID. *aix tab.* 46.

Veratrum nigrum alterum. DOD. *pempt.* 385.

Helleborus niger vulgaris flore viridi, vel herbaceo, radice diutina BAUH. *hist. III. p.* 636.

Elleboro nero secondo. MATTH.

Loc. Ad radices montium *Taurinensium* in sylvis, & alibi frequens. *PERENNIS.*

1514. HELLEBORUS *foetidus*.

Icon Taur Vol IV tab 81.

Helleborus caule multifloro folioso foliis pedatis LINN. *spec. p.* 784.

Helleborus caule ramoso multifloro, foliis multipartitis serratis, stipulis ovato-lanceolatis coloratis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1193.

Helleborus niger foetidus. BAUH. *pin.* 185. GARID. *aix tab.* 48.

Helleborus niger sylvestris adulterinus hyeme florens BAUH. *hist. III. p.* 880.

Veratrum nigrum. DOD. *pempt.* 386.

Loc. Abunde ad vias, & lapidosa in tota valle *Stura Cuneensis* TERRANEUS in valle *Tauri*. In valle *Augustae Praetoriae* frequens est; neque in aliis vallibus calidioribus alpium desideratur. Etiam in collibus *Taurinensibus* supra la *Madonna del Pilone* legit *Cl.* BELLARDI. *PERENNIS*.

CALTHA. LINN. *gen. n.* 623. *syst. n.* 703. TOURN. *tab.* 145.

Corolla pentapetala, patens, decidua. Stamina plurima: nectaria nulla: germina quinque ad decem. Capsulae totidem bicarinatae, polyspermae.

1515. CALTHA *palustris*. LINN. *spec. p.* 784. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1188.

Icon Taur. Vol. IV tab. 82.

Caltha palustris. Caltha communis. CRANTZ *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 136.

Populago palustris. SCOP. *Fl. Carn.* 1. *p.* 404. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 383.

Caltha palustris flore simplici. BAUH. *pin.* 276.

Caltha palustris. BAUH. *hist. III. p.* 470.

Populago flore majore. TOURN. *inst.* 273.

Loc. Ad fontium scaturigines, & rivulos fluentium aquarum in montanis. *Perennis.*
Vir. Acrimonia caustica Ranunculis proxima planta suspecta est.

1. CALYCE MONOPHYLLO.

SAXIFRAGA Linn *gen. n.* 494. *syst. n.* 554. Tourn *tab.* 129.

Calyx quinquefidus persistens. Stamina decem. Styli duo. Capsula unilocularis, birostris, polysperma.

FOLIIS INDIVISIS, CAULE SUBNUDO.

1516. SAXIFRAGA Aizoon Jacq. *Fl. Austr. tab.* 438.
Saxifraga foliorum ora cartilaginea serrata, petiolis paucifloris, petalis punctatis Hall. *hist. helv. num.* 978.
Saxifraga foliis radicalibus in orbem positis serratis cartilagineis. Linn. *Fl. Lapp. p.* 140. *tab.* 2. *f.* 2.
Saxifraga sedifolia angustiore serrato. Tourn. *inst.* 252. Seg. *ver.* 1. *p.* 448. *tab.* 9. *f.* 1.
Aizoon serratum Cord. *hist. p.* 92.
Cotyledon minor foliis oblongis serratis Bauh. *pin.* 285. *prodr.* 133.
Cotyledon media foliis oblongis serratis. Bauh. *pin.* 285.
Sedum serratum Bauh. *hist. p.* 3. *p.* 689.
β. *Saxifraga foliis subrotundis serratis.* Tourn. *inst.* 252.
Cotyledon minor foliis subrotundis serratis. Bauh. *pin.* 285.
Cotyledon minus sedifolia montana. Lob. *adv. p.* 165.
Loc. Ad rupes alpinas, & montanas ubique. *Perennis.*

1517. SAXIFRAGA Cotyledon N.
Saxifraga foliorum ora cartilaginea, caule triplinato ramoso, petalis immaculatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 977.
Saxifraga sedifolio, flore albo multiflora. Tourn. *inst.* 152.
Sedum serratum, flore albo multiflorum. Dod. *pempt.* 1165.
Loc. In rupibus *Augusta Taurinorum* prope *la Sala* positis, & in valle *Sturæ* loco dicto *la Baancada. Perennis.*
Obs. Accurate hanc plantam descripsit Hallerus. Pro varietate superioris habet Linnæus, sed mihi distincta species videtur ramis superne ramosis, petalis immaculatis longioribus, foliis mollioribus, & veluti suam originem magis contractis, atque loco natali, in horto culta suum diversum habitum conservavit.

1518. SAXIFRAGA mutata.
Saxifraga foliorum ora cartilaginea rarissime dentata, petalis maculosis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 979. *tab.* 16. & Segu. *tom.* 3. *p.* 499.
Saxifraga foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule racemoso folioso. Linn. *spec. p.* 570.
Geum alpinum majus viscosum hirsutum, foliis oblongo-rotundis atro-rubentibus, & aureis floribus. Scheuchz. *it.* 2. *p.* 134.
Loc. Thomas Prim legit in alpibus di *Fenestrelle. Perennis.*

1519. SAXIFRAGA androsacea.
Icon Taur. Vol. XII tab. 93. *f.* 4.
Saxifraga foliis hirsutis ellipticis, & tridentatis, caule paucifloro. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 984.
Saxifraga foliis lanceolatis obtusis pilosis, caule nudo biflora. Linn. *spec. p.* 571.
Jacq. *fl. austr. tab.* 389.
Saxifraga pyrenaica. Scop. *fl. carn. ed.* 2. *n.* 498.
Saxifraga foliis lanceolatis obtusis pilosis, caule subbifloro. Ger. *p.* 413. *n.* 7.
Saxifraga alpina habitu androsaces villosa. Hall. *comm. Norimb.* 1706. *tab.* 1. *f.* 3.

Loc. In summis saxosis jugis nive deliquescente irriguis, in *Col de Pis, Albergian, Col de l'Oisera, le Vallon, le Turras,* in monte *Cenisio,* Aestate PERENNIS.

Obs. Cauliculos non modo bifloros, sed etiam trifloros, aut 4floros est. Folia saepius bidentata, sed & tridentata, aut quadridentata occurrunt.

1520 SAXIFRAGA cuneifolia.

Saxifraga foliis cuneiformibus obsolete repandis, caule nudo paniculato. LINN. *spec. p.* 574.

Saxifraga foliis petiolatis obtusis, caule fragili nudo ramoso. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 974.

Geum foliis cuneiformibus, obtusis, caule paniculato nudo. GER. *p.* 424. *n.* 1.

Saxifraga cuneifolia. SCOP. *fl. carn. ed.* 2. *p.* 191. *tab.* 13. *f.* 1.

Geum folio subrotundo minimo. TOURN. *inst.* 251.

Cotyledon altera olim. MATTH. BAUH. *hist. III. p.* 684.

Loc. Locis alpinis, & subalpinis, umbrosis, subhumidis ad rupes, & etiam extra rupes passim occurrit. Uberrime inter *Matenum,* & *Fontana mora, alpe di Grifon,* supra *Giaveno,* atque in vallibus di *Frassinelles, Locana,* & *Aosta.* PERENNIS.

1521 SAXIFRAGA stellaris.

Icon. Taur. Vol. VIII. tab. 15. *f.* 2. 3.

Saxifraga foliis serratis caule nudo ramoso, petalis acuminatis. LINN. *spec. p.* 572.

Saxifraga foliis rhomboideis acute serratis, caule nudo ramoso. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 973.

Saxifraga stellaris. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 292. *tab.* 13. *f.* 2.

Saxifraga Clusii. GOU. *illustr. p.* 28.

Geum palustre minus foliis oblongis crenatis. TOURN. *inst.* 152.

Sanicula alpina aliquatenus affinis. BAUH. *hist. III. p.* 708.

Loc. Incolit irrigua, & spongiosa summatum alpium, abunde circa lacum montis *Cenisii,* & thermas *Valderianae.* PERENNIS.

1522 SAXIFRAGA caesia.

Icon. Taur. Vol. XII. tab. 93. *f.* 5. 11. 12.

Saxifraga foliis linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis, caule multifloro. LINN. *syst.* 11. *p.* 303.

Saxifraga foliis crassis duris recurvis sulcis sulcatis, basi ciliatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 982.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 374.

Saxifraga caesia. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 294. *tab.* 15. *ic. n.* 945.

Saxifraga alpina minima foliis caesiis deorsum incurvis. TOURN. *inst.* 253. SEGU. *Ver.* 449. *cum icone.*

Sedum minus IX. alpinum III. CLUS. *hist.* 2. *p.* 61.

Loc. Ad rupes alpium frequens; natcitur locis apricis, & aestu perstans. PERENNIS.

1523. SAXIFRAGA bryoides.

Icon. Taur. Vol. XII. tab. 93. *f.* 14.

Saxifraga foliis ciliatis reflexis imbricatis, caule nudiusculo unifloro. LINN. *spec. p.* 572.

Saxifraga foliis lanceolatis ciliatis compactis, caule unifloro. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 969.

Saxifraga bryoides. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 295. *tab.* 15. *ic.* 497.

Saxifraga pyrenaica minima lutea musco similis. TOURN. *inst.* 253.

Sedum muscosum. BAUH. *hist. III. p.* 693.

Loc. In summis nivosis jugis alpium *Fenestellarum,* & *Saviae* versus parvum montem *Cenisium,* etiam in monte *Rosa,* & *Silvio,* inque editissimo jugo *l'Assiettes.* PERENNIS.

FOLIIS INDIVISIS, CAULE FOLIOSO.

1514. SAXIFRAGA aspera.
Icon Taur Vol. III tab 54 55 f. 1. & Vol. X. tab. 33 f. 5.
Saxifraga foliis caulinis lanceolatis, alternis ciliatis, caulibus procumbentibus. Linn syst. 10 p. 304
Saxifraga foliis duris ciliatis, caule ramoso pauciflora. Hall. hist. tom 1. n. 970. Jacq. *Fl. Aust.* app. tab. 31
Saxifraga foliis linearibus ciliatis, caulibus procumbentibus. Ger. p. 413. n. 6.
Saxifraga sedi foliis crenatis aspera Tourn. inst 150
Sedum alpinum hispidum fere spinosum, flore pallido Bauh. hist III p. 695.
Loc. In saxosis irriguis alpium nostrarum frequens. *Perennis.*

1515 SAXIFRAGA autumnalis.
Icon Taur Vol. X. tab 30 fig 6
Saxifraga foliis caulinis linearibus alternis ciliatis, radicalibus aggregatis Linn spec. p. 575
Saxifraga foliis ellipticis ciliatis, caule simplici folioso pauciflora. Hall. hist. tom 1 n. 973
Saxifraga autumnalis Scop *Fl. Carn* ed. 1. p. 693. tab. 14. n 493
Saxifraga angustifolia autumnalis flore luteo guttato, foliis florum magis acuminatis. Breyn cent 106 tab 48
Loc. Ubique ad irrigua praecipue *Perennis.*

1516 SAXIFRAGA aizoides.
Saxifraga foliis caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus, caulibus decumbentibus Linn spec p 576
Sedum alpinum flore pallido Bauh. pin 284 Moris. hist 3 p 477 s 12 tab. 6 f 3.
Loc Inter stirpes habeo lectas in alpibus *Cottiis* Cl. Bellardi inter *Usey*, & le *Amores* *Perennis*

1517 SAXIFRAGA hirculus.
Saxifraga foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. Linn spec. p. 576
Saxifraga foliis ellipticis caule uniflora. Hall. hist tom 1 n. 972. tab. 10
Saxifraga flava. Lam *Fl. Franc.* tom. 3 p 529.
Chamaecistus frisicus foliis Nardi celticae Bauh. pin. 466
Loc Thomas Frian communicavit inventam in alpe *Allergiae* *Perennis.*

1518 SAXIFRAGA muscoides N tab. 64 fig 1.
Icon Taur Vol. XII tab 93 f. 13
Saxifraga foliis mollibus ellipticis subhirsutis, caule pauciflora. Hall. hist tom 1 n. 985 Misc. Taur tom. 5 p. 87 n. 117
Saxifraga (trichoides). Scop *Fl. Carn.* ed. 2 p. 295 n 496 tab 15.
Saxifraga alpina minima, foliis lingulatis in orbem circumactis, flore ochroleuco. Segu veron. p 450. tab 9 f. 3.
Loc In jugo *Amores* versus la *Vesola* locis umbrosis irriguis ex nive deliquescente, atque in monte *Cenisio*. *Perennis*
Obs. Consulat lector descriptionem, quam dedit *Celeberrimus* Hallerus. Foliis integerrimis oblongo-ovatis, teneris, dilute-viridibus, cauliculis simplicibus, floribusque exiguis ex luteo-viridibus, atque totius plantae teneritudine a reliquis speciebus facile dignoscitur *Nostras*, & *Halleriana* folia acuminata non sunt, sicut exhibet icon a praestantissimo Scopoli data

1519 SAXIFRAGA oppositifolia. tab. 11 fig 3
Icon. Taur Vol XII. tab. 93 f. 6

Saxifraga caule repente, foliis quadrifariam imbricatis cartilagineis ciliatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 980.
Saxifraga foliis caulinis ovatis oppositis imbricatis, summis ciliatis. LINN. *spec. p.* 575. *tab.* 21 *fig.* 3.
Saxifraga alpina ericoides flore caeruleo. TOURN. *inst.* 253.
Sedum alpinum ericoides caeruleum. BAUH. *pin.* 131.
Loc. Ad summas glaciales rupes alpium *Valdensium*, & montis *Cenisii* ubique. PERENNIS.
Descr. Folia ciliata obscure, aequaliter fere conferta, tum in ramis, cum in caulibus erectis, minus, quam in purpurea, acuminata, & vix reflexa. Calyx non ita patens. Stamina, & tubae aequalis longitudinis, sed petalis paullo breviora: antherae trigonae, obscurae. Petala lineata, ovalia.

1550. SAXIFRAGA biflora *tab.* 21 *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. X. tab. 33 *fig.* 7.
Saxifraga foliis imbricatis ovatis, caulibus repentibus biflatis. HALL. *hist. n.* 981, MISC. TAUR. *tom.* 5 *p.* 86.
Loc. In editioribus scopulis alpium, quae a monte *Cenisio* ad *Helvetios*, atque in *Sabaudiam* producuntur. Varietas flore albo occurrit in editissimo jugo *la Vanoise*, foliisque calvis instructa. PERENNIS.
Descr. Admstar SAXIFRAGÆ *oppositifoliae* ex una radice saxorum rimas penetrante, cespitem cauliculorum filiformium facit, qui varie, & dense ramosi sunt. Juxta cauliculorum longitudinem densa ponitur ornatus foliorum rosulis, ex quibus cauliculus, aut ramus, si valis, attigitur uncialis, uniflorus, aut biflorus. Flos magnus, pulchre roseus, petalis ovato-acutis duplo, & ultra calyce amplioribus. Styli duo fitis aequales. Stamina decem embryone vix altiora, purpurea. Folia hirsuta sunt, pilis ciliata, sessilia, ovata, non reflexa, obtusa, in ramis florigeris etiam alterna. Tota insuper planta multam visciditatem plerumque solet habere.

1551. SAXIFRAGA purpurea N. *tab.* 21 *f.* 2.
Icon Taur. Vol. XII tab. 93 *f.* 9.
Saxifraga caule repente, foliis quadrifariam imbricatis acutis glabris. MISC. TAUR. *tom.* 5 *p.* 86.
Saxifraga alpina ericoides flore purpurascente. TOURN. *inst.*
Saxifraga retusa. GOU. *illustr. p.* 28 *tab.* 17 *f.* 1.
Loc. In summis scopulosis jugis alpium frequens, sed uberius in alpibus *Cottiis*. PERENNIS.
Descr. Calyx expansus, uti etiam flos. Stamina, & tubae aequalis altitudinis, flore altiores; antherae trigonae, luteo-virescentes. Folia acuminata, reflexa, glabra, ad oras versus basim aliquando ciliata, in caulibus dense congesta, & dense imbricata, in ramis florigeris conjugata, & rara.

1552. SAXIFRAGA rotundifolia.
Icon Taur. Vol. VIII tab. 15 *f.* 6.
Saxifraga foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. LINN. *spec. p.* 576.
Saxifraga foliis reniformibus acute serratis hirsutis petiolatis, caule ramoso. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 975.
Geum rotundifolium majus. TOURN. *inst.* 251.
Sanicula montana rotundifolia major. BAUH. *pin.* 243.
Sanicula alpina guttata. BAUH. *hist. III p.* 707.
Loc. Ad umbrosas irriguas rupes alpium ubique; in convallibus etiam montanis frequentissima. PERENNIS.

1553. SAXIFRAGA granulata.
Saxifraga foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. LINN. *spec. p.* 576.

Saxifraga foliis radicalibus reniformibus obtuse dentatis, caulinis palmatis. HALL. *hist. tom.* 1. n. 976.
Saxifraga foliis inferioribus subcrenatis, caulinis sessilibus subpalmatis. NEKER. *tom.* 1. p. 190.
Saxifraga rotundifolia alba. BAUH. *pin.* 309.
Saxifraga alba radice granulosa. BAUH. *hist.* 3. p. 706.
Saxifraga IV MATTH.
Loc. Locis rupestribus Comitatus *Nicaeensis*. PERENNIS.

FOLIIS LOBATIS

1534 SAXIFRAGA bulbifera
Saxifraga foliis palmato-lobatis, caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. LINN. *syst.* 12. p. 304.
Saxifraga ad folia bulbos gerens. BAUH. *pin.* 309.
Saxifraga bulbosa altera bulbifera montana. COL. *ecphr.* 1. p. 318. *tab.* 317.
Loc. In pascuis saxosis apricis agri *Pedemontani*. PERENNIS.

1535 SAXIFRAGA tridactylites
Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. LINN. *spec.* p. 578.
Saxifraga foliis petiolatis trilobatis, caule erecto ramoso, & folioso. HALL. *hist. tom.* 1. n. 986.
Saxifraga foliis radicalibus tri-quadrilobis, caulinis alternis subcuneatis inaequalibus. NEKER. *tom.* 1. p. 191.
Saxifraga verna annua humilior. TOURN. *inst.* 152.
Sedum tridactylites tectorum. BAUH. *pin.* 285.
Sedum tridactylites tectorum flore albo. BAUH. *hist. III.* p. 762.
Loc. Ubique primo vere in arvis, & pascuis siccis. ANNUA.

1536 SAXIFRAGA Bellardi † *tab.* 88. *f.* 1.
Saxifraga acaulis foliis cuneiformibus, trilobis, & quinquelobis.
Loc. In scopulosis humidis muscosis secus rivulum vulgo dictum *Armol* in alpibus di *Usseglio* inter *la Mercanta*, & *la Autaret* Cl. BELLARDI. PERENNIS.
Descr. Ex radice fibrosa cespites rosularum proveniunt; folia autem, quae hirsuta, non linearia sunt, obscure virent, cuneiformia, modo triloba, modo quinqueloba, lobo intermedio majori, & obtusiusculo. Ex centro rosularum flos plerumque unicus, raro duo, aut tres oriuntur: hi sessiles sunt petalis ellipticis albissimis instructi.

1537 SAXIFRAGA adscendens *tab.* 22. *fig.* 3.
Icon Taur. Vol. XII tab. 93. *f.* 8.
Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule adscendente subvilloso. LINN. *spec.* p. 579.
Saxifraga foliis palmatis, caule densa folioso, & fastigiato. SPEC. PEDEM. p. 17. *tab.* 3. *fig.* 1.
Saxifraga caule folioso multifloro, foliis palmatis hirsutis. HALL. *hist. tom.* 1. n. 987.
Saxifraga (Scopolii) foliis inferioribus integris, caulinis trifidis, caule ramosissimo. VILL. *prosp.* p. 47.
Sedum tridactylites alpinum majus 3. BAUH. *prodr.* 131.
Saxifraga pyrenaica tridactylites latifolia. TOURN. *inst.* p. 253.
Loc. Ad rupes aqua madentes in alpibus di *Fenestrelles*, una tamen in summis jugis, occurrit. Prope *Oulx* loco dicto *Framan* reperit *Ignatius* MOLINERI. Cl. BELLARDI supra *Usey* loco dicto *la Marmand*. ANNUA.

1538 SAXIFRAGA hypnoides *tab.* 21. *fig.* 4.
Icon Taur. Vol. XII tab. 93. *f.* 1. 12.
Saxifraga foliis petiolatis trifidis, caule subfolioso nitido. HALL. *hist. tom.* 1. n. 989.

Saxifraga foliis caulinis linearibus integris, trifidisve, surculis procumbentibus, caule erecto nudiusculo. LINN. spec. p. 579.
Saxifraga hypnoides. SCOP. fl. carn. ed. 2. p. 296. tab. 16. ic. n. 499.
Sedum tridactylites caule foliato. BAUH. pin. 284.
Sedo affinis trisulca flore albo. BAUH. hist. III. p. 696.
Loc. Omnium frequentissima ad scopulos summarum alpium, atque etiam ad subalpina loca descendit. PERENNIS.

1539. SAXIFRAGA exarata tab. 88. fig. 2.
Saxifraga foliis palmato-trifidis, superne lineatis hirsutis, caule ascendente multifloro; petiolis trinerviis. VILL. prosp. p. 47.
Loc. Ubique in scopulis alpium, praesertim Comarum, frequentissima. PERENNIS.
Descr. Haec SAXIFRAGA *hypnoidi* proxima est, sed differt caule humiliori, foliis brevius lingulatis, saepius quinquedentatis, nervoso-lineatis. Ad radicem nempe de more generis folia plura rosulam fusiorum cuneiformium, sensim dilatata, nervis in utraque facie exarata, fere vero trifido, saepius quinquefido. Folia modo longius, modo brevius producta ad sui originem dentes obtusos, aut etiam acutiusculos habent. Folia parum hirsuta sunt. Caules rubentes, viscosi, hirsuti, & ramosi, etiam foliosi. Folia caulina plerumque simplicia, integerrima. Rami, sive pedunculi foliosi, aut nudi foliolum habent ad ipsorum originem subjectum. Florum color pallide sulphureus est, petalis ellipticis hirsutis calyce majoribus.

1540. SAXIFRAGA pedemontana N. tab. 21. fig. 5. & 6.
Icon Taur. Vol. X. tab. 33. f. 8.
Saxifraga caule erecto subnudo, foliis trilobis, & tridentatis, cauliniś pilosiusculis.
Loc. Abunde in alpibus di *Viu*, & *Lanzi* e summarum rupium fissuris; similiter provenit in editis jugis di *Tenda*, & *Limone*, legi etiam supra thermas *Valderii*. PERENNIS.
Descr. Ad radicem haec habet rosulam foliorum, quae ex angusto principio triangularitate amplificantur, & in tres lineares lobos profunde secantur, qui lobi tridentati sunt, raro quadridentati. Caulis inter unguiculi folio uno circa medium donatur, quod interdum in quinque lobos dividitur. Umbellatim quasi flores ex summo caule nascuntur, ad pedunculorum ortum quinquedigito, aut tridigito foliolo opposito. Sunt singuli flores nitentes pedunculo in floribus longiori, & nudo. Flos albus, patens, petalis ex ungue ovatis etiam ellipticis, calyce duplo longioribus. Calyx tubulatus, profunde incisus in lacinias lanceolatas. Stamina una antheris luteo-virentibus, calyce uno ultiora. Tota planta viscida, & hirsuta est. Circa thermas *Valderii* eadem planta alium faciem induit, quemadmodum exhibet tab. 21. fig. 5., atque folia minime gerit profunde trifida, sed potius quinqueloba, lobo medio saepe bifido, aut trifido, atque petala alba ad ungues rosea sunt.

1541. SAXIFRAGA caespitosa.
Icon Taur. Vol. XII. tab. 93. f. 1. 3.
Saxifraga foliis radicalibus aggregatis, linearibus integris, trifidisque, caule erecto subnudo subbifloro. LINN. syst. iv. p. 303.
Saxifraga foliis integris, & trifidis, caule subnudo paucifloro. HALL. hist. n. 1. n. 986.
Saxifraga cespitosa. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. p. 294. tab. 14. ic. 494.
SEGU. Veron. tab. IX. f. 4.
Sedum tridactylites alpinum minus. BAUH. prodr. 131.
Tridactylites alpina. BAUH. hist. III. p. 762.
Loc. Nihil frequentius in scopulis summarum alpium. PERENNIS.

AGRIMONIA. LINN. *gen. n.* 534. *syst. n.* 607. TOURN. *tab.* 155.

Duae squamae ovato-lanceolatae sub germine. Conicum istud aculeis superne tectum lappaceis ex apice profert calycem quinquedentatum, & ex intervallis quinque petala elliptica. Germen operculo balsamico inguinatum, ex eo duo stili tum separantur. Stamina decem, tamen etiam duodecim. In fructu duo loculi, & totidem semina, quorum alterum saepe abortit.

1542 AGRIMONIA eupatoria.

Agrimonia foliis caulinis pinnatis, impari petiolato, fructibus hispidis. LINN. *spec. p.* 643.

Agrimonia foliis pinnatis, pinnulis alterne minimis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 591.

Agrimonia officinarum. LAM. *Fl. Franc., tom.* 3. *p.* 477.

Eupatorium veterum, s. Agrimonia. BAUH. *pin.* 321.

Agrimonia, seu Eupatorium. BAUH. *hist. II. p.* 398.

Eupatorio. MATTH.

Off. Eupatorium veterum, s. Agrimonia.

Vern. Agrimonia.

Loc. Ad vias, prata sicca, atque oras sylvarum ubique frequens. *Perennis.*

Vir. Adstringens, & tonica planta, ut in viscerum debilitate utilis.

DIANTHUS. LINN. *gen. n.* 500. *syst. n.* 560. TOURN. *tab.* 174.

Calyx cylindricus, persistens, quinquedentatus, squamis quatuor, ad basim cinctus. Stamina decem. Styli duo. Capsula unilocularis, cylindrica, apice dehiscens, polysperma.

FLORIBUS AGGREGATIS

1543 DIANTHUS barbatus.

Icon. TAUR. *Vol. XIV. tab.* 5. & 6.

Dianthus floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis. LINN. *spec. p.* 586.

Tunica barbata. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 501.

Caryophyllus hortensis barbatus latifolius. BAUH. *pin.* 208.

Loc. Nascitur in valle Fenestrellarum. *Perennis.*

1544 DIANTHUS Carthusianorum.

Icon. TAUR. *Vol. XI. tab.* 67. & *Vol. XX. tab.* 81.

Dianthus floribus aggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, foliis trinerviis. LINN. *syst.* 12. *p.* 317.

Tunica fasciculis trifloris ramos terminantibus, stipulis aristatis maximis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 899.

Tunica Carthusianorum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 514.

Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius. BAUH. *pin.* 209.

Caryophyllus montanus primus. TABERN. *p.* 187.

Loc. In pascuis collium siccioribus, neque etiam in montibus saepe obviam venit. *Perennis.*

Descr. Folia ad nodos nonnulla, non tamen vaginantia. Serius floret. flos major, quam in atrorubente. Laminae petalorum numerosis subaequalibus dentibus incisae. Calycis squamae duorum parium. Superiorum squamarum aristae longitudine tubi calycis. Corona pinnorum nigrorum ad ortum unguium, atque ibi pili aliquot, sed albi. Color petalorum dilutior. Flores terminales in duobus tamen a quatuor ad sex.

1545. DIANTHUS atrorubens N.

Dianthus floribus aggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, foliis connatis strictis.

Caryophyllus sylvestris, flore rubro plurimo de summo caule prodeunte. SEGU. Veron. p. 454. tab. 7. fig. 2.

Loc. Locis aridis collinis ad oras sylvarum. *PERENNIS.*

DESCR. Folia glabra, plana, ex geniculo primum per unciae longitudinem connata, subtus striata, lanceolata, erecta. Capitulum terminale est, quod hac ratione se habet: per foliorum ellipticorum longam aristam emittentium, duos primum utrinque breves pedunculos suscipit; inde adhuc paullisper elato caulis portio similiter tres alios brevissimos profert, singuli uniflori. Similes bracteae calycinas glumas excipiunt. Squamae calycinae quatuor transparentes, ex albido rubentes, arista brevi fusca munitae. Calyx cylindraceus, fuscus, densissime striatus. Ungues albi; lamina coccinea, rhombea, parva, & inaequalibus dentibus secta; duo utrinque esse solent dentes; extremae laminae brevius dentata dentibus duobus, aut tribus. Petala supra paucis pilis aspera erectis instructa. Odor vix ullus. Altitudo bipedalis, aut etiam tripedalis. Haberi nulla ratione potest pro varietate DIANTHI Carthusianorum, quemadmodum patet ex utriusque comparata descriptione.

1546. DIANTHUS Armeria.

ICON TAUR. Vol. XIV. tab. 7. f. 1.

Dianthus floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis, tubum aequantibus. LINN. spec. p. 586.

Tunica floribus umbellatis, squamis calycinis hirsutis mucronatis tubum aequantibus. HALL. hist. tom. 1. n. 900.

Caryophyllus barbatus sylvestris. BAUH. pin. 208. TOURN. inst. 333.

Caryophyllus barbatus. SEGU. Veron. tom. 1. tab. 7. f. 4. p. 437.

Loc. Vulgatissima planta est in argillaceo-sabulosis, sterilibusque ericetorum tipis. *ANNUUS.*

1547. DIANTHUS prolifer.

Dianthus floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis, tubum superantibus. LINN. spec. p. 587.

Tunica capitulo compacto ovali, calyce universali quadrifolio. HALL. hist. tom. 1. n. 901.

Tunica prolifera. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 505.

Caryophyllus sylvestris prolifer. BAUH. pin. 209. SEGU. Veron. 16. tab. 7. f. 1.

Betonica coronaria squamosa sylvestris. BAUH. hist. III. p. 335.

Loc. Frequens in saxosis declivibus, & pascuis siccis. *ANNUUS.*

FLORIBUS SOLITARIIS

1548. DIANTHUS Caryophyllus.

ICON TAUR. Vol. VIII. tab. 16. f. 3. 4.

Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. LINN. spec. p. 587.

Tunica ramis unifloris, & bifloris, petalis laevibus, stipulis calycinis brevissimis. HALL. hist. tom. 1. n. 896.

Tunica Caryophyllus. SCOP. Fl. Carn. ed. 1. n. 507.

Dianthus floribus solitariis, petalis crenatis, angulibus triquetris. SCOP. Fl. Carn. p. 507. n. 3.

Caryophyllus sylvestris biflorus. BAUH. prodr. 104. pin. 209.

Loc. In sterilibus montanis ad oras sylvarum non rarus est; frequentior in montibus alpium Cattinarum. *PERENNIS.*

1549 DIANTHUS virgineus.
Dianthus caule subunifloro, corollis crenatis, squamis calycinis brevissimis, foliis subulatis LINN. *spec. p.* 590.
JACQ. *Fl. Austr. append. tab.* 15.
Tunica virginea SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 509.
Dianthus rupestris LAM. *Fl. Franc. tab.* 11 *p.* 536.
Caryophyllus sylvestris repens multiflorus BAUH. *pin.* 209.
Loc. In pascuis sterilibus, & saxosis frequens est. PERENNIS.

1550 DIANTHUS glaucus.
Icon TAUR. *Vol.* XXII *tab.* 10.
Dianthus floribus subsolitariis, squamis calycinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis crenatis. LINN. *spec. p.* 588.
Tunica ramosior flore candido cum corolla purpurea DILL. *elth.* 400 *tab.* 298 *f.* 384.
Loc. In collibus *Montregalensibus*. PERENNIS.

1551 DIANTHUS monspeliacus.
Icon TAUR. *Vol.* XXI *tab.* 10.
Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subulatis longitudine tubi, corollis multifidis, caule erecto LINN. *syst.* 12 *p.* 308.
Loc. Pedemontii indigena planta est. PERENNIS.

1552 DIANTHUS plumarius.
Icon TAUR. *Vol.* VIII *tab.* 17. 18.
Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus LINN. *spec. p.* 589.
Tunica foliis glaucis patentibus, floribus serratis, in fauce lanuginosis HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 897.
Tunica plumaria. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 505.
Caryophyllus sylvestris V. species altera CLUS. *hist. p.* 184.
Loc. Ex montis Cenisii alpibus in hortum adductus est. Frequens in montibus *Javenensibus*, & *Bagillensibus*. PERENNIS.

1553 DIANTHUS superbus.
Dianthus floribus paniculatis, squamis calycinis brevibus acuminatis, corollis multifido-capillaribus, caule erecto. LINN. *spec. p.* 589. JACQ. *obs.* 2 *p.* 40. *tab.* 15.
Tunica petalis minutissime laciniatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 898.
Betonica coronaria minutissime dissecta, sive caryophyllaea superba elatior vulgaris. BAUH. *hist. p.* 330.
Caryophyllus sylvestris, flore laciniato, etiam serotinus, odoro BAUH. *pin.* 210.
Caryophyllus sylvestris VI. CLUS. *hist. p.* 184.
Loc. Collegit loco dicto *Col del mal* D. GIAVELLI in pratis a *Ronco* ad *Circum* Cl. BELLARDI. *Ignatius* MOLINERI in sylvis prope *Chiramone* & dudum *Johannes* BAUHINUS in *Sabaudiae* sylvis copiose provenire adnotaverat *hist. vol.* III *lib.* 19 *p.* 330 *f.* 2. ANNUUS.

1554. DIANTHUS saxifragus.
Icon TAUR. *Vol.* III *tab.* 14.
Gypsophylla foliis linearibus, calycibus angulatis squamis quatuor, corollis emarginatis. LINN. *syst.* 12 *p.* 306. JACQ. *vindob. p.* 71.
Tunica calycibus pelviformibus. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 902.
Gypsophylla caule dichotomo, foliis subulatis, calycibus quinquangularibus, squamis ad basim accessoriis. LINN. *gott. p.* 194.
Betonica coronaria, s. Tunica minima BAUH. *hist.* III *p.* 337.
Loc. In arenosis sterilibus, & inter saxa admodum frequens. PERENNIS.

CAULIBUS UNIFLORIS.

1555 DIANTHUS arenarius.

Dianthus caulibus subunifloris, squamis calycinis obtusis, petalis multifidis, foliis linearibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 308.
Tunica arenaria SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 508.
Caryophyllus sylvestris, humilis flore unico. BAUH. *pin.* 209.
Caryophyllus sylvestris I. CLUS. *hist.* 1. *p.* 281.
Armerius flos tertius DOD. *pempt.* 176.
Loc. Abunde locis arenosis, & siccis circa *Fenestrelles*, & *Exilles.* PERENNIS.

1556 DIANTHUS alpinus.

Icon TAUR. *Vol. VIII tab.* 19. 20. *fig.* 2. 3. 4. & *Vol. XIV tab.* 7. *fig.* 1.
Dianthus caule unifloro, corollis crenatis, squamis calycinis exterioribus tubum aequantibus, foliis linearibus obtusis LINN. *spec. p.* 590.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 52.
Caryophyllus pumilus latifolius BAUH. *pin.* 209. *prodr.* 104.
Caryophyllus sylvestris flore magno inodoro hirsuto BAUH. *pin.* 209.
Caryophyllus sylvestris 2 CLUS. *hist.* 1. *p.* 283. *f.* 1.
Loc. In pratis editioribus alpium, & pascuis montanis, tum etiam ad rupes. PERENNIS.

SAPONARIA LINN. *gen. n.* 499. *syst. n.* 559.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, persistens, ad basim nudus. Stamina decem. Petala unguibus longitudine calycis. Styli duo. Capsula oblonga, unilocularis, polysperma.

1557 SAPONARIA officinalis.

Icon TAUR. *Vol. III tab.* 13.
Saponaria calycibus cylindraceis, foliis ovato-lanceolatis LINN. *spec. p.* 584.
Saponaria foliis ovato-lanceolatis trinerviis, floribus tubulosis umbellatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 908.
Lychnis floribus digynis corymbosis, capsulis quadrivalvibus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 501. *n.* 2.
Lychnis officinalis. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 510.
Lychnis sylvestris, quae Saponaria vulgo. TOURN. *inst.* 336.
Saponaria major laevis BAUH. *pin.* 206.
Saponaria vulgaris BAUH. *hist. III p.* 346.
Loc. Ad vias tum in agro *Pedemontano*, tum in sylvis collium *Taurinensium* non infrequens est. PERENNIS.
Vir. Instar saponis mundandis pannis, atque telis SAPONARIÆ decoctum inservit. Amara, valdeque abstergens planta est, ac coactos humores resolvit. Apud nos frequenter in usum venit in vaccarum imi ventris obstructionibus extus applicata indurataas etiam glandulas resolvit. Adhibetur in decoctione, aut succus expressus datus ab uncia una ad uncias tres. Extractum etiam familiare est, datumque a drachma semisse ad drachmas duas. In rheumatismo, & febri quotidiana opportunum aliis remediis solet etiam utiliter adjungi.

1558 SAPONARIA Vaccaria.

Icon TAUR. *Vol. III tab.* 55.
Saponaria calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. LINN. *spec. p.* 585. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 907.
Lychnis vaccaria. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 511.
Saponaria rubra LAM. *Fl. Franç. tom.* 2. *p.* 541.
Lychnis segetum rubra foliis perfoliatis. BAUH. *pin.* 204.
Vaccaria BAUH. *hist. III p.* 357. DOD. *pempt.* 104.

Loc. Inter segetes circa *Segusium*, & prope *Avillianam* abunde legi: sed reperiunt etiam similibus locis in Comitatu *Astensi*, *Nicaeensi*, atque agris collium calidiorum. *Annua.*

1559 SAPONARIA Ocymoides
Icon Taur. Vol. III tab. 84.
Saponaria calycibus cylindricis villosis, caulibus dichotomis procumbentibus. LINN. *spec. p.* 585.
Saponaria caule decumbente nodoso, foliis ovato-lanceolatis, calycibus tubulosis hirsutis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 909.
Lychnis, vel Ocymoides repens montanum. BAUH. *pin.* 206.
Saponaria minor quibusdam. BAUH. *hist. III p.* 344.
Ocymoides repens polygonifolia flore Saponariae. LOB. *p.* 144.
Saponaria repens. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 2 *p.* 542.
Loc. In umbrosis saxosis abunde, seu in collibus *Taurinensibus*, montanis, & subalpinis. *Perennis.*

1560. SAPONARIA lutea *tab.* 23. *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. XI tab. 101. *f.* 2.
Saponaria floribus umbellatis ochroleucis, petalis ovatis, filamentis nigris. SPEC. PEDEM. *p.* 29 *tab.* 5 *f.* 2.
Saponaria calycibus teretibus, corollis coronatis, floribus subumbellatis, foliis linearibus canaliculatis. LINN. *spec. p.* 585.
Saponaria foliis gramineis congestis, floribus umbellatis, petalis ovatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 904.
Loc. Provenit abunde in altissimo jugo *Assietae* in parvo monte *Cenisio*, & ad jugum *Col della Fenestra*, tum in summis alpibus parvo monti *Cenisio* proximis *Savine*, & *Jaillon*. Abunde etiam in jugo *Col de Cogne*. *Perennis.*
Obs. Calyx persistens; fructus ore quinque valvis protrude aperitur, unilocularis. Semina nigra, reniformia. Confer SPEC. *rarum Pedemont. loc. citat.*

GYPSOPHILA. LINN. *gen.* 498 *syst. n.* 558.

Calyx campanulatus, persistens. Petala subsessilia. Stamina decem. Styli duo. Capsula subrotunda, unilocularis, polysperma.

1561 GYPSOPHILA prostrata
Icon. Taur. Vol. III tab. 48 & *Vol. XIII tab.* 5. 6.
Gypsophila foliis lanceolatis, staminibus corollis emarginatis brevioribus. LINN. *syst.* 12 *p.* 306.
Saponaria radice lignosa maxima, foliis glaucis pulposis, floribus emarginatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 905.
Gypsophila foliis linearibus carnosis triquetris, staminibus petalis emarginatis brevioribus. GER. *Fl. Gallopr. p.* 409 *n.* 2.
Alsine caryophylloides angustifolia multiflora glabra purpurascens; radice astragaloides. PLUK. *p.* 22 *tab.* 75 *f.* 2.
Lychnis alpina linifolia multiflora perampla radice. TOURN. *inst.* 338.
Caryophyllus alpinus erassio linariae folio, calycibus variegatis. BOCC. *mus.* 23 *tab.* 9.
Loc. Ubique ad semitas saxosas nostrarum alpium, etiam circa *Taurinum* in sabulosis *Sturae* obvium venit, semine ex alpibus illato in monte *Cenisio* sicuti olim observavit BOCCONE multis est. *Perennis.*

1562. GYPSOPHILA muralis.
Gypsophila foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. LINN. *spec. p.* 583.
Saponaria foliis filiformibus, caule diffuso brachiato. HALL. *hist. tom.* 1. *p.* 394.
Betonicae sunicae minimae similis plantula. BAUH. *hist. p.* 338.
Caryophyllus minimus muralis. BAUH. *pin.* 212.

Saponaria muralis. LAM. *Fl. Franc*, tom. 2. p. 540.
Lychnis parva palustris, foliis acutis lanceolatis, flosculis purpureis. MENTZ. *pug.* tab. 7. f. 4.
Loc. Secus arva ad vias, &c, ut recte observavit *Celeberrimus* HALLERUS, inter sepalas; Autumni tempore in agro *Canapiciano*, & *Eporediensi* praesertim, etiam in agro *Taurinensi* occurrit. *ANNUA*.

VELEZIA. LINN. *gen. n.* 424. *syst. n.* 447.

Calyx cylindricus, quinquedentatus. Stamina quinque, vel sex. Styli duo. Capsula unilocularis, cylindrica, polysperma. Stamina in simplici serie.

1563 VELEZIA rigida. LINN. *spec.* p. 474.
Silene foliis subulatis caule appressis, calycibus rigidis internodiis longioribus. SAUV. *monsp.* 145.
Lychnis corniculata minor. BARR. *rar.* 665. tab. 1017. 1018. BOCC. *mus.* 2. p. 50. tab. 43.
Lychnis minima rigida Cherleri. BAUH. *hist.* III. p. 352.
Lychnis sylvestris minima exiguo flore. BAUH. *pin.* 226. *prodr.* 103.
Loc. In sterilibus ad limites agrorum *Nicaeae*. *ANNUA*.

SILENE. LINN. *gen. n.* 503. *syst. n.* 561.

Calyx quinquedentatus. Petala ad fauces squamis coronata. Styli tres. Capsula trilocularis, polysperma.

FLORIBUS SOLITARIIS LATERALIBUS

1564 SILENE anglica.
Silene hirsuta petalis emarginatis, floribus erectis, fructibus reflexis pedunculatis alternis. LINN. *syst.* 12. p. 309.
Lychnis sylvestris hirsuta annua flore minore albo. VAILL. *paris.* 121. tab. 16. f. 12.
Loc. Secus arva *Nicaeensia*. *ANNUA*.

1565 SILENE cerastoides.
Silene hirsuta petalis emarginatis, fructificationibus erectis, calycibus subpilosis sessilibus. LINN. *syst.* 12. p. 310.
Lychnis cerastoides. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 522.
Viscago cerastii foliis, vasculis erectis sessilibus. DILL. *elth.* 416. tab. 309. f. 397.
Loc. Habui inter stirpes a *Medico Honorato* CAUVINI in agro *Nicaeensi* collectas. *ANNUA*.

1566 SILENE quinquevulnera.
Silene petalis integerrimis subrotundis, fructibus erectis alternis. LINN. *spec.* p. 595.
Lychnis vulnerata. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 524.
Cucubalus variegata. LAM. *Fl. Franc*, tom. 3. p. 28.
Lychnis hirta flore variegato. TOURN. *inst.* 338.
Loc. Secus arva *Nicaeensia*. *ANNUA*.

1567. SILENE gallica.
Icon TAUR. *Vol.* XIX. tab. 79.
Silene floribus subspicatis alternis secundis, petalis indivisis, fructibus erectis. LINN. *spec.* p. 595.
Viscago foliis ellipticis, calycibus lineatis viscidis, petalis ovatis. HALL. *hist.* tom. 1. n. 914.
Lychnis sylvestris hirsuta, flore minore carneo. VAILL. *paris.* 121. tab. 16. f. 12.
Cucubalus sylvestris. LAM. *Fl. Franc*, tom. 3. p. 28.

Loc. TERRANEUS in agris prope *Cavallergone* inter segetes. Inter *Caselle*, & *Lombardore* lecta est. Vidi etiam secus *rivos* in agro *Taurinensi* neque infrequens est in arvis *Montisferrati*. Cl. BELLARDI in agro di *Celiano*. *ANNUA*.

OBS. Petala ovata aequalia rosei coloris, modo integra, modo leviter emarginata.

1568 SILENE nocturna.

ICON TAUR. Vol. III. tab. 39.

Silene floribus spicatis alternis secundis sessilibus; petalis bifidis. LINN. *spec. p.* 595.

Viscago hirta noctiflora, floribus obsoletis spicatis. DILL. *elth.* 420 *tab.* 310 *f.* 400.

Cucubalus spicatus. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 34.

Loc. In agri *Nicaeensis* olivetis passim occurrit. *ANNUA*.

FLORIBUS LATERALIBUS CONFERTIS.

1569. SILENE nutans.

ICON TAUR. Vol. III. tab. 51.

Silene petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. LINN. *spec. p.* 596.

Viscago foliis lanceolatis hirsutis, floribus paniculatis nutantibus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 915.

Lychnis floribus insignis secundis pedunculatis pendulis, petalis convolutis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 303. *n.* 5.

Lychnis nutans. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 515.

Cucubalus nutans. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 35.

Lychnis silvestris, 1. montana latifolia viscosa florum petalis supra albis, subtus virescentibus, interdum se contrahentibus. MORIS. *ox.* 2. *p.* 535.

Lychnis silvestris 1. *albo flore.* CLUS. *hist. p.* 290. 291.

Polemonium petraeum Gesneri. BAUH. *hist. III. p.* 351.

Loc. Secus prata, ad semitas sylvarum, ad montes ubique cum in *Taurinensibus* collibus, tum in subalpinis. *PERENNIS*.

OBS. Secus torrentem *Tartegi* dictum non longe ab oppido *Sassello* in provincia *Aquensi* nascitur singularis hujusce SILENES varietas, quae folia habet ovata, lucido-virentia, vix sinuata, minus hirsuta, atque petala intus rosea, extus fusca.

1570 SILENE viridiflora.

Silene petalis semibifidis, foliis ovatis scabriusculis acutis, panicula elongata subaphylla. LINN. *spec. p.* 597.

Lychnis ocymastri facie, flore viridi. HERM. *parad.* 199. *tab.* 199.

Loc. In provincia *Aquensi* ad pagum *Genuensi* ditioni conterminum, *Mosenone* dictum, reperit *Ignatius* MOLINERI. *PERENNIS*.

FLORIBUS EX DICHOTOMIA CAULIS.

1571. SILENE conoidea.

ICON TAUR. Vol. III. tab. 30.

Silene calycibus fructus globosis acuminatis, striis triginta; foliis glabris, petalis integris. LINN. *spec. p.* 598.

Lychnis silvestris latifolia, calycibus turgidis striatis. BAUH. *pin.* 205.

Lychnis silvestris 1. CLUS. *hist.* 1. *p.* 288.

Cucubalus conoideus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 27.

Loc. Nascitur in agro *Nicaeensi*. *ANNUA*.

1572 SILENE conica.

Silene calycibus fructus conicis striis triginta, foliis mollibus, petalis bifidis. LINN. *spec. p.* 598.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 253.

Lychnis conica. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 521.

Cucubalus conicus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 33.

Lychnis silvestris angustifolia calycibus turgidis striatis. BAUH. *pin.* 205.

Lychnis glabra annua, foliis oblongis mucronatis, flore amplo rubello, capsula oblonga pyramidali. MORIS *hist. 2. p. 542. s. 5. tab. 36. f. 6.*
Loc. Inter segetem *Sabaudiae* prope *Termignon* vidit *Cl.* BELLARDI. *ANNUA.*

1573. SILENE sericea N. *tab. 79. fig. 3.*
ICON. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 30.
Silene foliis acuminatis succulentis hirsutis lucidis, flore carneo.
Loc. Ad maris litus in sabulosis inter *Oneglie*, & *Porto Maurizio* collegit, & in hortum retulit *Ignatius* MOLINERI. *ANNUA.*
DESCR. Radix alba, annua, teres, parum fibrosa. Caulis teres, statim alterne, aut per dichotomiam divisus ramis procumbentibus, saepius amplicibus. Tota planta sericeo-tubincana. Folia conjugata opposita, lingulata amplexicaulia, firmula, & succosa, elliptica. Flos petiolatus ramum terminat, pedunculo longitudine calycis, & foliorum. Calyx clavatus, decem striato-angulatus, albido-transparens, sed angulis majoribus in calycis segmenta productis calyx ad segmenta contractus, tubi eadem indutus, ungues petalorum lineares, splendentes, calyce altiores. Petala cordata, dilute rosea, ultra medium bifida, segmentorum fine subrotundo. Coronae squamae erectae, acutae. Petala subtus pallidiora ultra divisionem petalorum, sive versus ungues luteo-virent. Styli tres sublatei, filiformes, erecti. Receptaculum hirsutum, decem striatum, staminum longitudinem exterius habet. Calyx non exarescit, sed firmior contusio evadit, atque a fructu maturescente extenditur. Folia ad sui originem evidentioribus, & longioribus pilis ciliata. Geniculi tument, atque foliorum conjugationes sursum saepe respiciunt. Sapor plantae aquosus.

1574. SILENE vallesia *tab. 63. fig. 2.*
ICON. TAUR. Vol. III. tab. 37.
Silene caulibus subunifloris decumbentibus, foliis lanceolatis tomentosis longitudine calycis. LINN. *spec. p. 603.*
Viscago foliis ovato-lanceolatis tomentosis, caulibus unifloris. HALL. *hist. tom. 1. n. 910.*
Loc. Locis sterilibus, & editioribus alpium *Valdensium. PERENNIS.*
DESCR. Habet haec SILENE durum lignosam radicem, ex qua caulicoli nascuntur sempivirentes, nunc uniflori, nunc dichotomi, & triflori. Folia sunt lineari-elliptico-acuminata, sessilia, nondum amplectentia, hirsuto-viscosa, ex viridi-cinerea. Flores erecti, longis insidentes pedunculis, qui florum altitudini aequales sunt. Calyx inflatus, primum cylindricus, dein ovalis, unciam longus, quinquedentatus, decem striis notatus, viscido-hirsutus, purpureis venis reticulatus. Petala quoque quadrangulo-cordata, amplo lobo excisa, intus alba, levissime rosea, aut albicantia, extus phoeniceа cum venis rubris. Lamina versus centrum floris saepe revoluta. Squamae decem concolores interiorem corollam faciunt, & petala utrinque ala sua augentur. Stamina decem alternis cum unguibus connata. Styli floris tres, filiformes, cremulati, corolla altiores. Fructus est capsula trilocularis, intra calycem maturans, apice quinquefido, aut sexfido dehiscens & semina fundens.

1575. SILENE noctiflora.
ICON. TAUR. Vol. XI. tab. 65. vol. XX. tab. 29. & Vol. XXI. tab. 13.
Silene calycibus decemangulatis, dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. LINN. *syst. 12. p. 311.*
Viscago foliis ovato-lanceolatis hirsutis, caule brachiato, calycibus venosis. HALL. *hist. tom. 1. n. 912.*
Cucubalus noctiflorus. LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 35.*
Lychnis noctiflora. BAUH. *pin. 205.*
Ocymoides noctiflorum. CAM. *hort. 109. tab. 34.*
Loc. Habui ex comitatu *Nicaeensi. ANNUA.*

1576. SILENE Nicaeensis N. *tab. 44. fig. 2.*
ICON. TAUR. Vol. XVII. tab. 96.
Silene villosa, & viscosa, foliis linearibus obtusis, petalis semibifidis, fructibus ovalis, calycibus decemstriatis. MISC. TAUR. *tom. 5. p. 88. n. 123.*

Loc. In agris *Nicaeensi* secus *le Var* frequens est. *Annua.*

Descr. Caules infirmi, vix erecti. Folia linearia, crassiuscula, sulcata. Caulis de more generis in pedunculos dichotome finditur. Calyces decemstriati striis viridibus, non inflati, tubulosi. Petala semifida, coronata squamis subrotundis, extus pallide flavo-purpurascentia, intus albida, & per diem intus convoluta; ungues pallide lutescentes. Antherae didymae, luteo-virides. Styli tres cum stigmatibus hirsutis. Fructus est capsula ovata, trilocularis ore sexfido, aut septemfido. Tota planta villosa, & viscosa est.

1577 SILENE inaperta.

Icon Taur. Vol. XXVI tab. [illegible].

Silene caule dichotomo paniculato, calycibus laevibus, petalis brevissimis emarginatis, foliis glabris lanceolatis. Linn. *spec. p.* 6[illegible].

Lychnis inaperta Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 523.

Viscago laevis, inaperto flore Dill. *elth.* 424. *tab.* 315 *f.* 407.

Cucubalus inapertus Lam. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 32.

Loc. Haec etiam *Nicaeensis* agri indigena planta est. *Annua.*

1578 SILENE armeria.

Icon Taur. Vol. III tab. 33.

Silene floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. Linn. *syst.* 12 *p.* 311.

Viscago foliis glabris ovato-lanceolatis, floribus umbellatis Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 916.

Lychnis viscosa purpurea latifolia laevis Bauh. *pin.* 205.

Lychnis armeria. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 526.

Cucubalus fasciculatus Lam. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 27.

Armerius flos quartus Dod. *hist.* 176.

Loc. In saxosis acclivibus *Sturae* non longe ab urbe *Taurini*, & prope pagum *Viù* loco dicto *il mal pas*, & in collibus *Canopesiensibus*. *Annua.*

1579 SILENE quadrifida.

Silene petalis quadrilobis, caule dichotomo, floribus pedunculatis, foliis glabris recurvis. Linn. *spec. p.* 6[illegible].

Lychnis floribus trigynis, petalis quadrilobis, foliis linearibus Scop. *Fl. Carn. p.* 514. *n.* 7.

Viscago foliis teneris recurvis, petalis quadrifidis. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 918.

Lychnis alpina foliis angustis reflexis, petalis quadripartitis. Segu. *veron.* 3 *p.* 186. *tab.* 5 *f.* 1.

Lychnis quadrifida Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 519.

Loc. Ex monte *Genevre* retulit *Thomas* Prim. *Perennis.*

1580 SILENE rupestris.

Icon Taur. Vol. VIII tab. [illegible] *f.* [illegible] *& Vol. XII tab.* 18 *f.* 3.

Silene floribus erectis, petalis emarginatis, caulibus teretibus, foliis lanceolatis. Linn. *spec. p.* 602.

Viscago foliis lanceolatis, caulibus brachiatis, calycibus infundibuliformibus, floribus laxe umbellatis erectis Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 917.

Lychnis floribus trigynis erectis, capsulis trilocularibus, foliis linearibus Scop. *Fl. Carn. p.* 513 *n.* 6.

Lychnis saxatilis alpina glabra parvula. Tourn. *inst. p.* 338.

Auricula muris alpina, glabra, sive Lychnis glabra minima, aut Caryophylli minimi species flore albo. Bauh. *hist. III pag.* 36[illegible].

Loc. In montanis, & subalpinis umbrosis rupibus frequens. *Perennis.*

1581 SILENE cordifolia N. *tab.* 23. *f.* 3.

Icon Taur. Vol. XXV tab. 67.

Silene caule simplici foliis ovatis acutis, floribus subsessilibus semiumbellatis, petalis semibifidis.

Loc. Collagi circa thermas *Vinadii*, & *Valderii*. In praeruptis saxosis, atque editioribus jugis frequens est, atque saepe occurrere in proximis montibus ad Comitatum *Nicaeensem* pertinentibus adnotavit *Ignatius* MOLINARI, ut supra *Tenda*, & *Savorgii*. *PERENNIS*.

Descr. Ex radice fibrosa textum subeunte cespitis instar exeunt plures cauliculi filiformes, sesquidigitales, qui folia habent opposita, sessilia, ovata, acuminata, *Alsines mediae* foliis fere similia, annuatae eadem laevitate sunt, viridia, & tenuissime villosa. Primae conjugationis folia minora sunt, sequentium ampliora, postrema autem magis acuminata, & minora. Conjugationes saepe quinque sunt. Caulis abit in brevem pedunculum, florem gerentem, ex albo laevissime roseum, petalis extus flavescentibus. Petala sunt semiquinquefida, segmentis linearibus subrotundis squama coronariae profunde bifida, instructa. Stamina decem cum antheris didymis, cinereis, & cum angulis petalorum infra embryonem ex receptaculo nascuntur, receptaculum vero est longitudine embryonis, qui tres filiformes tubas habet. Calyx inflatus, pallide virens, sed qua parte soli patet, rubescens, decem-angulatus angulis alterne minoribus, & quinquedentatus. Calycis longitudinem transeunt ungues, quorum summa pars ala utrinque decoratur. Flos coepius unus, sed interdum utrinque unus accedit. Fructus est capsula oblonga unilocularis, quae quatuor valvis bidentatis, non revolutis, solet aperiri. Planta in universum glutine viscido donatur.

1582 SILENE saxifraga.

Silene caulibus subunifloris, pedunculis longitudine caulis floribus hermaphroditis, foemineisque, petalis bifidis. LINN. syst. 12. p. 311.

Lychnis floribus trigynis, erectis, capsulis uniloculatibus, foliis linearibus SCOP. *Fl. Carn.* p. 503. n. 6.

Lychnis saxifraga. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 520.

Cucubalus saxifragus. LAM. *Fl. Franc.*, tom. 3. p. 29.

Lychnis minor saxifraga. PLUK. *almag. bot.* SEGU. *veron.* p. 431. tab. 71.

Caryophyllus saxifragus. BAUH. *pin.* 211.

Saxifraga antiquorum quibusdam. BAUH. *hist. III.* p. 338.

Lychnis fruticosa angustifolia minima flore albo. BOCC. p. 82. tab. 71.

Saxifraga grande. MATTH.

Loc. In rupibus alpium frequens locis apricis. *PERENNIS*.

CAULIBUS DESTITUTÆ

1583 SILENE acaulis. tab. 79. fig. 1.

Silene acaulis depressa, petalis emarginatis. LINN. syst. 12. p. 311. JACQ. *Vind.* p. 242.

Viscago foliis gramineis, caule brevissimo unifloro. HALL. *hist.* tom. 1. 919.

Lychnis acaulis. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 516.

Cucubalus muscosus. LAM. *Fl. Franc.*, tom. 3. p. 30.

Lychnis alpina pumila folio gramineo, seu muscus alpinus Lychnidis flore. BAUH. *pin.* 206.

Muscus alpinus Lychnidis flore. BAUH. *hist. III.* p. 767.

Ocymoide muscoso alpino. PON. *ital. Bald.* 299.

Loc. Lapides, & lapidum interstitia in pene summis alpibus ubique flore exornat. *PERENNIS*.

Obs. Loco squamarum, quae coronam faciunt, adsunt tubercula, styli tres, stamina decem, calyx decem striatus, striis elevatis, petala emarginata, pedunculi, sive scapi longitudine calycis. Fructus cylindricus.

1584 SILENE exscapa. N. tab. 79. fig. 2.

Silene flore sessili fructibus subrotundis.

Loc. Iisdem locis, quibus SILENE *acaulis*, sed amat potius loca editiora, & vento magis perflata. *PERENNIS*.

Obs. Similis est priori, adeo ut pro varietate haberetur, sed ea discrimina habet, quae distinctam speciem constituunt. Tota planta minor est. Flos minor dilutiori colore, qui in rosula foliorum sedet vix pedunculatus. Fructus non cylindricus, sed globosus.

CUCUBALUS. Tourn. *inst.* 339 *tab.* 176

Calyx quinquedentatus. Petala unguiculata, ad fauces nuda. Styli tres. Capsula uni, aut trilocularis, polysperma.

1585 **CUCUBALUS** baccifer.
Icon Taur. Vol. XXV. tab. 25
Cucubalus calycibus campanulatis, petalis distantibus pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. Linn. *spec. p.* 591 Boehm. *Fl. Lips. p.* 163.
Viscago baccifera petalis serratis. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 912
Lychnis floribus trigynis, calycibus campanulatis, capsula colorata. Scop. *Fl. Carn. p.* 501 *n.* 3.
Lychnis baccifera. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 517
Cucubalus Plinii. Lugd. 1429 Tourn. *inst.* 338 Hall. *gotting.* 147.
Cucubalus quibusdam, vel Alsine baccifera. Bauh. *hist. II. p.* 175
Alsine scandens baccifera. Bauh. *pin.* 250.
Alsine repens. Dod. *pempt.* 403
Loc. Ad sepes ubique vulgatissima, praesertim in collibus *Taurinensibus.* Perennis.

1586 **CUCUBALUS** Behen.
Icon Taur. Vol. III. tab. 44
Cucubalus calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. Linn. *spec. p.* 591
Viscago caule brachiato nodoso, calycibus inflatis venosis. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 913.
Lychnis floribus trigynis pendulis, calycibus ovatis inflatis venosis, capsulis semitrilocularibus. Scop. *Fl. Carn. p.* 302 *n.* 4.
Lychnis tristyla, trilocularis, calyce inflato. Boehm. *Fl. Lips. p.* 165 *n.* 394.
Lychnis behen. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 514.
Lychnis sylvestris, quae behen album vulgo. Bauh. *pin.* 205
Behen album officinarum. Bauh. *hist. III. p.* 356
β *Lychnis alpina repens saxatilis, quae Behen album vulgo folio latiusculo, & breviori.* Pon. *comp.* 118 Spec. Pedem. *p.* 33 *tab.* 5 *fig.* 3
Loc. In pratis ubique vulgatissima at varietas β nascitur copiose inter mobiles lapides ad summas alpium praecipue *Valdensium* scopulos. Perennis.
Obs. Cauliculis repentibus ramis, adscensis, foliis subrotundis, & ciliatis a *Behen* albo vulgari differt varietas insignis descripta in Spec. Pedem. *p.* 33. Collecta variis locis specimina docuerunt hanc plantam non eamdem esse, sed parum a praecedenti diversam.

1587 **CUCUBALUS** italicus.
Icon Taur. Vol. XX. tab. 8.
Cucubalus calycibus clavatis, petalis semibifidis, panicula dichotoma erecta, genitalibus declinatis, caule erecto. Linn. *syst.* 12 *p.* 309
Jacq. *obs.* 4 *tab.* 97
Loc. In dumetis, & ad oras sylvarum in collibus *Taurinensibus* prope *Superga*, & *S. Rafaele.* Copiose ad sepes circa *Vicum de Mondovì.* Circa *Segusium* etiam nascitur locis saxosis. Perennis.

1588 **CUCUBALUS** otites.
Cucubalus floribus dioicis, petalis linearibus indivisis. Linn. *spec. p.* 594
Viscago floribus verticillatis spicatis, sexu distinctis, petalis linearibus. Hall. *hist. tom.* 1 *n.* 910.
Lychnis otites. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2 *n.* 515.
Cucubalus parviflorus. Lam. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 16.
Lychnis viscosa flore muscoso. Bauh. *pin.* 206.
Sesamoides magnum salmanticum. Clus. *hist.* 1. *p.* 195

Loc. Circa *Segusium* in arenosis fluminis *Duriæ* sat copiose, sed non infrequens est in pascuis saxosis sterilibus, praesertim collium. *Perennis.*

LYCHNIS. Linn. *gen. n.* 507 *syst. n.* 580.

Calyx quinquedentatus. Stamina decem; styli quinque. Capsula 3 vel 5-locularis.

1589 LYCHNIS *flos cuculi.*
Icon. Taur. Vol. III tab. 45.
Lychnis petalis quadrifidis fructu subrotundo. Linn. *spec. p.* 625. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 922.
Lychnis floribus pentagynis, petalis laciniatis. Scop. *Fl. Carn. p.* 304. *n.* 8. *ed.* 2. *n.* 518.
Lychnis pratensis flore laciniato simplici. Moris. *ox.* 2. *p.* 537.
Caryophyllus pratensis, flore laciniato simplici, a flos cuculi. Bauh. *pin.* 210.
Cuculi flos, adonites quibusdam. Bauh. *hist. III. p.* 347.
Loc. In pratis irriguis frequens est. *Perennis.*

1590 LYCHNIS *viscaria.*
Lychnis petalis integris. Linn. *spec. p.* 625.
Lychnis foliis lanceolatis, floribus verticillatis spicatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 917.
Lychnis sylvestris viscosa rubra angustifolia. Bauh. *pin.* 205.
Lychnis sylvestris IV. Clus. *hist.* 289.
Loc. Inhabitat colles locis aridis soli expositis ad oras sylvarum. *Perennis.*

1591 LYCHNIS *alpina.*
Icon. Taur. Vol. XIII tab. 101. *f.* 1.
Lychnis foliis linearibus lanceolatis, floribus umbellato-capitatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 922. *tab.* 27. *emend.* 5. *n.* 46.
Lychnis petalis bifidis, floribus corymbosis. Linn. *spec. p.* 626.
Loc. Nascitur in alpinis pratis *della Vanoira, alpi* ec, & *Courmayeur*, atque in editis jugis inter *Cenesiæ*, & *Augustam Praetoriam*, in catena alpium di *Grancroni*, valle di *Tigne*, & monte *Cenisio.* *Perennis.*
Obs. Calyx inflatus. Laminae petalorum profunde sectae, purpureae. Squamae coronatrices lineares. Styli quinque flore longiores. Stamina decem.

1592. LYCHNIS *dioica.*
Icon. Taur. Vol. III tab. 38.
Lychnis floribus dioicis. Linn. *spec. p.* 626. Scop. *Fl. Carn. p.* 305. *ed.* 2. *n.* 530. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 923.
Lychnis sylvestris, seu aquatica purpurea simplex. Bauh. *pin.* 204.
Ocymoides purpureum majus. Bauh. *hist. III. p.* 343.
β. *Lychnis sylvestris alba simplex.* Bauh. *pin.* 204.
Ocymoides album majus. Bauh. *hist. III. p.* 344.
Loc. Prima ad radices alpium in irriguis umbrosis, ad fontium scaturigines praecipue frequens est. Varietas β. ubique obviam venit in agro *Pedemontano* ad sepes, fossas, & scrobes. *Perennis.*
Obs. Praestantissimi viri Linnæus, Hallerus, & Scopoli, purpuream ab alba non distinguunt. Eos etiam secutus sum, attamen non varietate, sed specie differre putarem animadvertens purpuream in montanis, & irriguis tantummodo nasci, neque adeo ramosam, & caespitosam esse.

AGROSTEMMA. LINN. *gen. n.* 516. *syst. n.* 579.

Calyx quinquedentatus, quinqueangularis, vel decemstriatus, coriaceus. Stamina decem. Styli quinque. Capsula unilocularis.

1593. AGROSTEMMA githago.
ICON TAUR. Vol. III tab. 36. *& Vol. XXII tab.* 9.
Agrostemma hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. LINN. *spec. p.* 624.
Lychnis calycibus longissime caudatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 926.
Lychnis floribus pentagynis, petalis nudis calyce brevioribus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 303. *n.* 9.
Lychnis githago. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 507.
Lychnis segetum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 50.
Lychnis segetum major. BAUH. *pin.* 204.
Pseudo-Melanthium. BAUH. *hist. III. p.* 341.
Pseudomelanthium. MATTH.
Loc. Ubique inter segetes. *ANNUA.*
OBS. Ejusdem insignem varietatem semipalmarem corollae longitudine calycem excedente, uniflorum, foliis linearibus angustissimis reperit *Cl.* DANA in alpinis pratis sterilioribus prope *Carlinum* in valle *Tanari*, quam non separo, licet uniflora constanter sit, atque insignem differentiam praebeat.

1594. AGROSTEMMA coeli rosa.
ICON TAUR. Vol. XVI tab. 9.
Agrostemma glabra foliis lineari-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis. LINN. *spec. p.* 624.
Lychnis pseudomelanthio similis africana glabra angustifolia. HERM. *Lugdb.* 391. *tab.* 393.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi* vidit *Cl.* BELLARDI. *ANNUA.*

1595. AGROSTEMMA coronaria.
ICON. TAUR. Vol. III. tab. 17. *& Vol. XIII. tab.* 204.
Agrostemma tomentosa foliis ovato-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis serratis. LINN. *syst.* 12. *p.* 319.
Lychnis tomentosa calycibus costatis, floribus longissime petiolatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 925.
Lychnis coronaria Dioscoridis sativa, flore diluto rubente. TOURN. *inst.* 334.
Lychnis coronaria Dioscoridis sativa vulgo. BAUH. *hist. III. p.* 340.
Loc. In sylvis caeduis, & locis saxosis *Canepicientium*, & *Montisregalensium*, uti circa *Roburent*, *Monaldo*, a *Frabosa*. In valle *Augustae Praetoriae* prope *Bard* observavit *Ignatius* MOLINERI. *PERENNIS.*

1596. AGROSTEMMA flos Jovis.
ICON TAUR. Vol. XXV. tab. 63.
Agrostemma tomentosa petalis emarginatis. LINN. *spec. p.* 625.
Lychnis tomentosa, umbellis paucifloris, petalis cordatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 924.
Lychnis umbellifera. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 50.
Lychnis umbellifera montana helvetica. ZANN. *hist.* 128. *tab.* 51.
Loc. In alpibus ad rupes frequens locis apricis. *PERENNIS.*

TAMARISCUS. TOURN. *inst.* 661. TAMARIX. LINN. *gen. n.* 337. *syst. n.* 372.

Calyx campaniformis, profundissime quinquefidus, ut pentaphyllus videatur. Stamina quinque, aut decem. Stylus unus. Capsula unilocularis, trivalvis. Semina papposa.

1597 TAMARISCUS gallicus.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 74.
Tamarix floribus pentandris LINN. *spec. p.* 386. GOU. *hort. monsp. p.* 155.
Tamarix altera folio tenuiore, seu gallica BAUH. *pin.* 485.
Tamariscus narbonensis. LOB. *ic.* 218. TOURN. *inst.* 661.
Loc. In agro *Nicaeensi*. *FRUTEX.*
DESCR. TAMARIX *gallica* in parvam arborem excrescit. Folia multo minora, densius imbricata, viridia, acutiora, cum in *germanica* glauco-cinerea sint. In *germanica* rami floriferi recti esse solent. In *gallica* autem rami floriferi horizontales, sive ramis majoris perpendiculares. Flores in *germanica* duplo, & ultra majores, quam in *gallica*, breviùs pedunculati. Stamina in *germanica* decem. Stigma simplex; stamina petalis breviora antheris dydimis, albidis; in *gallica* stamina quinque, multo petalis longiora antheris purpureis, etiam didymis. Calyx in *germanica* apparet ex quinque foliolis linearibus viridibus compositus, folio uno instructus ab aliis foliis non dissimili, pedunculum fulciente. In *gallica* folium floribus singulis subjectum, albidum est, pellucens, minimum. Calyx autem videtur ex quinque foliolis viridibus, imbricatim positis, brevissimis conflatum. In *germanica* stigma orbiculatum, non trifidum. In *gallica* germen purpureum cum stigmate trifido.

1598. TAMARISCUS germanicus.
Icon. Taur. Vol. II. tab. 142.
Tamarix floribus decandris LINN. *spec. p.* 387.
Tamarix fruticosa, folio crassiore, seu germanica. LOB. *ic.* 218.
Myrice, à nia Tamariggio. MATTH.
Loc. Ubique in sabulosis fluminum alveis in agro *Pedemontano*. *SUFFRUTEX.*
VIR. TAMARISCUS utraque similia principia possidet, sed TAMARISCUS *germanica* in usum venire solet. Cum adstrictoriam, & tonica vi abstergit, atque adhibetur ad urinam ciendam, & in viscerum imi ventris obstructionibus, praesertim in lienis morbis. Planum est hoc remedii genus non vere sufficere ad viscerum infarctus resolvendos, alicujus autem adjumenti esse posse post fortiora abstergentia, & saponacea adhibita. Per combustionem haec planta non exiguam praebet quantitatem salis medii ad salem mirabilem GLAUBERI accedentis, qui apozematibus diureticis, aut deobstruentibus saepe adjicitur. Cortici radicis uberius inest activum principium, hoc ideirco in usum eligitur. Ea, quae de *Ononide* dicta sunt, ad TAMARISCUM transferri possunt. TAMARISCI cortex in decocto adhibetur a drachmis duabus ad drachmas sex, aut etiam unciam unam, duplo major esse potest ligni, & foliorum dosis.

ALDROVANDA LINN. *gen. n.* 350. *syst.* 386. TOURN. *tab.* 127.

Calyx campaniformis, profunde quinquepartitus. Petala persistentia. Stamina quinque. Styli quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, decemsperma.

1599 ALDROVANDA vesiculosa. LINN. *spec. p.* 401.
Aldrovanda. MONT. *act. Bonon. vol.* 2. *p.* 3. *part.* 404. *tab.* 12.
Lenticula palustris indica, foliis subrotundis, binis capillamentis ad imum barbatis. PLUK. *alm.* 211. *tab.* 41. *f.* 6.
Loc. Aqui innatat secus lacus di *Candia*, & *Viverone*. Crescit etiam in fossis profundioribus di *Viverone*, & signatim, observante *Cl.* BELLARDI, loco dicto *Morignac*. *PERENNIS.*

Obs. Pedunculus teres, folio longior. Calyx viridis, profunde quinquefidus, foliolis ovatis concavis. Petala ovata, sordide alba, vix calyce majora, conniventia. Stamina quinque, inter unum, & alterum petalum orta. Apices lutei, didymi. Petala intra calycinae folia enascuntur. Styli quinque. Capsula unilocularis in quolibet foliorum verticillo. Flos unicus; caulis terminum in pedunculum abire videtur, dum ex latere ramum, sive caulem producit.

RORELLA. HALL. *hist. tom.* I. *p.* 371.

DROSERA LINN. *gen. n.* 351. *syst. n.* 387.

Calyx tubulosus, semiquinquefidus. Stamina quinque. Styli quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.

1600 RORELLA longifolia.
Rorella foliis ellipticis, caule nudo paucifloro. HALL. *hist. tom.* I. *n.* 833.
Drosera scapis radicatis, foliis oblongis. LINN. *spec. p.* 403.
Ros solis septentrionalis. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 390.
Ros solis folio oblongo. BAUH. *pin.* 357.
Ros solis. DOD. *pempt.* 474.
Loc. In pratis spongiosis, atque ad fontium scaturigines, & secus lacus de Candia, Vivrone, & Eporediae. ANNUA.

1601 RORELLA rotundifolia.
Icon TAUR. *Vol.* XXI. *tab.* 8.
Rorella caule nudo paucifloro, foliis petiolatis subrotundis. HALL. *hist. tom.* I. *n.* 834.
Drosera scapis radicatis, foliis orbiculatis. LINN. *spec. p.* 401.
Ros solis septentrionalis. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 390.
Ros solis folio rotundo. BAUH. *pin.* 357.
Ros solis. BAUH. *hist.* III. *p.* 761.
Off. Ros, s. Rorella rotundifolia.
Loc. Haec longe vulgatior est, quam *longifolia*, & iisdem locis occurrit, sive ad radices alpium, sive ad oras lacuum TERRANEUS in montibus *Rugelliensibus* legit. ANNUA.
Vir. Utriusque RORELLAE similis est natura. Laudata est RORELLA *rotundifolia* ad urinam ciendam, & morbos pulmonis etiam suppuratos, sed summa acrimonia quam habet, in tanta remediorum balsamicorum, & abstergentium ubertate, suadet ab ejusdem usu abstinere.

OXYS. TOURN. *inst.* 88. *tab.* 19.

OXALIS. LINN. *gen. n.* 515. *syst. n.* 378.

Calyx campaniformis acute quinquefidus. Corolla pentapetala, unguibus primum distinctis, deinde conglutinatis. Stamina decem. Styli quinque. Fructus pentagonus, foetus ex quinque conjunctis loculis polyspermis, & per maturitatem dissilientibus.

1602 OXYS acetosella.
Icon TAUR. *Vol.* III. *tab.* 50. 53.
Oxys scapo unifloro, radice squamosa articulata. BOEHM. *lips. n.* 70.
Helianthemum foliis amplioris, flore roseo SCHAR. *phil. trans. n.* 383. HALL. *gott. p.* 114. MISC. TAUR. *tom.* 5. *p.* 89.

Loc. In comitatu *Nicaeensi*, & *Uneliae*. SUFFRUTEX

Obs. Suspicor meram varietatem esse CISTI *helianthemi*, licet caule magis ramoso, & fruticoso, foliis etiam firmioribus, subtus subincanis, videatur differre: rarum enim non est, locis maritimis CISTUM *helianthemum*, roseum colorem exhibere: caules in frigidis locis annui, & perennes saepe perennant, & fruticosi evadunt in calidis.

1676. CISTUS rosmarinifolius.

Cistus foliis oblongo-linearibus, margine revolutis SAUV. *monsp. p.* 148.

Cistus foliis lanceolato-linearibus integerrimis, subtus incanis GRON. *Fl. Orient.*

Cistus (hirtus) *suffruticosus stipulatus foliis ovatis, calycibus hispidis* LINN. *spec. p.* 744.

Cistus ledon rorismarini foliis subtus incanis. BAUH. *pin.* 467.

Ledon VIII CLUS. *hist. p.* 80.

Loc. In aridis circa *Villafrancam Nicaeensem* lectum habeo. SUFFRUTEX

Obs. *Hirti* nomen triviale mutavi, quum haec planta nullibi hirta sit. Folia habet supra lucide-virentia, subtus tomentosa, calyces autem subalbicantes sunt, nihil habet hirti, & pilosi. Distincta a reliquis Cisti speciebus planta est.

1677. **CISTUS** glutinosus.

Icon Taur. Vol. XXVIII. tab. 53.

Cistus suffruticosus stipulatus, foliis linearibus oppositis, alternisque, pedunculis villoso glutinosis. Linn. *mant. alt. p.* 246.

Chamaecistus incanus tragacanthae foliis hispanicus. Barr. *rar.* 312. *tab.* 415.

Helianthemum foliis thymi incano. Bauh. *hist. II. p.* 19. Tourn. *inst.* 249.

Chamaecistus non flore rubello, thymi folio. Barr. *ic.* 328.

Loc. In rupibus agri *Nicaeensis Antonius* Jussieu, ubi revera non infrequens est. *Suffrutex.*

PORTULACA. Linn. *gen. n.* 531. *syst. n.* 603. Tourn. *tab.* 118.

Calyx diphyllus, aut profunde bifidus. Corolla pentapetala, aequalis. Stamina plura. Stylus simplex, multifidus. Capsula unilocularis, polysperma, horizontaliter dehiscens.

1678. **PORTULACA** oleracea.

Portulaca foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. Linn. *spec. p.* 638. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 968.

Portulaca angustifolia sylvestris. Bauh. *pin.* 288.

Portulaca sylvestris minor, seu spontanea. Bauh. *hist. III. p.* 678.

Portulaca silvestris. Matth.

Off. Portulaca.

Vern. *Porslana.*

Loc. In agris, & hortis, tum & in sabulosis ubique abunde. *Annua.*

Vir. Oleracea est, aquosa, & attemperans; succus e tota planta expressus utilis est in febribus ardentibus, atque spectatim in urinae ardore.

DICTAMNUS. Linn. *gen. n.* 468. *syst. n.* 516. Tourn. *tab.* 243.

Calyx pentaphyllus, deciduus. Corolla pentapetala, subpapilionacea, uno petalo descendente. Stamina septem ad decem, deorsum inclinata. Capsulae quinque, margine interiore annulatae, superius dehiscentes, connatae, polyspermae. Semina nuda, calyptra elastica involuta.

1679. **DICTAMNUS** albus.

Icon Taur. Vol. III. tab. 22. 23.

Dictamnus albus. Linn. *spec. p.* 548.

Fraxinella. Hall. *hist. n.* 1019. * *

Jacq. *Fl. Austr. tab.* 428.

Dictamnus albus vulgo Fraxinella. Bauh. *pin.* 222. Garid. *tab.* 37.

Fraxinella officinis dictamnus. Bauh. *hist. III. p.* 494.

Dictamnus bianco. Matth.

Off. Dictamnus albus, sive Fraxinella.

Loc. In apricis collibus *Taurinensibus Superga* dictis, uti etiam in montibus supra *Gavenum*, & *Prossanum*, inter *Caniglianum*, & *Bardissonum*. Ex alpibus *Vintimiliensibus* misit Cl. Gavelli. In pascuis alpinis *Augustae Praetoriae*, & vallis *Pellina* frequens est. *Perennis.*

Vir. Calyces, & flores praesertim, fortissimum odorem graveolenti-aromaticum spirant, quorum momentanea fere applicatione odor aliorum florum facile deleri ad tempus potest; exhalant namque oleosae volatiles particulas, tam forti odore praeditas, ut aliarum stirpium floribus inhaerentes ipsarum odorem superent, atque occultent. In cortice praesertim extant hae minimae, oleosae, volatiles particulae. Radix Dictamni albi amara, acris, & aromatica est. theriacam ingreditur propter alios usus vix in officinis nota; magnas autem virtutes haec planta

promittit. Laudatur ad vermes necandos, menses pellendos, virique alexipharmacum habere dicta est. Datur radix in pulverem redacta a drachma semisse ad drachmas duas, in infuso autem a drachmis duabus ad unciam unam.

PÆONIA. LINN *gen. n.* 600, *syst. n.* 678 TOURN. *tab.* 146.

Calyx persistens, pentaphyllus. Corolla pentapetala, aequalis. Stamina plura. Ovaria bina, vel terna mutantur in capsulas, stygmate oblongo persistente instructas, uniloculares, polyspermas.

680 PÆONIA officinalis

Icon TAUR. *Vol. III. tab.* 85.

Paeonia foliis oblongis. LINN *spec. p.* 747.

Paeonia radice glandulosa foliis duplicato-pinnatis, pinnis ellipticis, & trilobis. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1187.

Paeonia communis, vel foemina. BAUH. *pin.* 323.

Paeonia foemina vulgatior. BAUH. *hist. III. p.* 493.

Paeonia foemina. LOB. *ic. p.* 682. & MATTH.

Loc. Abunde circa montem *S. Michaelis della Chiusa*, & supra *Pinasca*. PERENNIS.

Vir. Floribus, seminibus, atque praetertim radici PÆONIÆ tributae sunt vires antispasmodicae, nec & antiepilepticae; tanta etiam antiquitus in hocce remedio fiducia, ut adversus epilepsiam etiam de collo suspensam valere dictum sit. Sed merito hasce viribus non credunt recentiores, suspectam imo plantam habent, quae certo nauseosa est, atque stomacho inimica, ut vomitum moveat.

GARIDELLA. LINN *gen. n.* 501, *syst. n.* 566 TOURN. *tab.* 430.

Calyx pentaphyllus, coloratus. Petala quinque aequalia, bilabiata, nectarifera. Stamina decem. Capsulae tres connexae, polyspermae.

681 GARIDELLA nigellastrum

Icon TAUR. *Vol. X. tab.* 67.

Garidella nigellastrum. LINN *spec. p.* 628.

Garidella foliis tenuissime divisis. GARID. *Aix. p.* 203. *tab.* 39. TOURN. *inst.* 655.

Nigellastrum rarum, & foeniculaceis foliis. MAGN. *hort. monsp. tab.* & *p.* 143. BARR. *ic.* 1240.

Nigella arvina folio foeniculi. BAUH. *pin.* 146. MORIS. *hist. tom.* 3 *p.* 516. *s.* 12. *tab.* 18. *f.* 6.

Melanthium peregrinum, sive arvinum. PON. *Bald.* 46.

Loc. Nascitur in agris *Nicaeensibus*. ANNUA.

TELEPHIUM. LINN *gen. n.* 339, *syst. n.* 374 TOURN. *tab.* 128.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia. Stamina quinque. Stylus trifidus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

682 TELEPHIUM Imperati

Telephium foliis alternis. LINN *spec. p.* 388. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 841.

Telephium foliis obverse-ovatis. GOU. *hort. p.* 155. *n.* 1.

Telephium repens folio non deciduo. BAUH. *pin.* 287.

Telephium Dioscoridis. IMPER. 665. TOURN. *inst.* 248.

Telephium legitimum Imperati. VII. CLUS. *hist.* 2 *p.* 67.

Loc. Intra, & circa arcem *la Brunetta* copiose; in ambobus non humidis prope *Giaveno* etiam legi, atque oritur frequens in Comitatu *Nicaeensi*. PERENNIS.

LINUM. LINN. *gen. n.* 349. *syst. n.* 385. TOURN. *tab.* 176.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia. Styli quinque. Capsula decemlocularis, loculis monospermis.

1683. **LINUM** perenne.
Icon Taur. Vol. XXIII tab. 13.
Linum calycibus, capsulisque obtusis, foliis alternis lanceolatis integerrimis. LINN. *syst.* 12. *p.* 224.
Linum foliis alternis lanceolatis, calycibus acutis integris. SCOP. *Fl. Carn. p.* 509. *n.* 3.
Linum perenne majus caeruleum capitulo majore. MORIS. *hist. Oxon. part.* 2. *n.* 573. TOURN. *inst.* 339.
Linum sylvestre caeruleum perenne erectius, flore, & capitulo majore. RAI. *angl.* 3. *p.* 362.
Loc. In montibus circa *Sospello*, & *Lacerame*. *PERENNE.*

1684. LINUM hirsutum.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 106. *f.* 1.
Linum calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, foliis alternis, ramis oppositis. LINN. *syst.* 12. *p.* 224. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 228. *tab.* 11.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 31.
Linum sylvestre latifolium hirsutum caeruleum. BAUH. *pin.* 214.
Linum sylvestre latifolium hirsutum flore caeruleo. BAUH. *hist. III. p.* 453.
Loc. Abunde legi in dumetis, & ad sepes circa *Matentinum* D. RICHERIUS circa *la Mezza*. TERRANEUS prope *Vernone* in *Monteferrato*, & Comitatu *Nicaeensi* passim occurrit, neque rarum in *Liguria* est. *PERENNE.*
Obs. LINUM *viscosum* LINN. eadem omnino planta est cum *hirsuto*.

1685. LINUM narbonense.
Linum calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti, basi ramoso. LINN. *spec. p.* 398.
Linum sylvestre latis acutis foliis, flore amplo. BARR. *ic. n.* 107.
Loc. Frequens in saxosis inter *Lacerame*, & *Tenda*. Cl. BELLARDI in montibus a *Castiglion* ad *Mirion*, & a l'*Escarene* ad *Breglio*. *PERENNE.*

1686. LINUM tenuifolium.
Icon Taur. Vol. XVII. tab. 30. *f.* 2.
Linum calycibus acuminatis, foliis sparsis lineari-setaceis, ciliorum scabris. LINN. *spec. p.* 398.
Linum foliis linearibus, calycibus longe aristatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 838.
Linum foliis alternis linearibus, infimis scabris, calycibus acutis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 509. *n.* 4.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 215.
Linum sylvestre angustifolium flore magno. BAUH. *pin.* 214.
Linum sylvestre quintum angustifolium. CLUS. *hist.* 1. *p.* 318.
Loc. In apricis saxosis collinis, montanis, & subalpinis abunde. *PERENNE.*

1687. LINUM gallicum.
Linum calycibus subulatis acutis, foliis lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, floribus subsessilibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 224. GER. *Fl. Gallopr.* 411. *tab.* 16. *f.* 1. SAUV. *fl. monsp. p.* 53.
Linum sylvestre minus flore luteo. BAUH. *pin.* 214.
Loc. Locis saxosis, & declivibus collium calidorum frequens est. *ANNUUM.*

1688. LINUM alpinum.
Linum calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. LINN. *syst.* 12. *p.* 224.

Linum foliis linearibus lanceolatis aristatis, calycibus ovato-lanceolatis semimembranaceis HALL. *hist.* tom. 1 n. 837.
Linum (alpinum) *calycibus rotundatis, foliis linearibus infimis reflexis, caulibus declinatis.* JACQ. *Vind.* p. 229.
Linum montanum foliis tenuibus erectis, flore amplo caeruleo. ZAN p. 146 tab. 107.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 231.
Loc. Abunde occurrit, & in pascuis, nec non ad vias in montanis, atque subalpinis, perenne apud nos non est ANNUUM.
DESCR. Flores in hoc Lino ergi solent cauliculi, simplices, qui deinde in erectos ramulos dividuntur. Folia cinerea, & subpilosa, mollia, non serrulata. Calycis foliola inaequalia, viridia, ovata, aristata, ora albicante. Petala aristata, non emarginata, crenulata, dilute purpurascentia.

1689. LINUM strictum.
Icon Taur. Vol. XVII tab. 31 f. 1.
Linum calycibus subulatis, foliis lanceolatis strictis mucronatis margine scabris. LINN. *spec.* p. 400.
Linum foliis asperis umbellatum luteum. MAGN. *hor. monsp.* 164.
Passerina Lobelii BAUH. *hist. III* p. 455.
Loc. Locis aridis in agro *Nicaeensi*, ubertime: nec infrequenter in *Monteferrato*, & valle *Segusii*. ANNUUM.

1690. LINUM campanulatum.
Linum foliorum basi utrinque punctata glandulosa. LINN. *syst.* 12. p. 224.
Linum silvestre luteum foliis subrotundis BAUH. *pin.* 212.
Campanula linifolia lutea BAUH. *hist. III* p. 817.
Loc. Inter l'*Escarene*, & *Drap.* PERENNE.
OBS. Caules angulato-striati, saepe pentagoni. Folia minime serrata; axillae uniflorae. Calycis foliola non serrata, acuminata, lanceolata.

1691. LINUM flavum.
Linum calycibus subserrato-scabris lanceolatis subsessilibus, panicula ramis dichotoma. LINN. *spec.* p. 399.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 214.
Linum silvestre 3. latifolium CLUS. *hist.* 1. p. 317.
Linum silvestre latifolium luteum BAUH. *pin.* 214.
Linum latifolium luteum. BAUH. *hist. III* p. 454.
Loc. In collibus maritimis *Nicaeensibus* Cl. BELLARDI. PERENNE.

1692. LINUM maritimum.
Icon Taur. Vol. III tab. 2. & Vol. XVI. tab. 8.
Linum calycibus ovatis acutis muticis, foliis lanceolatis, inferioribus oppositis. LINN. *spec.* p. 400.
JACQ. *hort. vind.* tab. 154.
Linum maritimum luteum BAUH. *pin.* 214.
Linum luteum narbonense BAUH. *hist. III* part. 1. p. 454.
Loc. In humidis, & stagnantibus agri *Nicaeensis*, & praecipue secus flumen le *Var.* ANNUUM.

1693. LINUM catharticum.
Linum foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. LINN. *spec.* p. 401.
Linum foliis conjugatis ovatis, calycibus aristatis parvis lanceolatis HALL. *hist.* tom. 1. n. 839.
Linum pratense flosculis exiguis BAUH. *pin.* 214.
Alsine verna glabra flosculis albis, vel potius Linum minimum. BAUH. *hist. III* p. 455.
OFF. Linum catharticum.

Loc. In pascuis subhumidis praecipue montanis; etiam in *Taurinensibus*, minime rarum. *Annuum.*

Vir. Hujus herbae infusum aquosum, amarum est, & commode alvum ducit. Saepius etiam ad eundem usum in sero lactis infunditur dosi manipuli unius.

1694 LINUM radiola.

Linum foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. LINN. *spec.* p. 402.
Linum tetrapetalon caule ramosissimo dichotomo. HALL. *hist. tom.* 1. n. 840.
Linocarpum serpilli folio, multicaule, & multiflorum. MICH. *gen.* 23. *tab.* 21.
Linum multiflorum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 72.
Polygonatum minimum, s. millegrana minima. BAUH. *pin.* 282.

Loc. Petrus MOLINERI *Eporediae* ad lacum. Ignatius MOLINERI in sylvis castanearum provinciae *Aquensis* crescere adnotavit. *Annuum.*

ALSINE. LINN. *gen. n.* 341. *syst. n.* 377. TOURN. *tab.* 126.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, bipartita. Styli tres. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

1695 ALSINE media.

Icon. TAUR. *Vol.* XXIII. *tab.* 98.
Alsine foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, petalis bipartitis. HALL. *hist. tom.* 1. p. 387. n. 880.
Alsine petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. LINN. *spec.* p. 389.
Alsine foliis cordatis infimis petiolatis, caeteris sessilibus. GER. p. 403. n. 1.
Alsine floribus pentandris, foliis ovato-cordatis. SCOP. *Fl. Carn.* p. 496. n. 2. *ed.* 2. n. 376.
Alsine minor. DOD. *pempt.* 29.
Alsine media. BAUH. *pin.* 250. TOURN. *inst.* 243.
Alsine vulgaris, s. morsus gallinae. BAUH. *hist.* III. 363.
Alsine MATTH.

Off. Alsine media, s. morsus gallinae.

Vern. Euvona, oppure Pavarona.

Loc. Nihil in hortis, ruderatis, atque arvis frequentius. *Annua.*

Vir. Avibus in alimentum cedit. Nostrates, in angina, coctam in sartagine plantam collo subjiciunt. Haemorrhoidum dolores lenire dicitur cum butyro subacta. Succus ab uncia una ad uncias duas, aut etiam tres in jusculo, datus est adversus phtysim: nullus autem, ut puto, utilitatis haec planta in officinis exstitit.

1696 ALSINE segetalis.

Alsine petalis integris, foliis subulatis. LINN. *spec.* p. 390.
Spergula foliis filiformibus unum latus spectantibus, stipulis membranaceis vaginantibus, pedunculis umbellatis. GUET. *annot.* 299. DAL. *paris.* 133.
Alsine segetalis gramineis foliis unum latus spectantibus. VAILL. *paris.* 8. *tab.* 3. f. 3.
Arenaria segetalis. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. p. 43.

Loc. In arvis di *Celiano* minime raro, observante Cl. BELLARDI. Etiam inter segetes collium *Taurinensium* lecta est. *Annua.*

HOLOSTEUM. LINN. *gen. n.* 98. *syst. n.* 104.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, marcescentia. Stamina tria. Styli tres. Capsula unilocularis, apice dehiscens, polysperma.

1697 HOLOSTEUM umbellatum.

Holosteum floribus umbellatis. LINN. *spec.* p. 130.
Alsine floribus umbellatis, petalis serratis. HALL. *hist. tom.* 1. n. 879.
Holosteum caryophyllaeum arvense. TABERN. *ic.* 233.

Caryophyllus arvensis umbellatus folio glabro. BAUH. *pin.* 210.
Loc. In arvis collinis vulgare est. *ANNUUM.*

POLYCARPON. LINN. *syst. n.* 105

Calyx pentaphyllus. Petala quinque persistentia, calyce minora. Stamina tria. Styli tres. *Capsula* unilocularis, trivalvis.

1698 **POLYCARPON** tetraphyllum. LINN. *spec. p.* 131.
Anthyllis alsine folia polygonoides major. BARR. 103. *icon.* 5314.
Loc. Nicaeensis, & Pedemontani agri locis cultis sponte nascitur, praesertim ad sepes, & in umbrosis. *ANNUUM.*

ARENARIA. LINN. *gen. n.* 565. *syst. n.* 564.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, integra. Stamina decem. Styli tres. Capsula unilocularis, polysperma.

1699 **ARENARIA** biflora. *tab.* 44. *fig.* 1. & *tab.* 64. *fig.* 3.
Icon. TAUR. Vol. XV. tab. 91. *f.* 4.
Arenaria foliis obovatis obtusis, caulibus procumbentibus, pedunculis bifloris lateralibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 311. *mant. p.* 71.
Alsine caule recto prostrato, foliis ovatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 877.
Alsine palustris serpylli folia. SCHEUCHZ. *it.* 1. *p.* 119.
Loc. Abunde in alpibus inter montem *Cenisium*, & montem *S. Bernardi* etiam in *Sabaudiae* alpibus frequens; incolit autem summa alpium juga prope cavum delinquescentem. *PERENNIS.*

1700 ARENARIA trinervia.
Arenaria foliis ovatis acutis petiolatis nervosis. LINN. *syst. p.* 605.
Alsine foliis ovato-lanceolatis trinervis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 878.
Alsine plantaginis folio. BAUH. *hist. III. p.* 363.
Loc. In umbrosis ad oras sylvarum. *ANNUA.*

1701 ARENARIA ciliata.
Icon. TAUR. Vol. XXIII. tab. 31.
Arenaria foliis ovatis enerviis sessilibus acutis, corollis calyce majoribus. LINN. *syst.* 12. *p.* 311.
Arenaria foliis ovatis acutis planis sessilibus, corollis calyce majoribus. JACQ. *vind.* 75.
Alsine foliis ovato-lanceolatis ciliatis, petalis calyce majoribus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 876. *tab.* 17.
Alsine alpina serpylli folio, multicaulis, & multiflora. TOURN. *inst.* 243. SEGU. *veron.* 1. *p.* 421. *tab.* 5. *f.* 1.
Loc. Ad saxosa summarum alpium praecipue *Fenestrellarum*, montis *Cenisii*, & vallis di *Viù*, nec non alibi frequens. *PERENNIS.*

1702 ARENARIA serpyllifolia.
Arenaria foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. LINN. *spec. p.* 606.
Alsine foliis ovato-lanceolatis subhirsutis, petalis calyce brevioribus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 875.
Stellaria serpyllifolia. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 544.
Alsine minor multicaulis. BAUH. *pin.* 250.
Alsine minima. DOD. *pempt.* 30.
Loc. Ad muros, circa urbem, & pagos locis aridis ubique. *ANNUA.*

1703 ARENARIA bavarica.
Arenaria foliis semicylindraceis carnosis obtusis, petalis lanceolatis, pedunculis terminalibus subbinatis. LINN. *spec. p.* 607.

Alsine alpina foliis ternibus obtusis, flore albo SEGU *veron* 1 *p.* 429

Loc In nostr meis repertam lectam fuisse in monte *du petit Saint Bernard.* PERENNIS.

1704. ARENARIA saxatilis.

Icon Taur Vol XIV tab. 73 *fig.* 3

Arenaria foliis subulatis, caulibus paniculatis, calycum foliolis ovatis obtusis. LINN. *syst* 12. *p.* 313. JACQ *vind. p.* 75

Alsine foliis linearibus, petalis calyce longioribus HALL. *hist. tom* 1 *n.* 867.

Stellaria saxatilis SCOP *Fl. Carn. ed* 2 *n* 539

Alsine arenaria foliis subulatis, inferioribus longissimis GMEL. *Sibir* 4. *p.* 157 *tab.* 63. *fig.* 2

Alsine saxatilis, & multiflora capillaceo folio VAILL. *Paris* 1. 7 *tab.* 2. *f* 3.

Loc In valle *Ulciensi.* PERENNIS.

1705 ARENARIA montana

Arenaria foliis lineari-lanceolatis scabris, caulibus sterilibus longissimis procumbentibus. LINN *syn* 12 *p* 311.

Alsine foliis linearibus acuminatis, petalis florum integris, calyce duplo longioribus. MORN *ops* 127

Loc Legi in summo jugo *Tendae la Cola* dicto. ANNUA.

Descr Radix fibrosa Folia circa radicem, cespitem efformant, eaque sunt fere imbricata, setacea, rigidula, patentia, lucide-viridia; caulina minora, internodiis breviora omnia amplexicaulia Caulis semipedalis, subteretus, subhirsutus. Ex summo caule duo, vel tres flores prodeunt satis longe pedunculati, ample, quorum calyx tristriatus, oblongus, obtusus, foliolis disunctis Petala calyce duplo longiora, lineata, ovata, brevitar emarginata Stamina decem Tubae tres. Fructus longus, subcylindricus

1706. ARENARIA verna.

Arenaria foliis subulatis, caulibus paniculatis, calycibus acuminatis striatis LINN *syst.* 12. *p* 313 JACQ *Fl. Austr tab.* 404.

Loc Inter *Modane*, & *Col de la Roue* in saxosis. PERENNIS.

1707 ARENARIA tenuifolia

Icon Taur Vol. XXII tab 21

Arenaria foliis subulatis caule paniculato, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis LINN *syst* 12 *p.* 313

Alsine foliis linearibus glabris, petalis calyce brevioribus HALL *hist tom* 1 *n.* 866.

Alsine tenuifolia BAUH *hist. III p.* 364.

Arenaria (hybrida) *foliis filiformibus, caule erecto ramosissimo, floribus decandris.* VILL. *prosp. p* 48 *tab* 30 *f* 3

Loc Muros vetustos, & saxosa, arida praecipue, incolit secus *Padum* In acclivibus aridis saxosis non infrequens est *Annua*

Descr Cauliculi semipalmares Folia ad originem connata, sessilia, linearia, crassiuscula, fine acuto Tota planta glabra est, & dichotoma, undequaque in extremis ramis floriferis Flos patens, petalis cum calycinis foliolis alternantibus. Petala elliptica, fine non acuto, albissima, calyce breviora Calycina foliastriata margine albicantia, aristata Antherae purpurascentes, petalis humiliores, filamentis albis, subulatis, arectis, arecto-patentibus insistunt Flos sole percussus patens. Styli tres reflexi, plumosi Calyx persistens, & connivens.

1708 ARENARIA austriaca *tab* 64 *f* 2

Arenaria austriaca JACQ *Fl. Austr. tab* 170.

Alsine caule flaccido dichotomo, foliis linearibus acutis HALL. *hist* 1 *n.* 864

Loc. Locis saxosis, & umbrosis ad rupes alpium *Valdensium.* PERENNIS

Descr Mollecula planta est Cauliculi primum decumbunt, deinde eriguntur summo dichotomi, uni trifloriis, pedunculo intermedio longiore Flos pentapetalus, petalis obovatis, laevissime emarginatis Folia linearia, subvillosa, fine acuto, non nervosa, crassula, ad basim connata, non tamen perfoliata Caules rotundi,

villosuli, praesertim pedunculi. Calycis foliola concava, ovata sine acumine, villosula. Styli tres. Stamina decem. Calyx post efflorescentiam connivet, fructui appressus. Fructus eo non productior, calyce brevior, & est capsula, quae quinquevalvis aperitur. Antherae, & styli albescunt. Semina leucophaea.

1709. ARENARIA fasciculata.
Jacq. Fl. Austr. tab. 182.
Stellaria rubra. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 316. *tab.* 17. *n.* 538.
Arenaria fasciculata. Gou. *obs.* 30. Lam. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 42.
Loc. In sabulosis, & stanibus praesertim fluminum, torrentium, locis apricis, & sole percussis. ANNUA.

1710. ARENARIA larcifolia.
Arenaria foliis setaceis, caule superne nudiusculo, calycibus subhirsutis. Linn. *spec. p.* 607.
Alsine foliis linearibus angustissimis, calycibus subulatis villosis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 869. *Emend.* 1. *n.* 74.
Stellaria laricifolia. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 541. *tab.* 18.
Arenaria foliis linearibus lanceolatis sessilibus, corollis calyce longioribus. Dalib. *Paris.* 133. *n.* 5.
Alsine alpina junci folio. Bauh. *pin.* 251.
Auricula muris pulchro flore, folio tenuissimo. Bauh. *hist. III. p.* 360.
Loc. Nihil frequentius secus torrentes, & vias locis aridis montanis, & subalpinis. PERENNIS.
Obs. Petala ovata, lineata, ampla, integerrima, calyce duplo longiora; calycis folia lanceolata, sulcata, hirsutula.

1711. ARENARIA grandiflora *tab.* 10. *fig.* 1.
Icon. Taur. Vol. XIV. tab. 73. *fig.* 7.
Arenaria foliis subulatis aristatis, radicalibus confertis, caulibus unifloris. Linn. *spec. p.* 603.
Alsine uniflora, & grandiflora foliis acuminatis glabris, petalis integris. Segu. *Veron.* 49. *tab.* 10. *f.* 1.
Alsine foliis sulcatis argute lanceolatis, pedunculis unifloris. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 874.
Arenaria foliis lanceolatis, cauliculis multifloris, foliolis calycinis inaequalibus, exterioribus cordato-ovatis latioribus. Gou. *Illustr. p.* 30.
Stellaria aristata. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 527. *tab.* 17.
Loc. In editioribus alpibus montis Cenisii, & vallium *Valdensium.* PERENNIS.

1712. ARENARIA striata. *tab.* 26. *f.* 4.
Arenaria foliis linearibus erectis appressis, calycibus oblongis striatis. Linn. *spec. p.* 608.
Auricula muris pulchro flore, folio tenuissimo. Bauh. *hist. III. p.* 360.
Caryophyllus saxatilis, polygoni minoris folio, & facie. Bocc. *Mus.* II. 119.
Arenaria (Cherlerioides) caule basi nodoso, suffruticoso, foliis linearilanceolatis, calycinis aequalibus; caulibus subumbellatis. Vill. *prosp. p.* 48. *tab.* 30. *fig.* 1. 2.
Loc. In pascuis saxosis alpium. PERENNIS.

1713. ARENARIA recurva N. *tab.* 89. *f.* 3.
Icon. Taur. Vol. XIV. tab. 73. *fig.* 5.
Arenaria foliis radicalibus congestis recurvis subulatis, caule simplici subtriflore.
Alsine foliis sulcatis recurvis, radicalibus linearibus congestis, caulinis lanceolatis. Hall. *hist. n.* 868.
Loc. In pascuis saxosis editiorum alpium *Valdensium* minime rara est. PERENNIS.
Descr. Radix ex multis, longis, teretibus, flavescentibus fibris tenacibus, uno capite collectis, quod caespitem gemmis cauliculorum, ad eorum basim tunicae foliorum, ex quibus cauliculi digredes. Folia sunt subulata, laevia, teretia, supra planiuscula, fine aculeo, fasciculata, & recurva. Tres plerumque in caule foliorum conjugationes. Caulis summus semel plerumque dichotomus, duos, aut tres flores sustinet. Calycinis folia ex ovatis lanceolata, arista terminata, tribus striis donata. Caulis, & pedunculi laevissime hirsuti. Flos albus, calyce paullo major, petalis aristatis, integris. Styli tres. Conjugationes foliorum in caule quandoque quatuor.

1714. ARENARIA obtusa N. tab. 64. fig. 4.
Icon. Taur. Vol. XV tab. 91. fig. 4.
Alsine foliis linearibus obtusis, calycibus viscidis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 863. MISC. TAUR. *tom.* 5 *p.* 87 *n.* 121.
Loc. Nascitur in pascuis saxosis umbrosis alpium de *Fenestrelles*, & *Ceresole*, & circa *Cœnobium S. Bernardi*, & *Col de Cogné*. PERENNIS.
Descr. Caules ex una radice plures, procumbentes, ramosi. Folia connata, linearia, obtusa, mollia, viridia. Rami, duobus plerumque floribus longe pedunculatis, terminantur. Calycini foliola ex ovatis lanceolata, viridia. Petala ovata, integerrima, vix calyce majora. Stamina decem, petalis breviora. Tubae tres. Fructus conicus, qui quinquevalvis aperitur. Ex fide speciminis sicci transmissi nostra planta eadem est cum *Alsine* HALLERI n. 863. Foliis linearibus non revolutis, obtusis, caule infirmo, ramoso, procumbente, atque calycis foliis non acutis, aut profunde striatis, a proximis ARENARIÆ speciebus distinguitur.

1715. ARENARIA lanceolata tab. 26 fig. 5.
Icon. Taur. Vol. XV tab. 91. fig. 2.
Arenaria foliis, & calycibus lanceolatis trinerviis. MISC. TAUR. *tom.* 5 *p.* 87 *n.* 120.
Alsine caule flaccido dichotomo, foliis linearibus acutis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 864.
Loc. In pascuis saxosis vallis *Quercus*, & alpium *Valdensium* non infrequens, uti etiam in alpibus *Augustæ Prætoriæ* & montis *Cenisii*. PERENNIS.
Descr. Radix obscura, tenax, parum fibrosa, & repens, uespitam cauliculorum summitatum producit superiorum, & repando radices agentium, fasciculis, seu gemmis foliorum in cauliculis donatur, haeque gemmae in cauliculos se se explicant erectos, simplices, unciam unam, aut cum dimidia altos. Ad ortum itaque hujus cauliculi foliorum ovato-acutorum rosula, deinde conjugata, & sessilia folia duo, quae quo magis summitati accedunt, magis interim se distant. Glabra folia sunt tenero subhirsuta, firma, erecto-patentia, lanceolata, acuta, sed inermia in exteriori facie, tribus elatis nervis signata, tres lineas longa in ulatimibus cauliculi. Saepe post tres foliorum conjugationes caulis in duos pedunculos (*varii* 1112) abit vix divergentes, nunc unicos, nunc conjugatione una donatos. Pedunculorum undecim longitudo ad calycem se habet ut 3 ad 1. Flos patens, & simplex petalis ovatis integerrimis, calyce paullo majus. Stamina decem petalis longiora, alternis brevioribus, sustinent antheras parvas purpureas. Styli tres filiformes. Calycis folia similia omnino sunt reliquis foliis. Cauliculi filiformes sunt, & subtilissime hirsuti. Distinguitur ideo hujus a reliquis constans videtur potissimum a lanceolata, trinervia forma foliorum, similibusque calycinis foliolis. Fructus conicus, unilocularis, quinquevalvis aperitur.

1716. ARENARIA campestris.
Arenaria foliis internodiis longioribus. GOU. *Fl. monsp. p.* 242.
Arenaria foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. LINN. *spec. p.* 606.
Alsine foliis linearibus, stipulis ovato-lanceolatis argenteis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 872.
Alsine spergulae facie minor, s. spergula minor subcaeruleo flore. BAUH. *pin.* 251. *prodr.* 119.
Spergula foliis oppositis, stipulis vaginantibus, caulibus procumbentibus. GER. *p.* 418. *n.* 4.
Loc. In sabulosis torrentium, atque in arvis collium, montanisque secessibus frequens est. *ANNUA.*

1717. ARENARIA marina.
Arenaria foliis linearibus longitudine internodiorum. GOU. *fl. monsp.* 240. MISC. TAUR. *tom.* 5. *p.* 87.
Alsine spergulae facie media. BAUH. *pin.* 251.
Spergula marina nostras. BAUH. *hist. III p.* 772.
Loc. Prope portum *Villafrancae Nicaeensis* aliis quoque locis arenosis, & maxime exiccatis nascitur. *ANNUA.*

1718 ARENARIA tetraquetra. *tab.* 89. *f.* 2.

Arenaria foliis ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis LINN *syst.* 12 *p.* 310.
Gypsophila (aggregata) foliis mucronatis recurvatis, floribus aggregatis LINN *spec. pl.* 2. *p.* 582.
Saponaria calycibus pentaphyllis, floribus aggregatis, foliis mucronatis canaliculatis recurvis. HORT. *ups.* 107.
Caryophyllus saxatilis, ericae foliis, umbellatis corymbis BAUH *pin.* 211. *prodr.* 105. RAI *hist.* 1033. MAGN *monsp.* 53. *tab.* 5.
Loc. In montibus *Tendae* locis siccis. *PERENNIS.*
DESCR. Radix oblonga, perennis. Caulis ramosus ramis erectis multis. Folia conserta, firma, recurva, acuta, nervo instructa, circa radicem internodiis longiora, breviora in ramis. Flores in capitulum congesti quinque, vel sex. Calycis foliola quinque, foliis caulinis similia. Petala calyci subaequalia. Stamina decem, quorum quinque corolla breviora, & petalis longiora. Caulis, folia, & calyces lentis vitreae ope aspera, quorum margines scariosi, argentei.

STELLARIA LINN *gen. n.* 504. *syst. n.* 563.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, profunde bipartita. Stamina decem. Styli tres. Capsula unilocularis, polysperma.

1719 STELLARIA nemorum.

Icon TAUR *Vol. XII tab.* 19.
Stellaria foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramosis LINN *spec. p.* 603. *Fl. Suec.* 2. *n.* 391.
Myosotis foliis petiolatis cordatis tubis teneris HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 886.
Alsine montana hederacea maxima. COL. *ecphr.* 1. *p.* 289.
β Stellaria (dichotoma) foliis cordatis, caule dichotomo, floribus solitariis, pedunculis fructiferis reflexis. LINN *spec. p.* 603.
Loc. Locis umbrosis, & nemoribus ad radices montium, & alpium. *PERENNIS.*

1720 STELLARIA hypericifolia N.

Alsine foliis lanceolatis, petalis bipartitis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 881.
Alsine foliis lanceolatis, caulibus procumbentibus ramosissimis. GER. 40. *n.* 3.
Alsine uliginosa. VILL. *prosp.* 48.
Alsine hyperici folio D. Vaill. TOURN *inst.* 242.
Anagallis aquatica 4. LOB. *p.* 467.
Alsine aquatica folio Gratiolae, stellato flore DILL. *Cat. Giess. p.* 58.
Loc. Ad rivulos aquarum lente fluentium in collibus, & montanis locis non infrequens est: copiosissime circa thermas *Valderii.* *ANNUA.*

1721 STELLARIA holostea.

Stellaria foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis LINN *spec. p.* 603.
Alsine foliis gramineis ciliatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 884.
Alsine floribus decandris trigynis, foliis lanceolatis, petalis bifidis SCOP *Fl. Carn. p.* 497. *n.* 4. *ed.* 2. *n.* 534.
Caryophyllus holosteus arvensis flore majore BAUH *pin.* 210.
Gramen Fuchsii, & Leucanthemum. BAUH *hist. III. p.* 361.
Loc. Vulgatissima non est. Ego reperi circa la *Perosa.* *Ignatius* MOLINERI supra *Giaveno* eundo ad jugum *Col de la sacra*: visa etiam est ab eodem ad oras sylvarum in collibus *Taurinensibus* supra *Reaglie*, & in comitatu *Astensi.* *PERENNIS.*

1722 STELLARIA graminea.

ICON TAUR *Vol. XIX. tab.* 13. *fig.* 2.
Stellaria foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis LINN *spec. p.* 604.
Alsine foliis lanceolatis linearis, petalis ramosis, HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 881.
Alsine floribus decandris, trigynis, paniculatis, foliis linearibus. SCOP *Fl. Carn. p.* 498. *n.* 5. *ed.* 2. *n.* 535.

Caryophyllus arvensis glaber flore minori. BAUH. *pin.* 210.
Alsine pratensis gramineo folio angustiore. TOURN. *inst.* 243.
Graminis Fuchsii, Leucanthemo affinis, & similis planta. BAUH. *hist.* III *p.* 361.
Loc. In pascuis humidis, inundatis frequens. PERENNIS.

CERASTIUM. LINN. *gen. n.* 518. *syst. n.* 581. TOURN. *tab.* 126.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, magis, aut minus incisa. Stamina decem. Styli tres. Capsula unilocularis, apice dehiscens.

1723. CERASTIUM vulgatum.
Cerastium foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. LINN. *spec. p.* 627.
Myosotis foliis ovato-lanceolatis, petalis calycis longitudine. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 893.
Cerastium perenne hirsutum. GER. *p.* 427. *n.* 3.
Myosotis arvensis hirsuta parvo flore albo. TOURN. *inst.* 245.
Auricula muris quorundam flore parvulo vasculo tenui longo. BAUH. *hist.* III *p.* 359.
Loc. Ad vias, secus arva, & ubique copiose. ANNUUM.

1724. CERASTIUM viscosum.
Icon. TAUR. *Vol.* X. *tab.* 24.
Cerastium erectum villoso-viscosum. LINN. *spec. p.* 627.
Cerastium annuum hirsutum. GER. *Fl. Galloprov. p.* 426. *n.* 2.
Myosotis hirsuta, & viscosa. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 895.
Myosotis hirsuta altera viscosa. TOURN. *inst.* 245.
Alsine hirsuta altera viscosa, foliis longis saturate virentibus. MORIS. *ox.* 2. *p.* 551.
Cerastium obtusifolium. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 58.
Loc. Secus arva madefacta abunde. ANNUUM.

1725. CERASTIUM semidecandrum.
Cerastium floribus pentandris, petalis emarginatis. LINN. *spec. p.* 627.
Myosotis caule simplici, foliis ovatis hirsutis, tubis ternis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 894.
Cerastium annuum hirsutum. GER. *Fl. Galloprov. p.* 426. *n.* 1.
Centunculus semidecander. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 549.
Myosotis hirsuta minor. TOURN. *inst.* 384.
Myosotis arvensis hirsuta minor. VAILL. *bot.* 30. *f.* 2.
Loc. In sterilibus pascuis abunde, & ad vias. ANNUUM.

1726. CERASTIUM arvense.
Cerastium foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. LINN. *spec. p.* 628.
Myosotis foliis linearibus, lanceolatis petalis calyce duplo longioribus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 889.
Centunculus arvensis. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 548.
Myosotis arvensis hirsuta flore majore. TOURN. *inst.* 245. VAILL. *bot.* 141. *tab.* 30. *f.* 4. 5.
Loc. Ad vias, & in montanis secus arva frequens admodum est. PERENNE.

1727. CERASTIUM alpinum.
Cerastium foliis ovato-lanceolatis, caule diviso, capsulis oblongis. LINN. *spec. p.* 628.
Myosotis foliis ovato-lanceolatis, sublirsutis, petalis calyce duplo-longioribus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 888.
Cerastium floribus decandris, corollis calyce majoribus, foliis ovato-lanceolatis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 499. *n.* 1.
Centunculus alpinus. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 550.
Alsine Myosotis facie Lychnis alpina flore amplo niveo repens. RAI. *Syn. ed.* 3. *p.* 349. *tab.* 15. *fig.* 2.
Loc. Nascitur frequens in rupibus, & alpium scopulis. PERENNE.

1728. CERASTIUM refractum N.

Myosotis foliis glabris lanceolatis, petiolis infractis HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 891.

Loc. Locis humidis summorum alpium editiorum, & frigidarum. Copiose in monte magno *S. Bernardi* prope coenobium. PERENNE.

Descr. Ex una radice cauliculi plures digitales, virides. Folia de more geniti umbiamplexicaulia, pulposa, linearia, fine obtusiusculo. Folia glabra sunt, pulposula, virentia. Cauliculi teretes, modo glabri, modo subhirsuti: cauliculi unum bifloti sunt pedunculi longi: horum pedunculorum unus refractus, alter geniculatus est, alter minime: qui refractus est, ad locum refractionis duo stipulas, sive foliola habet. Pedunculi evidenter hirsutuli. Calyx nunc glaber, nunc hirsutulus, viridis ex foliolis ovatis, non aristatis, limbo leviter albicante. Flos calyce multo major, petalis ad 1/3 bifidis, segmentis linearibus. Stylos quinque numeravi. Fructus conicus, polygonus, virens, transparens, qui septem valvis ad medium usque discedentibus aperitur. Semina orbiculata, reniformia.

1729. CERASTIUM strictum.

Icon Taur. Vol. XII. tab. 18 *fig.* 1.

Cerastium foliis linearibus acuminatis glabris, pedunculis unifloris subtomentosis, capsulis globosis. LINN. *spec. p.* 629.

Myosotis foliis linearibus glabris HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 892. *tab.* 14 *f.* 1.

Alsine alpina subhirsuta linariae folio SCHEUCHZ. *it. alp.* II. *p.* 130.

Caryophyllus holosteus alpinus gramineus BAUH. *pin. prodr.* 104.

Loc. In rupibus subhumidis alpium *Valdensium*, & montis Cenisii. PERENNE.

Descr. Radix teres, & ramosa, cauliculos plures decumbentes gignit. Ex iis cauliculi florigeri eriguntur. Cauliculi non florigeri, & decumbentes, habent folia pubescentia, longe elliptica, acuminata, mollia, facile marcescentia. In cauliculis, sive ramis florigeris folia sunt linearia, aristata, utrinque glaberrima margine tamen levissime ciliata: quatuor solent esse conjugationes horum foliorum. Nodi tument. Folia unciam unam, & semissem longa, internodiis vix unciae semissem distant. Cauliculi ramosi non sunt, longe nudi, & semel dichotomi. Quilibet ramus unum florem sustinet, intermedius interdum adjungitur. Bracteae duae connatae, lanceolatae ad dichotomiam, atque similes circa medium alterius pedunculi, ita ut si biflora planta sit, unus bracteis destituatur, si triflora, intermedius. Cauliculi teretes, glabri, sed post ultimam conjugationem lanuginosi. Pedunculi leviter tomentosi, magis adhuc calyx, qui albo tomento candicat. Petala lineata, calyce duplo majora, fere ad medium bifida, segmentis subovatis. Antherae luteae. Styli quinque, antheris pusillo humiliores. Calyx post anthesim clauditur. Fructus cylindricus. Figura Cl. HALLERI nostrae plantae adamussim non respondet. Notae a Cl. LINNAEO datae plurimae conveniunt, sed fructus globosi non sunt, ideirco accurate descripsimus, atque nostrum iconem damus. Si nostra minime pertinet ad strictum LINNAEI, aut novum triviale nomen nostrae assignandum.

1730. CERASTIUM aquaticum.

Cerastium foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. LINN. *spec. p.* 629. SCOP. *Fl. Carn. p.* 498 *n.* 7.

Alsine foliis ovato-cordatis, imis petiolatis, tubis quinis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 885.

Stellaria aquatica. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1 *n.* 546.

Alsine major BAUH. *pin.* 250. CAM. *epit.* 851.

Loc. Vulgare est in agro *Pedemontano* ad fossas praesertim aquarum. PERENNIS.

1731. CERASTIUM manticum.

Icon Taur. Vol. XV. tab. 51. *f.* 5.

Cerastium glabrum, caule stricto, foliis lanceolatis, pedunculis longissimis, capsulis globosis. LINN. *syst.* II. *p.* 300.

Alsine caule ramoso nodoso, foliis lanceolatis linearibus, petiolis longissimis HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 883.

Alsine caryophylloides glabra, florum pediculis longissimis SEGU. *Veron.* 3. *p.* 178. *tab.* 4. *f.* 4.

Loc. In agris subhumidis, atque etiam in pratis collinis, & submontanis non infrequens est. *ANNUUM.*

1732. CERASTIUM latifolium.

Icon Taur. Vol. XV. tab. 91. *f.* 2.

Cerastium foliis ovatis subtomentosis, ramis subunifloris, capsulis globosis. LINN. *spec. p.* 629.

Myosotis foliis tomentosis ovatis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 887.

Myosotis alpina latifolia. TOURN. *inst.* 245.

Caryophyllus holosteus alpinus latifolius. BAUH. *prodr.* 104.

Loc. In alpibus rara non est, atque nasci solet inter diffractos lapides. *PERENNE.*

1733. CERASTIUM repens.

Icon Taur. Vol. III tab. 49.

Cerastium foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, capsulis subrotundis LINN. *spec. p.* 628.

Stellaria repens SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 348.

Myosotis arvensis polygoni folio. VAILL. *Paris* 141. *tab.* 30. *f.* 3.

Lychnis incana repens. BAUH. *pin.* 206.

Loc. Habeo inter indigenas a *D.* VALLE collectas. In valle *Ulcensi* legit *D.* CACCIA. Dicitur nasci in valle *Valdensium* di *S. Martino. PERENNE.*

SPERGULA. LINN. *gen. n.* 519. *syst. n.* 586.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia, integra. Stamina decem Styli quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis.

1734. SPERGULA arvensis.

Icon Taur. Vol. X. tab. 88.

Spergula foliis verticillatis, floribus decandris. LINN. *spec. p.* 630.

Spergula fructu pendulo. Ejusdem Fl. Lapp. p. 190.

Spergula foliis verticillatis, seminibus rotundis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 873.

Alsine floribus decandris pentagynis, foliis verticillatis SCOP. *Fl. Carn. p.* 499. *n.* 8.

Spergula foliis verticillatis, seminibus nudis GER. *Fl. Galloprov. p.* 417. *n.* 1.

Stellaria arvensis SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 540.

Alsine spergula dicta major BAUH. *pin.* 251. TOURN. *inst.* 243.

Spergula DOD. *pempt.* 527.

Loc. In arvis omnino vulgatissima. *ANNUA.*

1735. SPERGULA sagïnoides. *tab.* 64. *fig.* 1.

Icon Taur. Vol. XIX. tab. 4. *fig.* 2.

Spergula foliis oppositis linearibus laevibus, pedunculis solitariis longissimis, caule repente. LINN. *spec. p.* 631.

Alsine foliis linearibus connatis, pediculis longissimis unifloris HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 862.

Alsine tenuifolia, pediculis florum longissimis VAILL. *Paris* 8.

Alsine alpina repens, capillaceo folio, floribus solitariis albis pentapetalis, pediculo longo fultis, petalis subrotundis, & integris MICH. *hort. fl. p.* 5.

Loc. In herbidis umbrosis pascuis alpium saepe occurrit: copiosissima supra thermas *Valderii PERENNIS.*

Descr. Caules procumbentes, rotundi, nodosi. Ad singulos nodos folia bina ex lineari subulata, ad nodos connata, splendide viridia, incurva, & singulas conjugationes foliorum ex una parte foliorum fasciculum protrudunt. Extremitates ramorum solent fasciculum foliorum, novam velut caulem, producere, & pedunculum uniflorum novam ramum longitudine superantem, fere lanceolatum. Calyx ex foliolis quinque viridibus, ovatis, margine membranaceo albicante, neque acutis, neque obtusis. Petala ovata, calyce majora, integra, nihil emarginata, obtusa, alba. Filamenta decem albida, subulata, corolla dimidio breviora. Antherae didymis ex dilute purpureo albicantibus. Styli quinque. Stygmata simplicia, aliquando tamen styli sex observati sunt.

CHERLERIA Linn. *gen. n.* 306. *syst. n.* 565.

Calyx pentaphyllus. Squamae quinque petaloideae, emarginatae. Stamina decem, alterna calyce inserta; Styli tres. Capsula unilocularis, trisperma.

1736 CHERLERIA sedoides.
Icon Taur. Vol. XIV. tab. 73. *fig.* 1.
Cherleria sedoides Linn. *spec. p.* 608. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 859. Segu. *veron. suppl. p.* 180. *tab.* 4. *f.* 3.
Sedum montanum perpusillum luteum. Moris. *hist.* 3. *p.* 471. *sect.* 12. *tab.* 6. *fig.* 14.
Sedum montanum perpusillum. Park. *theatr.* 738.
Lychnis alpina, muscosis foliis densius stipatis, floribus parvis, calyce duriore. Pluk. *alm.* 233. *tab.* 42. *f.* 8.
Loc. Ubique in pascuis saxosis summarum alpium. *Perennis.*

SEDUM Linn. *gen. n.* 513. *syst. n.* 575. Tourn. *tab.* 140.

Calyx pentaphyllus, aut profunde quinquefidus. Petala quinque aequalia. Stamina decem. Germina quinque cum totidem stylis, & squamis quinque nectariferis, quae germinibus subjiciuntur. Fructus ex capsulis quinque polyspermis.

PLANIFOLIA

1737 SEDUM Telephium.
Icon Taur. Vol. XXI. tab. 10.
Sedum foliis planis ovatis serratis, cymis lateralibus corymbosis. Scop. *Fl. Carn. p.* 492. *n.* 2. *ed.* 2. *n.* 533.
Sedum foliis planiusculis serratis corymbo folioso, caule erecto. Linn. *spec. p.* 616.
Sedum androgynum foliis confertis serratis, floribus dense umbellatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 954.
Anacampseros vulgo Faba crassa. Bauh. *hist. III. p.* 681.
Telephium vulgare. Bauh. *pin.* 287.
Faba inversa, sive Crassula, an Telephium. Lob. *p.* 167.
Loc. Vulgaris ad muros, & in apricis, vel ad caesia in montanis, nec non etiam in collibus *Taurinensibus.* Lorelius scripsit eam crescere in vineis cultis sylvestri, marginibus saxosis *Sabaudiae.* *Perenne.*

1738 SEDUM Anacampseros.
Sedum caule procumbente, foliis ovatis integerrimis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 956. *Emend.* 4. *n.* 186.
Sedum foliis cuneiformibus integerrimis, caulibus decumbentibus, floribus corymbosis. Linn. *spec. p.* 616.
Telephium VI. Cepaea Plinii. Clus. *hist.* 2. *p.* 63.
Loc. Abunde prope *Segusium*, & circa *Viendu* thermas. In rupestribus *Cormajour*, & in monte *Vesulo* circa *Crissol* Cl. Dana. In alpibus *Cottiis* locis saxosis, & umbrosis saepius occurrit. *Perenne.*

1739 SEDUM stellatum.
Sedum foliis planiusculis angulatis, floribus lateralibus sessilibus solitariis. Linn. *spec. p.* 617.
Sedum foliis subrotundis, caule ramoso, floribus sessilibus. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 957.
Sedum echinatum, vel stellatum flore albo. Bauh. *hist. III. p.* 682.
Sempervivum tertium. Col. *phytob.* 32. *tab.* 11.
Loc. Secus vias ad aggeres lapidum locis umbrosis, nec subhumidis in valle *Fenestrellarum*, & circa Oppidum *Barge.* *Annuum.*

1740 SEDUM alsinefolium N. *tab.* 22. *fig.* 2.
Sedum erectum ramosum foliis planis, floribus aliis longe pedunculatis. Spec. Pedem. *p.* 13. *tab.* 3. *f.* 2.

Loc Nascitur inter *l' Peré*, & *Prales* secus viam in umbrosis lapidosis. Occurrit etiam circa *S. Damian*, in valle *Maira*, nec non inter *Tendam*, & *Roblans*. Cl. BELLARDI in montibus di *Roaschia*. BIENNE.

1741. SEDUM cepaea
Icon Taur. Vol. XXII tab 110 *fig* 1
Sedum foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis LINN *spec. p.* 617
Sedum caulibus paniculatis, foliis ovatis planiusculis HALL. *hist. tom* 1 *n.* 958.
Sedum foliis planis, caule, & pedunculo ramosis, floribus lateralibus ROY. *Lugd. p.* 456 *n.* 3.
Sedum paniculatum LAM *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 83.
Cepaea CAM. *epit. p* 673
Loc In ericetis umbrosis in valle *Tanari* frequens; atque etiam ad vias passim occurrit in collibus *Astensibus*, & *Liguriae*. BIENNE.

1742. SEDUM galioides POURR *in act. tab.* 65 *fig* 3
Loc Supra *Garessium* loco dicto *il garbo della luna*. BIENNE
Descr SEDUM hoc pro tempore varietate SEDI cepaeae olim habui, verum quum pro distincta planta SEDI *galioidis* nomine miserit Cl. POURRET, accuratius hanc vivam scrutatus pro distincta planta recenseo. Haec notae sunt, quibus a *cepaea* distinguitur marcius, discrimina. Non, uti SEDUM *cepaea*, procumbit, sed se se erigit. Folia inferiora terna, & quaterna sunt, deinde opposita, postremum alterna. Racemi florum etiam axillares, sed propiores. Petala purpurascunt, & [illegible] sunt teretifolia.

1743 SEDUM dasyphyllum
Icon Taur. Vol X. tab. 51 *fig* 5
Sedum foliis oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infirmo, floribus sparsis. LINN *spec. p* 618
Sedum foliis conicis obtusis glanduloso-villosulis, caule ramoso viscido HALL *hist. tom.* 1, *n* 961
JACQ *hort. vindob. tab* 153.
Sedum glaucum LAM *Fl. Franc. tom* 3 *p.* 84.
Sedum minus VII CLUS *hist. p.* 60.
Sedum parvum foliis circinatis, flore albo BAUH *hist III p.* 691.
Sedum minus foliis circinato BAUH *pin.* 283.
Loc. In agro *Pedemontano* ad umbrosas rupes, & murorum fissuras. Ad muros etiam Septentrioni expositos circa ipsam urbem frequentissimum. PERENNE

1744 SEDUM reflexum
Icon Taur. Vol. III tab. 54. 55 *fig* 1.
Sedum foliis subulatis sparsis, basi solutis, inferioribus recurvatis LINN *spec p* 618
Sedum foliis semicylindricis teretibus aristatis, caule supremo multifido umbellato. HALL. *hist. tom* 1 *n* 967
Sedum minus luteum ramulis reflexis BAUH *pin* 283
Sedum minus luteum flore ex circumflexum BAUH *hist III p.* 693
Loc Ad muros montanos, & in saxosis montium, & collium admodum frequens. PERENNE
Vir Sedi species omnes, *acri* excepto, aquosae, ac attemperantes subadstringentes sunt, atque acidum principium evidenter continent. Earumdem usus est in morbis biliosis, & urinae ardore. Frequentius in officinis recipiuntur SEDUM *anacampseros*, *reflexum*, *album*, atque *sempervivum tectorum*, hoc caeteris usitatius est, ejusdemque usus suo loco vindicabitur.

1745 SEDUM rupestre
Icon Taur. Vol X. tab. 51 *f* 1. *tab* 53 *f* 4.
Sedum foliis subulatis quinquefariis confertis basi solutis, floribus cymosis. LINN *syst* 12. *p* 317

Sedum rupestre repens, foliis compressis. DILL. *elth.* 343 *tab.* 256 *f.* 333.

Loc. Circa *Vinay*, *Vinadii* thermas, & in valle *Augustae Praetoriae* locis saxosis, & apricis. PERENNE

1746 SEDUM aestivum N

Sedum foliis ovato teretiusculis obtusis alternis, caule bifido, floribus luteis sessilibus.

Sedum minus teretifolium luteum. BAUH. *pin.* 283.

Sedum minus aestivum luteum. BAUH. *hist. III.* 693.

Sempervivum minus aestivum. LOB. *ic.* 378

Loc. In collibus saxosis. ANNUUM

DESCR. Radix alba, tenuis, quae in caulem producitur procumbentem, ex quo prodeunt cauliculi, sive ramuli erecti, albo-purpurascentes, teretes, glabri, digitales, etiam ramosi, summo uno, aut altero. Rami autem, sive umbicula, saepius simplices, stamina in duos longe ramusculos abire solent. Folia in surculis primum prodeuntibus conferta, oblongas rosulas faciunt. Folia oblonga, succulenta, teretia, intus planiuscula, obtusa sive spinula. Flores lutei, subsessiles, singulares. Calycis foliola succulenta, foliis similia. Flos luteus, calyce paullo major. Siliquae quinque. Petala quinque acuminata, calyce longiora. In corniculorum divisione flos unus solet sedere. Planta tota acida est.

1747 SEDUM sexangulare.

Sedum foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis, sexfariam imbricatis. LINN. *spec. p.* 620

Sedum foliis teretibus ternatis, caulibus simplicibus trifidis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 965.

Sedum foliis ovato-teretiusculis adnato-sessilibus imbricatis, floribus lateralibus, terminalibusque. GER. *p.* 428. *n.* 7.

Sempervivum minus vermiculatum insipidum. BAUH. *pin.* 284

Sempervivum minimum. CAM. *epit.* 856

Loc. In montanis, & siccioribus pratis frequentissime, atque etiam in pascuis sterilibus saxosis agri *Pedemontani.* PERENNE.

1748 SEDUM acre

ICON. TAUR. Vol. XII tab. 94. *f.* 1.

Sedum foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. LINN. *spec. p.* 619

Sedum foliis ovatis confertis, caulibus ramosis, ramis trifidis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 966.

Sedum foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis. GOU. *Flor. p.* 244.

Sempervivum minimum vermiculatum acre. BAUH. *pin.* 283.

Sedum parvum acre, flore luteo. BAUH. *hist. III. p.* 694.

OBS. Sedum vermiculare, aut acre.

Loc. Locis aridis montanis non infrequens, potissimum in siccis pascuis collium calidiorum, ut *Liguriae*, & Comitatus *Nicaeensis.* PERENNE

VIR. Acris, & caustica planta est, quae intro data vomitum excitat, atque etiam alvum ciet: assumpta sero lactis infusa inter aeterum nonnullarum stirpium in scorbuto virtutem utilitatem attulit. Ejus rectum in scorbuto usum definiri est, quae dicta sunt, ubi actum est de cuspi, & cochlearia. Extus adhibitum prodest in sordis ulceribus mundandis, & gangraena affectis partibus separandis, ejusdem narrantur utilitates in ulceribus cancerosis abstergendis. Sedi acris folia ad internum usum adhibentur a drachma semisse ad drachmas duas ex aqua, aut sero lactis decocta.

1749 SEDUM saxatile *tab.* 65 *fig.* 6

ICON. TAUR. Vol. X. tab. 51 *fig.* 4.

Sedum caule ramoso prostrato, foliis teretibus ramosis, floribus longe sessilibus. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 964.

Sedum saxatile teretifolium flosculis luteis, conceptaculis seminum stellatis, & viridantibus. SCHEUCHZ. *it.* 6 *p.* 518.

Sedum (alpestre) foliis teretibus, floribus subumbellatis luteis. VILL. *prosp. p.* 49.

Loc. Non infrequens in saxosis summarum alpium pascuis. Abunde in monte *Cenisio*, & supra *Fenestrelles* ad humiliora juga etiam descendit. *Annuum.*

1750. SEDUM atratum tab. 65. fig. 4.
Icon Taur. Vol. X. tab. 51. fig. 3.
Sedum caule folioso erecto umbellato humillimo, foliis teretibus. Hall. I. n. 963.
Sedum erectum floribus corymbosis fastigiatis. Linn. spec. pl. append. 1673.
Jacq. Fl. Austr. tab. 8.
Sedum saxatile atro-rubentibus floribus. Bauh. prodr. p. 132. Scheuchz. it. alp. tom. 1. p. 48. tab. 6. f. 3. 4.
Loc. Similibus cum priori locis reperitur. *Annuum.*

1751. SEDUM album tab. 65. fig. 2.
Icon Taur. Vol. X. tab. 53. fig. 5. & Vol. XII. tab. 94. f. 5.
Sedum foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. Linn. spec. p. 619.
Sedum caule glabro, foliis teretibus, umbellis ramosis, floribus petiolatis. Hall. hist. tom. 1. n. 959.
Sedum foliis teretibus obtusis, racemis dichotomis corymbosis, calycibus obtusis. Scop. Fl. Carn. 491. n. 1. ed. 2. n. 556.
Sedum teretifolium. Lam. Fl. Franç., tom. 3. p. 84.
Sedum minus folio longiusculo tereti, flore albo. Bauh. hist. III. p. 690.
Sedum minus teretifolium album. Bauh. pin. 283.
Sempervivo minora. Matth.
Loc. In muris humilioribus frequens, etiam intra urbem. *Perenne.*

1752. SEDUM Nicaeense † tab. 90. f. 1.
Sedum foliis subulatis sparsis, basi solutis, alternis, cyma bifida, floribus longe pedunculatis.
Loc. Rarissima planta nascitur in scopulosis prope *Savorgio* a Cl. Bellardi lecta, & observata. *Annuum.*
Descr. Caulis vix spithama longior, suberectus, subtubens, simplex. Folia subulata, sparsa, basi soluta, alterna. Flores subalbidi in summitate caulis, magni pro ratione plantae. Cyma bifida, petala calyce duplo longioribus. Stamina basi dilatata. Antherae erectae, in medio sulcatae. Singuli flores uno versu dispositi veluti spicati, longe pedunculati; sed pedunculus in summis floribus brevis.

1753. SEDUM annuum.
Icon Taur. Vol. XII. tab. 94. fig. 1.
Sedum caule erecto solitario annuo, foliis ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva. Linn. spec. p. 620.
Sedum foliis breviter ovalibus, caule laxo ramoso, floribus magnis albis. Bauh. pin. 396.
Sedum minimum, non acre flore albo. Raj. Syn. ed. 3. p. 270. tab. 11. f. 2.
Loc. Nascitur secus vias alpium, & montium, praesertim ad lapides. *Annuum.*

1754. SEDUM hirsutum N. Tab. 65. fig. 5.
Icon Taur. Vol. XII. tab. 94. f. 5. 6.
Sedum teretifolium hirsutum caule ramoso erecto, petalis aristatis, staminibus superantibus, pedunculis unifloris.
Sedum Oeder. ic. XXIV.
Loc. Abunde ad rupes circa *Zumis*, & prope *Mont. Blanche.*
Descr. Ex radice fibrosa rosulae foliorum, atque ex iis cauliculi; folia fere teretia, extus plausiuscula subhirsuta, apice rubentia. Caules pollicaris altitudinis, rubentes, teretes, non transparentes. Folia caulina alterna, erecta, sessilia, minus hirsuta, majora magis compressa. Sapor subacidus. Cauliculi primum dichotomi, deinde alterne ramosi in pedunculos simplices unifloros abeunt. Calyx ex quinque foliolis succulentis, ellipticis, acuminatis cum spinula subrubente. Flos patens, magnus, calyce major, ex petalis ovatis, aristatis, albis, linea purpurascente magna

rubent divisis, & tubh irsutis. Antherae decem obscurae, didymae, filamentis albis insidentes. Germina quinque, plerumque situs rectis purpurea rubentia, dein alba cum totidem stylis, quorum stigmata lutea sunt. Stamina stylis breviora. Petala vero stylos ipsos altitudine superant. Ad ramorum divisiones foliolum positum est. Pedunculi nudi sunt.

1755 SEDUM villosum.
Sedum caule erecto, foliis planiusculis, pedunculisque subpilosis LINN. *spec. p.* 620.
Sedum hirsutum, & viscidum foliis linearibus obtusis planiusculis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 961.
Sedum palustre subhirsutum purpureum. BAUH. *pin.* 285.
Sedum purpureum pratense BAUH. *hist. III. p.* 692.
Sedum minus 3. *s. palustre* CLUS. *hist. p.* 59.
Loc. In *Sabaudiae* uliginosis reperitur. In spongiosis vallis *Locana* Petrus MOLINERI. Franciscus PETROLERI prope *Ussey*, & *Ceresole* in montibus dictis *Galena*. ANNUUM.

CRASSULA LINN. *gen. n.* 352. *syst. n.* 388.

Staminibus quinque a Sedo differt.

1756 CRASSULA rubens.
Crassula foliis fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, floribus sessilibus, staminibus reflexis. LINN. *syst.* 12. *p.* 226.
Sedum caule hirsuto, ramis simplicibus, floribus in alis sessilibus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 960.
Sedum arvense flore rubente. BAUH. *prodr. p.* 132.
Sedum foliis subcylindricis obtusis alternis, caule erecto, cyma horizontali. GER. *p.* 428.
Sedum rubens LINN. *spec. pl. p.* 619.
Sedum annuum minimum stellatum rubrum. MAGN. *monsp.* 233. 2. *icon.*
Loc. Ubique in pascuis sabulosis. ANNUA.
Descr. Radix iners, tortuosa, simplex, demum fibrillas demittens. Caulis succus, teres, digitalis, saepius ramosus, ramis erectis, plerumque simplicibus. Folia oblonga, teretiuscula, linearia, fine spinulam non educente; supra planiuscula, sessilia, succulenta, acida, glabra, cinerea, apice rubente. Folia ad lentem viccam subtilissime hirsuta, sed caulis evidentius. Rami toti floriferi, floribus sessilibus. Flores non vera in axillis foliorum, sed paullo superius ad latera eorundem positi. Calyx ex quinque brevibus foliolis, ovatis, acutis. Petala quinque lanceolata, aristata, alba, carina linea rubente divisa. Stamina quinque cum antheris globosis, rubris. Germina quinque, at ad eorum basim squamae quinque. Fructus stellatus, rubens ex siliculis quinque stylo permanente aristatis.

RHODIOLA LINN. *gen. n.* 997. *syst. n.* 1124.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx tetraphyllus, petala quatuor, stamina octo, germen imperfectum cum subjectis squamulis. Foemineae calyx triedri, sed quatuor petala obscura, germen ex siliquis constans quatuor cum totidem squamulis subjectis, quae in siliquas univalves, polyspermas mutantur.

1757 RHODIOLA rosea LINN. *spec. p.* 1465.
Sedum sexu distinctum foliis serratis, floribus densissime umbellatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 953.
Sedum roseum SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 560.
Anacampseros radice rosam spirante major. TOURN. *inst.* 264.
Rhodiola odorata. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 647.
Rhodia radix. BAUH. *pin.* 286. BAUH. *hist. III. p.* 683. CLUS. *hist.* 2. *p.* 63. CAM. *epit.* 769. DOD. *pempt.* 347. LOB. *p.* 177. & MATTH.

Off. Rhodia radix.

Loc. Locis aenosis subhumidis alpium non infrequens est, sicuti meminerunt LOBELIUS, & *Johannes* BAUHINUS. *PERENNIS.*

Vir. Cum Sedi genere viribus convenit. Gratum rosae odorem spirat radix, quae ettemperata, atque acida est; dolorem capitis e sanguinis aestu productum exim applicata dicitur compescere. Apud nos neglecta radix est, quam alibi in scorbuto adhibetur.

C. FRUCTU PULPOSO

1. HYPOCARPIÆ.

CORIARIA. LINN. gen. n. 1002. syst. n. 1129.

Flores sexu, & tota planta distincti: Masculo calyx pentaphyllus, corolla pentapetala, stamina decem. Foeminae calyx pentaphyllus, corolla nulla, styli quinque. Semina quinque, petalis succulento-baccatis tecta.

1758 **CORIARIA** myrtifolia.

Coriaria foliis ovato-oblongis LINN. *spec. p.* 1467.
Rhus myrtifolia monspeliaca. BAUH. *pin. p.* 414.
Rhus Plinii myrtifolio monspelicensium. LOB. *ic. e. p.* 98.

Loc. Ad sepes in Comitatu *Nicaeensi* vulgaris planta est. *PERENNIS.*

Vir. Valde adstringit. Non solum ad internum usum recipi, sed tinctorio, atque coriario operi inservit.

VITIS. LINN. gen. n. 250. syst. n. 281. TOURN. tab. 384.

Flores racemosi. Calyx quinquedentatus. Stamina quinque. Petala apice non nihil coalita. Bacca succulenta, subrotunda, unilocularis, semina quatuor, vel quinque continens.

1759 **VITIS** vinifera.

Icon. TAUR. *Vol. VIII tab.* 84 *& Vol. XXI tab.* 109.
Vitis foliis lobatis sinuatis nudis. LINN. *spec. p.* 293.
Vitis foliis semitrilobatis hirsutis dentatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 825.
Vitis vinifera &c. BAUH. *pin.* 299.
Vitis silvestris labrusca. BAUH. *pin.* 299.

Loc. Vitis non modo colitur, sed *Labrusca*, sive silvestris ad sepes, & dumeta sponte nascitur. *FRUTEX.*

Vir. VITIS *labrusca* mater est plurium VITIS differentiarum, quae data opera excoluntur. Ea omnia praebet *Labrusca*, quae VITIS culta; quamvis vinum ex ipsius acinis paratum, ignobilius maxime est. Quum tanta sit vini, & ex vino proficiscentium substantiarum utilitas, ex proposito ea omnia expendere placet, quae ad hanc rem pertinent. Quamvis vinosa potio non ex solis uvae acinis, sed etiam ex fructibus, ac farinis, quae fermentationem ineunt, parari queant, nostra disquisitio tantummodo versabitur circa illam vini speciem, quae ex fructibus VITIS *viniferae* habetur. Quum enim uberrima sit nostra in regione VITIS cultura, nostrates non solent ex aliis fructibus, aut seminibus farinosis hoc potulentum parare.

Folia VITIS, succum acidum, leviter attemperatorem, atque diureticum continent, ac ejusdem naturae humorem stillant vulnerati palmites. Hic eporis laudatus est ad diuresim blande pellendam, caloremque in ophthalmia temperandum, si eo oculus abluatur. Hae etiam foliae commendata sunt in alvi fluxu, dato succo expresso, vel eorumdem siccatorum pulvere duo drachmae unius, aut ulterius. Verum in hujusmodi morbo alia solent efficaciora medicamenta in usum venire. Folia insuper VITIS cuti applicata ipsius calorem mitigant, neque inutilia sunt in ea phlogosi, ac in eo cutis ardore, qui cruribus hydropicorum tumentibus,

& serum demum tollantibus experveniret. Quamvis adstringens vis mitis admodum sit, non omni carebit periculo hujusmodi applicatio, si Medici votum velit uberem per hanc viam seri evacuationem, aut propter vim motus in hisce partibus deficientem metus gangrenae sit, morbique conditio tonicam resolventia requirat. Sarmenta, atque radices VITIS viniferae combusta non exiguum dant salis alkalini fixi quantitatem, qui alkalinorum lixivialium salium alias locis enumeratorum proprietates habet. Ex hisce jam patet acidum, atque salem alkalinum fixum copiose in VITE vinifera contineri, sed praeterea particulas etiam oleosas, & phlogisticas haberi, sicuti acinorum natura, eisdemque nata ex iisdem producta demonstrant. Varia autem est horum principiorum in acinis uvae, vinoque genito proportio pro diversa soli natura, caeli conditione, fructuum maturitate, VITIS ipsius multiplici differentia, cultura, atque parandi vinum artificio. Neque mirum est nostra in regione plures adeo, dissimilesque vini species existere, quum tanta sit montium, collium, & agri dissimilitudo non solum ratione aspectus, & elevationis, sed maxime ratione diversitatis soli, in quo excolitur VITIS. Etenim Montes majores, qui ad radices alpium sunt, nisi radiis solis multum percutiantur, acerbum vinum dare solent, qui lente ad convenientem perveniat maturitatem, colles autem ad maturitatem uvam perducunt. Caeterum tum in montibus, cum in collibus multiplex emergit vini differentia spectatum pro varia natura soli, diversoque loci aspectu. In genere argillaceum solum dat vinum crassius, coloratius, neque stomacho commodum, sed fluculentum; solum argillaceo-calcareum praebet vinum, quod atque crassum est, sed potentius, magisque calefaciens; argillaceo-arenarium, dulce, & tenuius vinum gignit, sed quod facilius ad aciditatem vertit; terram, atque praesertim lapidem calcareum habentes colles dant vinum non quidem admodum crassum, sed neque tenue, multum autem sulphureum; colles demum, aut etiam montes lapidibus ex lapide non calcareo, sed silicea, atque arenaceo vinum suppeditant minime crassum, sed maxime spirituosum. Vina generosum, quae habentur ex VITE culta in planitie, ac solo pingui, debilia, atque acida sunt. Vinum rubrum solet magis nutrire, plus calefacere, album vero facilius acescit, ac loti excretionem promovet. Haec itaque in variis locis adeo dissimilis substantiarum, ex quibus montes, & colles coalescunt, diversitas, ac diversitate proportio (praeter VITIS ipsius differentes varietates), facit, ut adeo multae vini differentiae nostra in regione existant, quas minutius pertractare minime necessarium esse putamus. Vinum itaque componitur, praeter aquam, ex particulis oleosis pinguibus, ex phlogisto, acido, & sale alkalino fixo, quod acido cum natura fixae fortiter adhaeret. Acidum uberius inest botryone, sive racemis. Hae diversae particulae, acinis, & racemis contentae, per fermentationem, ut notum est, eam mutationem, & compositionem subeunt, ex qua vinum emergit. Vinum autem sibi relictum, per fermentationem vel spontaneam, vel arte productam, demum in acetum mutatur. Prima igitur fermentatio vulgo dicitur *vinosa*, altera autem *acetosa*. In prima pingues, oleosae particulae attenuantur, aetherogeneae separantur, acidum paullo liberius redditur, atque hae particulae intime connectuntur cum phlogisti explicita substantia. Per alteram autem fermentationem, nimirum *acetosam*, fit jactura nonnullarum particularum phlogisti, oleosas etiam simul das paulum superest acidum principium parum fixum, parum attenuatum, retinens tamen adhuc aliquas oleosas, & phlogisti particulas. Vinum sponte in doliis, quibus continetur, deponit fixas substantias ad alkalinum salem, & acidum vini pertinentes cum crassioribus terreo-pinguibus. Sedimentum hoc vini ab aetherogeneis aliis substantiis liberatum ad consistit, quod vulgo *Cremor tartari* nuncupatur. Pars spirituosa per destillationem a vino separata constituit *spiritum vini*. *Acetu*, *spiritus vini*, & *cremoris tartari* multiplices usus proponemus, sed primum agendum est de acinorum, atque vini utilitate.

Acini itaque, si probe maturi fuerint, grati, & suavi dulcedine donantur: quo vero magis a maturitate distant, eo acerbiores ipsi sunt, ac forte acidum continent. Succus ex immaturis acinis expressus *Omphacii* nomen habet, quod utile est ad bilis alkalescentiam corrigendam, alvumque firmandam. Dari potest hujusmodi succus aqua dilutus, sed plerumque syrupus ex eo paratur cum saccharo,

qui gratam aquae aciditatem impertitur, ac eadem inde potum praebet in febribus ardentibus, biliosis, atque potissimum, in quibus alvus est continenda. *Omphacium* mitis succus limonum gratus, & commodum unum est ciborum condimentum. Acinorum bene maturorum esus ingrate nutrit, atque muriatico-alkalescentem humorum indolem corrigit, & corpora ad pinguedinem disponit. Jure merito eorundem usus commendatur scorbuticis, ac iis praesertim, in quibus acria antiscorbutica minus opportuna esse jam alibi adnotavimus. Porro etsi uvae usus, sive pro alimento, sive pro medicamento assumantur, tamen vel nimia copia, quae stomacho laborem inferat, vel stomachi imbecillitate, vel hominis dispositione flatulenta, dolores ventriculi, & intestinorum gignere potest propter motum fermentationis, quam in ventriculo iniit, aptum ad plurimum aerem extricandum, & colicam flatulentam producendam. Uvae hinc maturae, & dulciores, solis, vel furni ope diligenter exsiccatae non modo nutriunt, verum etiam emolliunt, demulcentemque naturam acquirunt, propter quam decoctionum pectoralium ad tussim leniendam, ac urinae incommoda mitiganda non infrequentes ingrediuntur.

Vinum egregium est potulentum coalescens ex optima compositione particularum diversi generis (quemadmodum dictum est), quod insignes praebet utilitates ad usum pharmaceuticum, diaeteticum, & medicinalem. Commodum est menstruum non modo ad principia activa praesertim plurimarum stirpium extrahenda, sed etiam ad varia medicamenta paranda ex iis substantiis mineralibus, quas penetrat, solvit, variaque ratione cum iisdem coalescens permutat. Pro varia autem encheiresi, ad quam adhibetur, diversa vini species opportuna est, prout nimirum tartari, oleosis, aut phlogisticis particulis magis, minusve abundat. Vinum, nervorum, ac irritabilis fibrae actionem erigit, fibrarum tonum validiorem facit, stomachi actionem auget, nec non ad bonam alimentorum concoctionem, ingluviem corporum nutritionem promovet praesertim oleosa, & pingui substantia, corruptionem avertit, sanguini, & humoribus majorem utriusque firmitatem, gignendisque spiritibus animalibus aptam materiam suppeditat. Haec autem potissimum pertinent ad vinum, quod aequabili proportione sua principia continet. Quod autem acerbum est, concoctioni alimentorum non favet, colicasque dolores facile infert, nimis dulce, maximeque crassum, appetitum dejicit, & flatulentias gignit, nimis spirituosum, aestum in capite producit, multumque calefacit, ac nervos ipsi caput afficit; vinum denique, quod suppressa libera fermentatione paratum sit, propter accumulatum aerem elasticum, atque nimias colluvii principii phlogistici particulas caput laedit, atque diras flatulentias generat. Vini bene convenientis usus insignes omnino praebet utilitates ad vitam hominum conservandam rectum autem ipsius usum, ejusdemque eligendi qualitatem aegri constitutio debet definire. Abusus porro maxime perniciosus est, atque gravissima mala post se trahit; fibras induendo irritabilitatem penitus delet, nimiam phlogisti quantitatem humoribus impingit, serum, & sanguinem eregendo vasis impermeabile fluidum reddit, secretiones ex de causa perturbat, & imminuit; in capite plethoram parit, primam pervertit, atque perturbat opportunam spirituum animalium separationem, qui apti sint ad oeconomiam animalis officia universaliter regenda. Porro etiam, densatis humoribus, fibrarum induratione, ac minimorum vasorum obstructione labefactat eorundem secretionem. Ex hisce intelligitur, cur vini abusus appetitum dejiciat, rheumatismum, morbosque inflammatorios faciles reddat, podagrae, & calculi gignendis aptam praebeat materiam, impotentes denique homines faciat, & ad hydropem disponat, sensuum denique hebetudo, somnolentia, tremor, apoplexia, paralysis, vini potatoribus superveniant. Vinum autem praecise medicamentum non ad vires instaurandas, & magnum antisepticum habendum est in febribus putridis, aut petechialibus non inflammatoriis. Plures medicamentosi vini species in officinis existunt, quarum efficacia partim ex vino proficiscitur, partim ex iis substantiis, quarum activa principia vinum extraxit. Hujusmodi vina medicata passim solent ad stomachum roborandum, ructum ciendam, urinam ciendam, scorbuticam labem corrigendam, atque ad mures pulludos, nec non tabulos renales expediendos. Pro varia autem indicatione diversae vini species eliguntur, & conveniunt. Medici ad vina diaetetica testi-

tuenda, & ad oculorum collyria album vinum anteponere. Epithemata, quae vinum recipiunt, scrobiculo cordis applicata vomitum interdum sustulerunt, atque nonnulli solum addiderunt. In fotu vinum recipitur ad dissipandos tumores oedematosos, non phlogisticos, caute tamen hujusmodi fotus administrandi sunt, ne materia tumorem faciens ad nobiliores partes repellatur. Conveniunt hujusmodi externus usus in partium debilitate, sed hunc usum adhuc efficaciorem praestant botryones ipsi fermentantes. Propter hunc finem in artuum debilitate, ac inferiorum partium seroso tumore, imo in ipsa paralysi incipiente, aut leviore immersio factum in acervo fermentantium botryonum maxime juvat, si revera morbus ex laxitate, & debilitate partium pendeat, atque medicamenta corroborantia requirat, aut permittat.

Acetum ex bono vino, & per convenientem fermentationem elicitum opera acidi vinosi cum sale alkalino attemto, & acuoso redditi cum phlogisto portione coaliti, vires habet aptas ad usus multiplices. Magnum antisepticum est, resque variae, quas penetraverit, a corruptione praeservat: gummi-resinas solvit, cum terris calcariis, atque alkalinis nonnullis substantiis concrescens sales neutros gignit, spiritui vini junctum aetheris speciem constituit, cuprum, & plumbum penetrat, solvit, atque in tertiam salinam metallicam permutat sanguinem, & serum solvit, calorem attemperat, alkalescentiam humorum corrigit, lotiumque secretionem promovet. Recte commendatur aceti usus in mania, melancholia, hydrophobia, febribus ardentibus, putridis, petechialibus, pestilentibus, nimia corpulentia, cachexia calida, ac generatim iis in morbis, qui solventia attemperantia, nec non acida antiseptica requirunt; pro varia autem aegrorum, & morbi conditione variae substantiae aceto etiam adjunguntur. Opiatorum, & narcoticarum substantiarum magnum antidotum est ejus applicatum, atque intus datum. Cum humores solvat, atque salem muriaticum actuosiorem reddat, salinaque recrementa per tubulos renales urgeat, aceti familiaris usus nocebit iis, qui sale muriatico redundant, fibras multum irritabiles sunt, & muco parum obducta vasa habent. Infensus etiam est iis, qui tenera, & venerea morbis crescentur, nisi agatur tantum de muco tenaci solvendo. In inflammatione oculorum, variisque cutis foeditatibus, & pustulis vulgare remedium est acetum aqua stillatae, & eo partem ablutae, sed maxima cum circumspectione hunc in finem utendum aceto est, quum, licet discutiat, & attemperet, materiam tamen morbosam ad internas partes repercutiat; haec autem cautela severius adhuc tenenda erat in usu aceti, quo foventur pars aliqua cum calore dolens, aut inflammata. Frequens porro, & notus aceti usus est ad aerem corruptivis particulis teterrimum emendandum; vaporibus attractum acetum efficaciter sublevat homines, qui in hypochondrium incidunt, si praeterea in ex suscepto vapore sulphureorum particularum proficiscatur. Acetum sufficienti quantitate aquae dilutum, & saccharo etiam conditum in usum internum recipi convenit. Quemadmodum curandum est, ut ex bono vino paratum acetum habeatur, ita rejiciendum ab usu medicinali est illud, quod ex vino habetur corruptionem passo. Si destillatione, gelu, aliave ratione concentratum fuerit, cum particulas suas habeat minori aquae quantitate dilutas, longe efficacius evadit.

Spiritus vini nihil aliud est nisi phlogiston cum additi fortasse acidi tenuissimi portione aquae junctum. Hic aptiori, si potissimum fuerit, phlogiston tenet adeo volatile, ut in libero aëre flammam facile gignat: superabundante autem aqua exuitur repetita praesertim destillatione. Resinas, balsama, & olea essentialia intime solvit, & ea propter extrahendis plurimorum vegetabilium principiis activis, variisque medicamentis, usibusque mechanicis maximi est adjumenti. Substantias gummeosas non attingit: cum acidis jungitur, eaque edulcorat: sales plerosque neutros respuit, sibi autem adjungit alkalinos sales lixiviales, & volatiles. Pingues vix aggreditur, ut solvat, nisi olea jam attenuari incipiunt: partes animales, & vegetabiles incorruptas servat, sed earumdem fibras conterat, atque indurat. Sanguinem, & serum cogit, nervorum actionem, fibrarumque irritabilitatem momento fere temporis erigit, sed eos omnes malos effectus, quos parit vini abusus, citissime adducit. Purus spiritus vini ad usum internum non venit, sed in varii liquores cardinei, atque tincturae medicinales variarum rerum additione parantur, quae confidentius, frequentius, aut castiga-

tius, & rarius adhiberi possunt, & debent pro spiritus vini vehementia, atque natura rerum, quarum principia activa idem extraxit. Juvant maxime hujusmodi tincturae ad vires vitales prompte instaurandas in lypothimia, & syncope, & ad vires stomachi urgendas, aut excitandas. Monemus autem tincturas spiritu vini paratas non esse in usum diuturnum deducendas, aut, si adhibeantur, convenienti menstruo usque plurimum diluendas. In stomachi autem morbis saepius errant Medici spirituosa, & corroborantia praescribentes, quum ad causam morbi debita diligentia non advertant. Ea vero saepius tonicorum medicamentorum usum interdicit, quum posita sit in vasorum minimorum infarctu, nervorum spasmo, & partium irritabilium stimulo, uti ex animi pathemate, in materia rheumatica, aut exanthematica ad cutem deducenda, in proximorum viscerum vitio, atque plethora partiali, quam menses, aut haemorrhoides non fluentes facile inferunt. Utilior est externus spiritus vini usus, qui etiam familiaris est in contusionibus, atque vulneribus praesertim cum contusione conjunctis. In primo casu fortiter motionem vasorum expendo sanguinem in circuitum pellit, & sugillationem resolvit, in altero vero juvat etiam minimorum vasorum hiantia oscula claudendo. Prodest insuper ambustam partem, si quidem combustio levis sit, aut spiritu vini oblinire, aut linteolum spiritu vini madidum imponere, in paullo graviore combustione magnam, & vehementem inflammationem produxisse observavi. Gangrenae progressum cohibet non modo corruptionem continendo, verum etiam vim vitae, & humorum circuitum in parte, quae nondum periit, suscitando, instaurandoque. Planum autem est in iis gangrenae speciebus, quae oriuntur ex decubitu vitiosi humoris, (cujus apparatus curandus sit), ex violenta inflammatione, aut ex malo erysipelate, spiritus vini usum aut non convenire, aut alia etiam esse adjicienda pro rei opportunitate. Partes debiles, laxas, torpidas, aut seroso tumore detentas cum utilitate spiritu vini confricantur: paralyticae praeterea, & ex nervorum debilitate tremulae aliquam etiam utilitatem ab eo recipiunt, attamen perraro hisce in casibus solus spiritus vini in usum venit, sed adhibentur medicinae multiplices, balsama diversa, salia volatilia oleosa, atque olea essentialia vegetabilium in spiritu vini soluta continentes. Usitatum medicamentum est spiritus vini camphoratus in paronychia incipiente, contusionibus, & oedematosis partialibus tumoribus resolvendis. In visus debilitate, quae vere pendeat ex fibrarum laxitate, utile admodum est oculos abluere aqua, cui guttae aliquot spiritus vini fuerint instillatae. Si causa morbum exterorum faciens nascatur ex humorum spissitudine inflammatoria, aut acri phlogistico principio, & fibrarum rigiditate, vel nervorum tensione adsit, eo uti abstinendum. Haec autem monita praesertim pertinent ad rheumatismum, partium tumores, atque ad eas paralysium species, quae non in vera nervorum resolutione positae sunt, sed in eorumdem impedita actione per compressionem, & spasmum nervorum ex materia acri, & stimulante.

Crystalli tartari, sive cremor tartari ab aetherogeneis vini faecibus depuratus singularis species est salis neutri nata ex alkali fixo minerali, quod maxime saturatum est acido forti, oleosas tamen aliquas particulas conjunctas habente. Tanta autem est quantitas acidi, ut haec salis neutri species ad acidorum naturam maxime accedat. Hae duae substantiae non ita facile divelli ab invicem possunt. Aqua frigida vix aliquam crystallorum partem solvit, aut solutam tenet; ebulliens porro requiritur ad cremorem tartari solvendum, eaque saltem in vigecupla proportione. Hic sal attemperat, humores incidendo solvit, bilem alkalescentem corrigit, urinae secretionem promovet, atque vasa generatim obstructa aperit. Jure maxime laudatur ad ciborum appetitum excitandum, si ubi fastidium ex biliosis, corruptave particulis veniat ad ventrem superandum, hepatis, lienis, & mesenterii obstructiones tollendas, atque hydropem etiam curandum, si ex causa, ut dicitur, calida pendeat, quae exposcat liberam alvum, atque corruptae bilis evacuationem. Convenit maxime in cachexia, quae febres putridas subsequitur, maximeque si adsint adhuc biliosa corruptivae indolis reliquiae humores inquinantia. Generatim in febribus ardentibus, & biliosis cum insigni caloris conjunctis opportunissimus est cremoris tartari usus. Caeterum, si memoratae febres adjunctam habeant earum particularum septicarum conditionem,

quas natura debeat, & vellet per cutis viam eliminare, neutiquam conveniunt. Porro reapse crystallos tartari, & utrum datum unus aliquot horas ante accessionem ad febres intermittentes tollendas, aeque [illegible] successu, sed hujusmodi remedii genus praeterim prodest in iis febribus intermittentibus, in quibus bilis aliqua aestu adest. Utiliter adjuatur remediis purgantibus ad eorum actionem adaugendam, & expeditiorem reddendam purgationem cum principia resinosa solutiora reddit, proluitque, ne denuo, quam par est, rugis intestinorum inhaereant. Aggreditur etiam hic sal ferrum ipsum, atque medicamentis tonico-chalybeatis parandis inservit. Si pro alterante, ut dicitur, cremor tartari praescribatur, dosis esse poterit a scrupulo uno ad drachmas duas. Quoniam autem & ipse solus exhibitus alvum movet (quod purgantis genus maxime confert ad bilam abruptam avacuandam) major tunc quantitate imperatur, a drachmis minimum tribus ad drachmas sex. Circa crystallorum tartari usum animadvertimus ab eo vim ventriculi concoctricem debilitari, sive quod succi gastrici activum principium absorbeat, sive oscula in cavum ventriculi hiantia constringat, sive vim fibrarum sensibilem vitiat, ac labefaciat. Ejusdam ideirco protractus, aut inopportunus usus appetitum deperdit, atque stomachum imbecillum reddit, neque prodesse poterit, si agatur de homine debili, sene, frigido, pituitoso, effaeto. Quotiescumque autem in finem praescribatur, (nisi exigua dosis fuerit), aut sub forma solida convenienti comestiva, aut electuario [illegible] exhibendus est, aut dilutus in calida potione solutus. Extat in officinis tartarus tartarisatus, sive tartarus solubilis natus ex alkali lixiviali, & acido tartari. Haec utriusque salis species longe facilius in aqua solvitur, minus stomacho gravis est, ideo vitae facilius subit, atque crystallis tartari eumdem Medici anteposuit, praesertim si scopo diuretico ducti praescribant.

HEDERA. LINN. *gen. n.* 249. *syst. n.* 280. TOURN. *tab.* 384.

Flores in umbella simplici, calyce multipartito cincta. Calyx proprius, ovarium amplectens, quinquedentatus. Stamina quinque. Petala patentia, apice non coalita. Bacca globosa, plerumque pentasperma.

1760 **HEDERA** helix.

Icon. Taur. Vol. II. tab. 119.

Hedera foliis ovatis, lobatisque LINN. *spec. p.* 292.

Hedera communis major, & minor. BAUH. *hist. II.*

Hedera arborea BAUH. *pin.* 305.

Hedera helix, & Hedera arborea MATTH.

VERN. Brassabosch.

LOC. Notissimus frutex, arborum adultarum truncos, aut muros antiquos plerumque salit, aut junior serpit in umbrosis sepibus. *FRUTEX.*

VIR. Folia adstringunt, sed usui interno non inserviunt: externe adhibentur cauteriis imposita.

RHAMNUS. LINN. *gen. n.* 235. *syst. n.* 264. TOURN. *tab.* 366. 383. 403.

Calyx monophyllus, quadri, vel quinquefidus, interne colmatus. Petala quatuor, vel quinque. Stylus simplex, aut etiam stygmata tria. Fructus bilocularis, aut trilocularis, loculis monospermis. Dantur in quibusdam speciebus flores sexu distincti.

SPINOSI.

1761 **RHAMNUS** catharticus.

Icon. Taur. Vol. VII. tab. 81.

Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioecis, foliis ovatis, caule erecto. LINN. *syst.* 12. *p.* 178.

Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, corollarum laciniis tubo longioribus. GER. *Fl. Galloprov. p.* 461 *n.* 1
Rhamnus foliis spinosis ovato-lanceolatis serratis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 824.
Rhamnus catharticus. BAUH. *pin.* 478.
Spina infectoria. MATTH.
OFF. Rhamnus catharticus, Rhamnus solutivus, & cervi spina.
Loc. In sylvis apricis *Taurinensibus*, & in montanis ad sepes rarus non est. *FRUTEX.*
VIR. Fructus RHAMNI *cathartici* ad viridem colorem obtinendum colligi solent: viridis etiam color praebet ipse cortex. Baccae potenter alvum movent, eique inter hydrotica medicamenta enumerantur. Ex aqua decoquuntur a decem ad viginti: exsiccatarum pulvis exhibetur a drachma semisse ad drachmam unam & semis. Succi autem e baccis expressi summa dosis esse potest uncia una. Cortex medius RHAMNI *cathartici*, quemadmodum cortex Sambuci, fortiter etiam alvum movet, sed solet una vomitum excitare, neque in usum recipitur. Saepius autem Medici utuntur syrupo de baccis RHAMNI *cathartici* ab uncia una ad uncias duas. Multum interdum profuit hic syrupus in cachexia, anasarca, & ascite incipiente, quando nimirum exitus serosa colluvies alvo evacuanda. Quum validum sit remedium, subjecimus cautelas generatim servandas in administratione remediorum evacuantium hydroticorum ad hydropis curationem. Inter omnia primum videndum est ex cognita causa morbi, & aegri positione, num tonicis, corroborantibus, diureticis, deobstruentibus, aut alterius generis remediis curatio sit instituenda. In ascite, qui tympanitem subsequatur, aut jungatur eidem opportuna non sunt hydrotica, neque danda, si vires vitales non regent, si serum effusum sit, si febris teneat, aut morbus ex pulmonum infarctu originem suam trahat, aut nascatur ex metastasi materiae phlogisticae in morbis acutis, aut vitiosis in abdomine congestionibus. Non desunt, qui podagricis utilem medicinam esse dixerint syrupum de RHAMNO, sed vix crediderim evenire posse, ut podagricis proficuam medicinam praebeat, nisi agatur de conjunctis serosa, aut pituitosa colluvie tale medicamentum requirente.

1762. RHAMNUS *infectorius.*
Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, caulibus procumbentibus LINN. *mant. p.* 49.
Rhamnus catharticus minor. BAUH. *pin.* 478.
Loc. In *Liguria* lectus missus est. *FRUTEX.*
VIR. Buccae similem naturam habere, & ad tinctoriam usum etiam praeferuntur.

1763. RHAMNUS alaternus.
Rhamnus inermis floribus dioicis, stigmate triplici, foliis serratis. LINN. *spec. p.* 281.
Rhamnus spinis geminis deciduis, foliis lanceolatis serrato-spinosis. GOU. *hort. monsp. p.* 112 *n.* 2.
Alaternus I. CLUS. *hisp.* 56. TOURN. *inst.* 495.
Spina boergi Monspeliensium. BAUH. *hist. I. p.* 542.
Loc. In agro, & collibus *Nicaeensium* abunde provenit. *FRUTEX.*
VIR. Hujusce RHAMNI folia fortiter adstringunt, sed vix in usum veniunt.

1764. RHAMNUS lycioides.
Rhamnus spinis terminalibus, foliis linearibus LINN. *spec. p.* 279.
Rhamnus tertius flore herbaceo, baccis nigris. BAUH. *pin.* 477.
Loc. Habui ex *Liguria.* *FRUTEX.*

ACULEATI

1765. RHAMNUS paliurus.
ICON TAUR. Vol. X. tab. 23.
Rhamnus aculeis geminis inaequalibus, foliis trinerviis subcordatis, pedunculis solitariis, fructibus margine membranaceo clypeiformibus GOU. *h.* 112 *n.* 4.
Rhamnus folio subrotundo, fructu compresso. BAUH. *pin.* 477.

Paliurus Dod. *pempt.* 376.
Rhamno tertio Matth.
Off. Paliurus.
Loc. Incolit Comitatum *Nicaeensem*, sed & nascitur circa *Augustam Praetoriam*, & *Montemagno* in *Monteferrato*. *Frutex*.
Vir. Fructus acerbi, & stiptici sunt, iis utuntur Medici ad alvi fluxum cohibendum; at praesertim commendantur ad renes sabulo expurgandos, calculumque pellendum. Vim aliquam diureticam tonicae adstringenti adjungunt, atque uvae ursi vices supplere posse opinamur. Solent a drachmis duabus ad unciam semis. ex aqua decoqui diutum ebullitione, ut fixa activa principia extrahantur.

1766 RHAMNUS zizyphus.
Icon Taur. Vol. IX. tab. 99.
Rhamnus aculeis geminis subaequalibus, foliis oblique ovatis trinervis serratis, pedunculis confertis. Gou. *hort. monsp.* 113. *n.* 5.
Rhamnus aculeis geminatis altero recurvo, floribus digynis, foliis ovato-oblongis glabris. Linn. *syst.* 12. *p.* 480.
Giuggiolena, ossia Zizole. Matth.
Off. Jujubae.
Loc. Habitat in Comitatu *Nicaeensi*. *Arbor*.
Vir. Jujubae leviter attemperant, demulcent, & emolliunt, atque in tussi ad stimulum leniendum decoctionibus pectoralies ingredi solent.

INERMES

1767. RHAMNUS alpinus.
Rhamnus inermis floribus dioicis, foliis duplicato-crenatis. Linn. *spec. p.* 182.
Rhamnus inermis, foliis ovatis crenulatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 823.
Frangula altera polycarpos. Bauh. *prodr.* 160.
Alnus nigra polycarpos. Bauh. *pin.* 428.
Loc. Passim in sylvestribus umbrosis montanis. *Frutex*.

1768. RHAMNUS pumilus.
Rhamnus inermis repens, floribus hermaphroditis, foliis serratis. Linn. *syst.* 12. *p.* 179. *mant.* 49.
Frangula montana pumila saxatilis, folio subrotundo. Tourn. *inst.* 612.
Rhamnus rupestris. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 164. *n.* 161. *tab.* 5.
Loc. E summarum rupium fissuris supra *Cesane*, & in montibus editioribus vallis *de Bardonache*, in alpibus *di Pragelas*, & in monte *Cenisio*. *Frutex*.

1769. RHAMNUS frangula.
Icon Taur. Vol. VII. tab. 83.
Rhamnus inermis floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. Linn. *spec. p.* 280.
Rhamnus inermis foliis ovato-lanceolatis integris, floribus quinquefidis androgynis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 821.
Frangula Matth.
Off. Frangula.
Loc. In sylvis ambosis subhumidis vulgatissima. *Frutex*.
Vir. Frangulae cortex medius fortiter vomitum, & alvum movet, daturque a drachma semisse ad drachmas duas validis, & robustis hominibus iis in morbis, in quibus corticem Rhamni, & Sambuci dari posse diximus. Semen ad diuresim pellendam laudatur a drachma semisse ad drachmam unam. Folia, & baccae viridi colore tingunt.

PHYTOLACCA. LINN *gen. n.* 581 *syst. n.* 588. TOURN. *tab.* 151.

Calyx nullus. Corolla persistens. Stamina ab octo ad decem. Bacca octo, aut decem-locularis, loculis monospermis.

1770 **PHYTOLACCA** decandra.
Icon Taur. Vol. III. tab. 56
Phytolacca floribus decandris, decagynis. LINN *spec. p.* 631.
Phytolacca fructu petiolato decemfido. HALL *hist. tom.* 1. *n.* 1207.
Blitum americanum. MENT *phyt. cursor. f.* 110.
Off. Solanum racemosum, s. Phytolacca
Loc. Adeo frequens planta est ad muros, & sepes secus vias in submontanis etiam vicalis, & in agro Pedemontano, ut pro indigena haberi possit. *PERENNIS*
Vir. Acris, & virulenta suspecta planta est, quae ad usum internum non venit. Folia ulceribus cancerosis imposita fuisse sine ulla utilitate vidi, sed tamen dolores mitigatos fuisse observavi. Baccae rubrum colorem suppeditant.

RUBUS. LINN. *gen. n.* 557 *syst. n.* 630 TOURN. *tab.* 385.

Calyx quinquefidus, persistens. Stamina plura, brevia calyci inserta. Germina numerosa, stylo laterali brevi praedita. Bacca ex acinis succulentis, monospermis, composita.

1771 **RUBUS** idaeus.
Icon Taur. Vol. XX. tab. 86.
Rubus caule spinoso suberecto, foliis quinatis, & ternatis subtus tomentosis, fructibus hirsutis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1108.
Rubus foliis quinato-pinnatis, ternatisque, caule aculeato. LINN. *spec. p.* 706
Rubus framboesianus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 135
Rubus idaeus spinosus. BAUH. *pin.* 479. BAUH. *hist. II. p.* 59
Rubo idaeo. MATTH.
Off. Rubus idaeus.
Vern. Ampole
Loc. In montanis, & subalpinis lapidosis frequens est, sitamque plurimes hujus stirpis fructu temperavimus. *FRUTEX*
Vir. Fructus grate acidi sunt, sitim temperant, humorum alkalescentiam corrigunt. Extat in officinis syrupus de RUBO *idaeo*, cujus usus frequens est in faucium ardore gargarismata etiam quae in morbis faucium interdum praescribuntur, solent syrupo de RUBO *idaeo* edulcorari.

1772 RUBUS caesius.
Rubus foliis ternatis subnudis, lateralibus bilobis, caule tereti aculeato. LINN. *spec. p.* 706 SCOP. *Fl. Carn.* 590.
Rubus caule aculeato prostrato, foliis ternatis, subtus hirsutis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1110.
Rubus repens fructu caesio. BAUH. *pin.* 479
Rubus minor. DOD. *pempt.* 741
Loc. Circa thermas *Valderii*, atque in alpibus secus torrentes occurrit. Secus *Duriam* in agro *Taurinensi* Cl. BELLARDI. *SUFFRUTEX*

1773 RUBUS fruticosus.
Rubus foliis ternatis, & quinatis, caule spinoso, fructu nigro, & laevi. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 80.
Rubus foliis quinato-digitatis, ternatisque, caule, petiolisque aculeatis. LINN. *spec. p.* 707. SCOP. *Fl. Carn. p.* 591. *n.* 4
Rubus caule spinoso serpente, foliis quinatis, & ternatis subtus tomentosis, bacca laevi. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1109.
Rubus vulgaris, s. Rubus fructu nigro. BAUH. *pin.* 479.

Rubus major fructu nigro. BAUH. *hist. II. p.* 57.
Rubo. MATTH.
OFF. Rubus.
VERN. Ronze, Fructus autem dicuntur *Mure.*
Loc. Ad sepes vulgaris. *FRUTEX.*

1774. RUBUS saxatilis.
ICON TAUR. Vol. XIII. tab. 71.
Rubus caule herbaceo, foliis ternatis glabris, acinis baccarum distinctis paucissimis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1111.
Rubus foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. LINN. *syst.* 14. *p.* 349.
Rubus alpinus humilis. BAUH. *hist. II. p.* 61.
Rubus saxatilis alpinus. CLUS. *Pannon. p.* 115. 116.
Loc. In saxosis irriguis alpium, atque etiam in pratis subhumidis. *SUFFRUTEX.*
VIR. Rubi idaei fructibus saltem potest, caeterum omnes Rubi species, quod ad folia pertinet, adstringenti virtute conveniunt.

RHUS. LINN. *gen. n.* 331. *syst. n.* 366. TOURN. *tab.* 381.

Calyx quinquefidus. Stamina quinque. Stigmata tria. Bacca coriacea, monosperma.

1775. RHUS Coriaria.
ICON TAUR. Vol. II. tab. 136.
Rhus foliis pinnatis obtusiuscule serratis ovalibus, subtus villosis. LINN. *spec. p.* 379.
Rhus foliis pinnatis, floribus dioicis. GER. *p.* 534. *n.* 1.
Rhus folio ulmi. TOURN. *inst. p.* 611. BAUH. *pin.* 414.
Rhus. MATTH.
OFF. Rhus, s. Sommach.
Loc. In collibus *Taurinensibus* circa *Bauducchi. FRUTEX.*

1776. RHUS cotinus.
ICON TAUR. Vol. X. tab. 39.
Rhus foliis simplicibus obovatis. LINN. *spec. p.* 383. GER. 533.
Rhus racemis plumosis, foliis ovatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 829.
Rhus Coccygria. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 368.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 210.
Cotinus coriaria. DOD. *pempt.* 780.
Coccygria, s. Coccygria. BAUH. *pin.* 415.
Coccinus Coccygria Theophrasti. LOB. *ic.* 99.
Cotinus. MATTH.
OFF. Cotinus coriariae, s. Coccygria.
Loc. Frequens in montibus *Liguriae, Astensibus,* & Comitatus *Nicaeensis,* atque ad sepes etiam in montibus *di Varallo,* nascitur in agro *Dertonensi,* monte *Crea,* atque inter *Susa,* & *Bussolino. FRUTEX.*
VIR. Utrique Rhus adstringens principium habet, atque inter coriariae suam praebet utilitatem.

MELIA. LINN. *gen. n.* 475. *syst. n.* 513. TOURN. *tab.* 387.

Calyx quinquedentatus, persistens. In medio floris nectarium cylindraceum, multidentatum, decem antheras sustinens brevissime pedicellatas. Stylus unus.
Fructus est drupa firma, in loculis continens totidem semina.

1777. MELIA Azedarach.
ICON TAUR. Vol. XX. tab. 38.
Melia foliis bipinnatis. LINN. *spec. p.* 550.
Azedarach. DOD. *pempt.* 848.
Arbor Fraxini folio, flore caeruleo. BAUH. *pin.* 415.
Loc. Circa *Nicaeam* collectum habui. *FRUTEX.*

PRUNUS. LINN *gen. n.* 546 *syst. n.* 620. TOURN *tab.* 401.

Calyx quinquefidus. Stamina plura, calyci inserta. Stigma orbiculatum. Fructus pulposus, subrotundus, unicum ossiculum continens non foraminosum.

1778 PRUNUS padus
Icon Taur. Vol. XXII tab. 25
Prunus floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis LINN *spec p.* 677.
Padus foliis ovato-lanceolatis serratis. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1086
Prunus racemosa LAM *Fl. Franc., tom.* 3 *p.* 107
Cerasus racemosa sylvestris fructu non eduli. BAUH. *pin.* 451
Pseudo-Ligustrum. DOD *pempt* 777.
Off Cerasus racemosa.
Loc. In sylvis, & ad sepes locis collinis, & montanis *FRUTEX.*
Vir. Avibus in alimentum cedunt baccae. Ligni fortis decoctio dictum est valere ad luem veneream, nullo attamen in usu est.

1779 PRUNUS Mahaleb
Icon Taur. Vol. XVII tab 98.
Prunus floribus terminalibus corymbosis, foliis ovatis. LINN *syst* 12 *p.* 341.
Cerasus foliis subrotundis serratis, petiolis multifloris HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1084.
JACQ *Fl. Aust. tab* 727.
Cerasus sylvestris amaro Mahaleb putata. BAUH *hist. I part.* 2 *p.* 227.
Mahaleb. CAM. *epit. p.* 91 CLUS. *hist. p.* 64.
Prunus odorata LAM *Fl. Franc., tom.* 3 *p.* 108.
Ceraso affinis. BAUH *pin.* 451.
Mahaleb MATTH.
Off Cerasus amara.
Loc Ad sepes in montanis vallis *Augustae Praetoriae*, & in sylvis circa *Segusium* abunde, neque infrequens in montanis *Nicaeensis* Comitatus, & vallium calidiorum. *FRUTEX.*
Vir Baccae ingratum saporem habent, & amarissimae sunt. Ligni materia pulchre rubella, & odorata ad utensilia adhibetur. Eadem ad calculi cursum laudata est, sed nullo certo experimento.

1780 PRUNUS Cerasus.
Icon Taur. Vol XIII tab 85.
Prunus umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis glabris LINN. *syst* 12 *p.* 342.
Cerasus foliis glabris serratis ovato-lanceolatis, mucrone producto. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1088
Prunus floribus umbellatis subpedunculatis ovato-lanceolatis glabris. CRANTZ. *fasc.* 2, *p.* 58
Loc. Vulgaris in sylvis montium, & collium. *ARBOR.*
Vir. Hujusce Cerasi fructus acidissimi sunt. Haec *Ceraso* cultae originem dedisse videtur.

1781. PRUNUS avium.
Icon Taur. Vol. XXII tab. 24.
Prunus umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis subtus pubescentibus LINN. *spec p.* 680.
Cerasus foliis ovato-lanceolatis serratis, infirne sobhirsutis, mucrone producto. HALL. *hist tom.* 2. *n.* 1083.
Prunus (Cerasa offic) *floribus umbellatis subpedunculatis ovato-lanceolatis.* CRANTZ. *fasc* 2. *ed.* 2. *p.* 94
Prunus Cerasus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 105

Cerasus sylvestris fructu rubro, & nigro. BAUH. *hist. part.* 1. *p.* 220.
Cerasus major, s. sylvestris fructu subdulci, nigro colore inficiente. BAUH. *pin.* 450.

OFF. Cerasus nigra.
VERN. *Cerese nejri.*
Loc. In sylvis montanis passim. *ARBOR.*
VIR. Ex contusis cum pulpa nucleis post fermentationem aqua, & spiritus ardens paratur, quorum usus frequentissimus apud nos est ad exhilarandum potissimum in frigidis morbis ventriculi, & capitis saepius pro aliorum cardiacorum, & cephalicorum vehiculo adhibetur. Cavendum tamen, ne ex abusu aquae potissimum valde spirituosae damna ea sequantur, quae ex aliorum spirituosorum usu solent observari.

1782. PRUNUS domestica.
Prunus pedunculis solitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. LINN. *spec. p.* 680.
Prunus foliis serratis hirsutis ovato-lanceolatis, floribus longe petiolatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1079.
Prunus. BAUH. *pin. p.* 443.
Prunus (Pruna offic.) *pedunculis &c.* LINN. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 94.
Prunus. MATTH.
OFF. Prunus.
VERN. *Pruno, oppure Brigna.*
Loc. In sylvis *Liguriae*, & Comitatus *Aniciae.* *ARBOR.*
VIR. Hujusce PRUNI fructus acerbi, & insipidi sunt, atque negliguntur.

1783. PRUNUS spinosa.
ICON. TAUR. *Vol.* XXIV. *tab.* 95.
Prunus pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. LINN. *spec. p.* 681.
Prunus spinosa foliis glabris serratis ovato-lanceolatis, floribus breviter petiolatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1080.
Prunus (acacia germ. offic.) *spinosa foliis lanceolatis, pedunculis solitariis.* CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 93.
Prunus sylvestris. BAUH. *pin.* 444. TABERN. 11. 991.
Prunus silvestris. MATTH.
OFF. Prunus sylvestris.
VERN. *Brignole, o Brignetti.*
Loc. Ad sepes, & apricas sylvas abunde in agro *Pedemontano*, & montibus humilioribus. *FRUTEX.*
VIR. Succus ex immaturis fructibus expressus, & inspissatus dat *Acaciam Germanicam*, quae valide adstringit, atque efficax medicamentum sistit in seri, & sanguinis fluxibus cohibendis, in gingivarum laxitate, raucedine, uvulae, vaginae, & ani procidentia. *Terrae Japonicae* substitui potest, atque eas praebet utilitates, quae radicibus tormentillae tribuntur. Cortex in pulverem tritus drachmarum duarum pondere cum successu imperatur ad febres intermittentes tollendas. Eas autem superare potest febres intermittentes, quae citra obstructiones sunt, atque stipticis adstringentibus cedere possunt: probabile etiam est cum aromatica hunc corticis adjuncta ejusdem vim extendere posse.

1784. PRUNUS insititia.
Prunus pedunculis geminis, foliis ovatis subtus villosis convolutis, ramis spinescentibus. LINN. *spec. p.* 680. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1081.
Prunus sylvestris praecocior. BAUH. *pin.* 444.
Loc. Ad sepes in vallibus de *Bardonache*, *Cesano*, & *Quieras* occurrit. *FRUTEX.*

AMYGDALUS. LINN. *gen. n.* 545. *syst. n.* 619. TOURN. *tab.* 401.

Differt a Pruno ossiculo foraminoso.

1785 **AMYGDALUS** communis.
Amygdalus foliis serraturis infimis glandulosis, floribus sessilibus geminis. LINN. *spec. p.* 677.
Amygdalus sylvestris. BAUH. *pin.* 442.
Mandorlo. MATTH.
OFF. Amygdalus dulcis, sive sativa.
VERN. Amandole douse.
LOC. In agro *Nicaeensi*, & in vineis etiam circa *S. Jean de Maurienne* adinvenitur in rupibus parum, locisque minime cultis, ita ut vero indigena, atque spontanea planta videatur. *FRUTEX.*
VIR. Fructus edules sunt, ac oleoso-mucilaginosam substantiam continent, quae demulcet, & attemperat. Ex iis contusis paratur emulsio, cujus usus frequens est in acutis febribus, & in urinae ardore. Extat in officinis butyrum AMYGDALARUM *dulcium*, quo Medici utuntur in faucium ardore, & tussi leuanda. Juvat etiam in morbis stomachi, si inappetentia sequatur. Oleum AMYGDALARUM *dulcium* frequentis usus est non modo ad tussis mitigationem, sed etiam ad alvum emolliendam in iis morbis, in quibus purgantia medicamenta suspecta sunt. In doloribus ventriculi, & intestinorum familiare remedium est hujusmodi oleum, sed quum facile rancididatem contrahat, recens expressum debet adhiberi; tensae etiam, & contractae partes oleo AMYGDALARUM utiliter illiniuntur. AMYGDALÆ *amarae* avibus generatim exitiales sunt ex iis expressum oleum anthelminticum habetur, ac prodesse in surditate, atque maculas cutis abstergere dicitur.

2. EPICARPIÆ.

RIBES. LINN. *gen. n.* 247. *syst. n.* 278. TOURN. *tab.* 409.

Calyx quinquefidus, persistens. Stamina quinque, a calyce nata. Stylus bifidus.
Bacca globosa, umbilicata, polysperma.

1786 **RIBES** alpinum.
ICON TAUR. Vol. XIII. tab. 42.
Ribes inerme racemis erectis, bracteis flore longioribus. LINN. *spec. p.* 291.
Ribes inerme floribus planis, bracteis florum longitudine. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 817.
JACQ. *Fl. tab.* 47.
Ribes vulgaris dulce fructu. CLUS. *hist.* 119.
Ribes montana altera. BAUH. *prodr.* 162.
Ribes minor fructu rubro. BESL. *hort. eyst. arb. vern. fol.* 14. *f.* 1.
Ribes sylvestre. CAM. *hort. p.* 141.
Grossularia vulgaris fructu dulci. BAUH. *pin.* 455.
Ribes alpinum dulce. BAUH. *hist. II. p.* 98.
LOC. In dumetis, & montanis proximis pratis circa *Vinadii* thermas, & ad montem Cenisium. Saepe etiam occurrit in sylvis *Maurianensibus.* *FRUTEX.*

1787 RIBES rubrum.
Ribes inerme racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. LINN. *spec. p.* 290.
Ribes inerme floribus planiusculis, stipulis minimis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 818.
Grossularia rubra. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 269.
Grossularia multiplici acino, seu non spinosa hortensis rubra. BAUH. *pin. p.* 455.
Ribes vulgaris acidum. BAUH. *hist. II. p.* 97.
Ribes vulgare. MATTH.
OFF. Ribes.
VERN. Uva tramà.

Loc. Inter *Braman*, & le pass *Montcenis* loco dicto *la plaine*, abunde nascitur in alpestribus sylvis *Maurianensibus*, & monte *Cenisio* supra les *Ferrieres*. *Frutex*.
Vir. Fructus Ribis grati ac dulces, & edulis sunt; ex eo syrupus, & gelatina parantur ad usum medicinalem. Ad hunc fructum ea etiam pertinent, quae indicata sunt circa usum fructus rubi idaei, atque berberis.

1788. RIBES nigrum.
Ribes inerme racemis pilosis, floribus oblongis. Linn. spec. p. 291.
Ribes inerme olidum calyce oblongo, petalis ovatis. Hall. hist. tom. 1. n. 819.
Grossularia non spinosa fructu nigro. Bauh. pin. 455.
Ribes nigrum vulgo dictum folio olente. Bauh. hist. II. p. 98.
Ribes nigra. Lob. adv. p. 445. ic. 202.
Off. Grossularia olens, & Ribes nigrum.
Loc. Nascitur in valle *Viu*, & monte *Cenisio*. *Frutex*.
Vir. Fructus laudati sunt ad urinam pellendam. Vino, cui folia infusa fuerunt cum expressione, tribuitur vis antilissica, longe autem, & extus adhibendum est. Cortici etiam adscriptae vires diureticae sunt, atque in Gallia magna fama hujusce remedii extitit, quae nunc periisse videtur.

1789. RIBES grossularia.
Ribes ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. Linn. spec. p. 291.
Grossularia fructu minimo hispido margaritarum fere valore. Raj. hist. 1484.
Loc. Hanc etiam Ribis speciem abunde vidimus circa *Vinadii* thermas. In montibus alpium *Cottiarum* ad vias in lapidibus frequenter occurrit. *Frutex*.

1790. RIBES uva crispa.
Ribes ramis aculeatis, baccis glabris, pedunculis bractea monophylla. Linn. spec. p. 291.
Ribes ramis aculeatis, foliis rotunde lobatis. Hall. hist. tom. 1. n. 820.
Ribes spinosum. Lam. Fl. Franc. tom. 3. p. 470.
Grossularia simplici acino, seu sylvestris spinosa, Bauh. pin. 455.
Uva crispa, seu Grossularia. Bauh. hist. I. part. 2. p. 47.
Uva spina. Matth.
Off. Grossularia, & Uva crispa.
Vern. Griselle.
Loc. In montibus *Garlexianis* vidit *Cl.* Dana. *Frutex*.
Vir. Edules sunt fructus *Grossulariae* farinosi, & subadstringentes, sed solent a nostratibus negligi.

MYRTUS. Linn. *gen. n.* 543. *syn. n.* 617. Tourn. *tab.* 409.

Calyx quinquefidus, sive quadrifidus. Petala quinque, vel quatuor. Stamina plura, calyce inserta. Stigma obtusum. Bacca 2-vel 3-locularis.

1791. MYRTUS communis.
Icon. Taur. Vol. XX. tab. 72.
Myrtus floribus solitariis involucro diphyllo. Linn. spec. p. 673.
Myrtus communis italica. Bauh. pin. 468.
Myrtus vulgaris sylvestris. Bauh. hist. I. p. 510.
B. *Myrtus foliis minimis, & mucronatis.* Bauh. pin. 469.
C. *Myrtus minor vulgaris.* Bauh. pin. 469. Garid. aix. tab. 67.
Mirto. Matth.
Off. Myrtus.
Loc. In sylvis apricis *Nicaeensibus* maxime vulgaris est Varietas c. *Savonae* reperitur, eamdemque legit circa *Montalban Nicaeensium Cl.* Bellardi. *Frutex*.
Vir. Tota planta valide adstringit, & aromatica est, at major aromatis quantitas fructui inest. Veteres magni Myrtum fecerunt. Praestans revera planta est ad totum fibrarum firmandum sive intus, sive extus adhibeatur. Fructus Myrti foliis etiam

anteponuntur. Adhibita igitur MYRTUS est ad alvi fluxum sistendum, ad fluorem album mulierum, & gonorrhaeam contumacem finiendam. Relaxatas partes constringit, & firmat; idemque in uvulae relaxatione, vaginae, atque ani procidentia efficacem praebet usum. In usum venit forte decoctum foliorum, aut fructuum. Extractum etiam ex fructibus paratur, cujus dosis est a drachma semisse ad drachmam unam. Oleum per expressionem, aut infusionem elicitum ad externos usus impenditur. In iis morbis, qui valida adstringentia expostulant, efficax MYRTUS est, sed ejusdem incautum, & inopportunum usum etiam gravia mala sequuntur, quae alias adverti.

ROSA. LINN *gen. n.* 556 *syst. n.* 631. TOURN *tab.* 408.

Germen cottaceum, pulposum, rotundum, vel ovatum coronatur calyce pentaphyllo, foliolis aut semipinnatis, aut ab uno tantum latere appendice auctis
Stamina numerosa. Tubae inferiut ustae, in summo fructu apparent plurimae, breves, villosae. Fructus pulposo-corticeus, unilocularis, semina plurima continet.

GERMINIBUS SUBGLOBOSIS.

1792 ROSA foetida.
Icon. TAUR. Vol. XV tab. 73
Rosa calycis foliolis semipinnatis, pomo globoso inermi, foliorum dentibus dentatis. HERM. *diss. de ros. p.* 18 *n.* 13
Rosa lutea simplex BAUH. *pin. p.* 483.
Loc. In collibus circa *Alfiano*. *FRUTEX.*

1793 ROSA cinnamomea.
Icon. TAUR. Vol. XVII tab. 89.
Rosa germinibus globosis, pedunculis glabris, caule aculeis stipularibus, petiolis subinermibus LINN. *spec. p.* 703
Rosa odora cinnamomi simplex. BAUH. *pin.* 483.
Rosa cinnamomea floribus subrubentibus, spinosa BAUH. *hist. II p.* 39
Rosa calycis foliolis integris, germine ovato, caule subinermi HERM. *ros. p.* 7 *n.* 2.
Loc. D. VALLE reperit in sylvis montis *Chapé* prope *Exilles*. *FRUTEX.*

1794 ROSA spinosissima.
Icon. TAUR. Vol. XII tab. 50.
Rosa calycis foliolis integris, germine globoso, pedunculis, petiolis, cauleque aculeatissimis HERM. *ros. p.* 6 *n.* 1
Rosa germinibus globosis glabris, pedunculis hispidis, caule, petiolisque aculeatissimis. LINN. *syst.* 12 *p.* 348.
JACQ. *Vindob.* 89
Rosa campestris spinosissima flore albo odorato. BAUH. *pin.* 483
Rosa campestris odorato flore CLUS. *hist. p.* 116
Rosa germinibus globosis glabris, pedunculis, caule, petiolisque aculeis confertis CRANTZ. *fasc.* 1 *ed.* II. *p.* 84.
Loc. Locis alpinis saxosis apricis nascitur. *FRUTEX.*

1795 ROSA villosa.
Icon. TAUR. Vol. XII tab. 52. 53.
Rosa (pomifera) calycis foliolis compinnatis, germine globoso aculeato, foliis utrinque tomentosis HERM. *ros. p.* 16 *n.* 11.
Rosa germinibus globosis, pedunculisque hispidis, caule aculeis sparsis, petiolis aculeatis, foliis tomentosis. LINN. *syst.* 12. *p.* 348
Rosa spinis rectis, foliis quinis tomentosis, pomis rotundis spinosis HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1105.
Loc. Non infrequens locis apricis subalpinis. *FRUTEX.*

1796 ROSA arvensis.
Rosa germinibus globosis, pedunculisque glabris, caule, petiolisque aculeatis, floribus cymosis LINN. *mant. alt. p.* 245. OED. *dan. tab.* 398.
Rosa (candida) arvensis SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 619. BAUH. *pin.* 484.
Rosa sylvestris altera minor flore albo. RAY. *angl.* 3. *p.* 455.
Loc. Ad vias, & oras sylvarum. *FRUTEX.*

GERMINIBUS OVATIS.

1797 ROSA gallica.
ICON TAUR. Vol. XII. tab. 52.
Rosa germinibus ovatis, pedunculisque hispidis, caule, petiolisque hispido-aculeatis. LINN. *spec. p.* 704.
Rosa austriaca germinibus ovatis, pedunculisque hispidis, petiolis, medioque caule aculeatis CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 86.
Rosa rubra multiplex BAUH. *pin.* 481. TOURN. *inst. p.* 637.
Rosa rubra flore simplici BAUH. *hist. II.* 34.
Rosa rubra LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 130.
Loc. Ad vias, & sepes in collibus quandoque occurrit. *FRUTEX.*

1798 ROSA alpina.
ICON TAUR. Vol. XXII. tab. 54.
Rosa germinibus ovatis glabris, pedunculis, petiolisque hispidis, caule inermi. LINN. *syst.* 12. *p.* 348.
Rosa inermis foliis septenis glabris, calycis segmentis indivisis. HALL. *st. helv.* 5. *n.* 27. *hist. tom.* 2. *n.* 1107.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 279.
Rosa rubella flore simplici non spinosa. BAUH. *hist. II. p.* 39.
Loc. Locis lapidosis alpium frequens. *FRUTEX.*

1799 ROSA canina.
ICON TAUR. Vol. XII. tab. 51. & *Vol. XXII. tab.* 50.
Rosa germinibus ovatis, pedunculisque glabris, caule, petiolisque aculeatis. LINN. *spec. p.* 704. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 84.
Rosa spinis aduncis, foliis septenis, calycibus tomentosis segmentis pinnatis, & semipinnatis, tubo brevissimo HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1101.
Rosa calycibus semipinnatis, caule aculeato erecto, ramis multifloris. SCOP. *Fl. Carn. p.* 387. *n.* 4. *ed.* 2. *n.* 624.
Rosa glaberrima calycis ovati foliolis semipinnatis, caule, petiolisque aculeatis. HERM. *lea. p.* 11. *n.* 6.
Rosa canina vulgo dicta. DOD. *pempt.* 187.
Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato. BAUH. *pin.* 483.
OFF. Cynorrhodon.
VERN. Gratacuy.
Loc. Ad sepes, & vias ubique vulgaris. *FRUTEX.*
VIR. Radix ROSÆ *caninæ*, uti etiam spongiola, quam cynips ROSÆ excitat *Bedeguar* nomine nota, *Sanguisuga* a Siculis appellata dicuntur valere adversus morsus canis rabidi, atque animalium venenatorum, sed hae vires ab experientia non confirmantur. Fructus ROSÆ *caninæ*, qui *cynorrhodi* nomen habent, adstringunt, atque aliquam etiam vim diureticam habent. Vinum etiam, dum illud paratur, a nonnullis adjiciuntur, hosque vinum calculosis proficuum habent. Conserva etiam extat *cynorrhodi*, cujus usus est in alvi fluxu coërcendo.

1800 ROSA alba.
ICON TAUR. Vol. XXII. tab. 52.
Rosa germinibus ovatis glabris, pedunculis hispidis, caule, petiolisque aculeatis LINN. *spec. p.* 705.
Rosa calycibus semipinnatis, caule aculeato diffuso, ramis unifloris SCOP. *Fl. Carn. p.* 387. *n.* 3.

Rosa calycis foliolis semipinnatis glabris, germine ovato glabro, pedunculo spinoso. Herm. *ros. p.* 14. *n.* 8.
Rosa alba vulgaris major Bauh *pin.* 48n.
Loc. Ad sepes in collibus. *Frutex.*

1801 ROSA collina Jacq. *Fl. Austr tab* 197.
Loc In dumetis collium *Taurinensium. Frutex.*
Obs A canina distinguunt praesertim foliis cinereis, nervis inferioribus subtus communiter hirsutis. Folia sunt quina, urgute serrata, utrovirentia.

1802 ROSA pumila. Jacq. *Fl Austr tab.* 198.
Rosa austriaca Crantz. *fasc* 86.
Rosa pumila pannonica, flore rubello. Bauh *hist II p.* 35.
Rosa sylvestris pumila rubens Bauh *pin.* 483.
Loc Vulgaris est locis apricis summorum collium Inter *Clivasso*, & *Calosso* secus uvas, & in nemoris non infrequenter occurrit. *Suffrutex*
Obs Folia saepius quina, ovata, aut subrotunda, duplicato-serrata, conniventia, virentia, glabra, nervos hirsuta, ubique glandulae minimae ferrugineae. Aculei rari in petiolis Flores pauci

1803 ROSA rubiginosa
Rosa germinibus globosis, pedunculisque aculeatis, aculeis recurvis, foliis subtus rubiginosis Linn *mant p.* 564.
Rosa spinis uncinatis, foliis subtus rubiginosis Hall. *fl.* 1103.
Jacq. *Fl. Austr p.* 31 *tab.* 50
Rosa sylvestris odorata. Dod.
Loc In collibus nobilioribus *Montisferrati*, atque *Liguriae* ad vias, & sepes occurrit. *Suffrutex*

PUNICA Linn *gen. n.* 544. *syst n* 618. Tourn *tab.* 407

Germen exhibet calycem campanulatum, quinquefidum, coloratum Stamina plura, calyci inserta. Stylus simplex cum stigmate capitato. Germen evadit fructus pomiformis, plerumque novemlocularis, segmentis calycis coronatus, sub cortice lento semina continens in pulpa succulenta rubiginosa.

1804 PUNICA granatum
Icon Taur Vol. XXI tab. 73
Punica foliis lanceolatis, caule arboreo. Linn *spec p.* 676
Punica spinosa foliis inferioribus ellipticis integerrimis, floribus sessilibus. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1298.
Malus punica sylvestris Bauh *pin.* 438.
Punica sylvestris Cord *hist* 184.
Punica spinosa Lam *Fl Franc tom* 3. *p.* 483
Off Mala punica, s. granatum.
Vulg. Pom grenà.
Loc. Frequens in Comitatu *Nicaeensi*, atque ad rupes, & muros circa *Castella* in Comitatu *Astensi*, & *Montisferrati*. *Frutex*
Vir. *Mali* Punicae succus acidum, bilem corrigit; si convenientem maturitatem fructus adepti sint, dulcior est, quam *rubi* rubri acini Cortex *malorum* Punicarum, sive *malicorium* valde adstringens est ea dictum ambus, qui assignati sunt *tormentillae, myrtique* foliis.

MESPILUS *Tab.* 41.

Germen calyce quinquefido coronatur. Stamina numerosa, calyci inserta. Styli persistentes tot, quot semina. Bacca umbilicata, in qua absque cartilagineis loculis totidem semina nidulantur.

1805 MESPILUS aria.
Icon Taur. Vol. VIII. tab. 18.
Crataegus foliis ovatis inaequaliter serratis, subtus tomentosis. LINN. syst. 12. p. 341.
Mespilus foliis ovatis serratis, subtus tomentosis. HALL. hist. tom. 2. n. 1089.
Mespilus floribus digynis, foliis ovatis, subtus tomentosis. SCOP. Fl. Carn. p. 584. n. 4.
Sorbus foliis ovalibus serratis, supra splendentibus, dorso tomentosis, fructu biloculari. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. tab. 11. fig. 2. p. 86.
Mespilus aria. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 591.
Aria. LUGD. 221.
Crataegus folio subrotundo serrato, subtus incano. TOURN. inst. p. 633.
Alni effigie lanato folio, major. BAUH. pin. p. 452.
Sorbus alpina. BAUH. hist. I. 65.
Loc. In jugis alpinis *Sabaudiae* JOANNES BAUHINUS crescere scripsit. In subalpinis, & montanis apricis locis frequens planta est. *ARBOR.*

1806 MESPILUS torminalis.
Crataegus foliis cordatis septangulis, lobis infimis divaricatis. LINN. spec. p. 681.
Mespilus foliis serratis septelobis, lobis primis divergentibus. HALL. hist. tom. 2. n. 1088.
Sorbus folio septangulo, fructu ovato biloculari. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 65.
Crataegus folio laciniato. TOURN. inst. p. 633.
Mespilus apii folio, sylvestris non spinosa, sive Sorbus torminalis. BAUH. pin. 454.
Sorbus torminalis, & Crataegus Theophrasti. BAUH. hist. I. p. 63.
Loc. In montosis, & collinis sylvis passim. *ARBOR.*

1807 MESPILUS oxyacantha.
Icon Taur. Vol. XXIV. tab. 94.
Crataegus foliis obtusis subtrifidis serratis. LINN. spec. p. 683.
Mespilus spinosa foliis glabris sessilibus serratis-trifidis. HALL. hist. tom. 2. n. 1087.
JACQ. Fl. Austr. tab. 292. f. 2.
Mespilus floribus digynis, foliis obtusis bitrifidis serratis. SCOP. Fl. Carn. ed. 1. p. 583. n. 3.
Mespilus apii folio sylvestris spinosa, sive oxyacantha. TOURN. inst. p. 642.
Oxyacantha vulgaris, sive spinus albus. BAUH. hist. I. p. 49.
Loc. In sylvis, dumetis, & ad sepes ubique. *FRUTEX.*

1808 MESPILUS monogyna.
Crataegus monogyna. JACQ. Fl. Austr. tab. 292. f. 1.
Mespilus decima tertia. DUHAM. arbr. 2. p. 20.
Mespilus sylvestris foliis trifidis splendentibus. VAILL. bot. p. 121.
Oxyacantha spinosa minore folio. BARREL. ic. n. 563.
Loc. Ad sepes prope *Villafrancam.*
Obs. Hujus folia magis nitentia, glaberrima, in tres, aut quinque lobos profunde secta; pedunculi glabri, calycis laciniae reflexae. Fructus constanter monospermus.

1809 MESPILUS azarolus.
Crataegus foliis obtusis subtrifidis subdentatis. LINN. spec. p. 683.
Mespilus apii folio laciniato. BAUH. pin. 453.
Mespilus Aronia veterum. BAUH. hist. I. p. 67.
Loc. Comitatus *Nicaeensis* indigena planta est. *ARBOR.*

1810 MESPILUS aucuparia.
Icon. Taur. Vol. VIII. tab. 29.
Sorbus foliis pinnatis utrinque glabris. LINN. *spec. p.* 683.
Sorbus foliis pinnatis, fructu pomiformi quinque-loculari. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 1. *p.* 88. *tab.* 1. *fig.* 4.
Mespilus floribus trigynis, foliis pinnatis glabris. SCOP. *Fl. Carn. p.* 584. *n.* 3.
Mespilus aucuparia. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 593.
Mespilus foliis pinnatis utrinque glabris. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 32. *n.* 1091.
Sorbus aucuparia. BAUH. *hist. I.* 62. TOURN. *inst. p.* 634.
Sorbus sylvestris, foliis domesticae similis. BAUH. *pin. p.* 415.
Sorbus sylvestris alpina. LOB. *ic.* 107.
Sorbo selvatico. MATTH.
Vern. Timarass.
Loc. Frequens est in montanis, & subalpinis. *Arbor.*
Vir. Apud alpicolas dolia parantur ex hoc ligno ad vinum conficiendum, cui tribuerunt vires diureticae, & deobstruentes, referente *Cl.* BELLARDI. *Arbor.*

1811 MESPILUS domestica.
Sorbus foliis pinnatis subtus villosis. LINN. *spec. p.* 684.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 447.
Sorbus foliis pinnatis, fructu pyriformi quinque-loculari. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 87. *tab.* 11. *fig.* 3.
Mespilus (sorbus) foliis pinnatis villosis. HALL. *tom.* 2. *n.* 1092.
Sorbus sativa. BAUH. *pin. p.* 415. TOURN. *inst. p.* 633.
Sorbus. BAUH. *hist. I.* 59.
Sorbo. MATTH.
Loc. In sylvis collium. *Arbor.*

1812 MESPILUS germanica.
Icon. Taur. Vol. XXI. tab. 107.
Mespilus inermis foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus sessilibus solitariis. LINN. *spec. p.* 684.
Mespilus foliis ellyptico-lanceolatis serratis, calycibus longissimis persistentibus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1094.
Mespilus foliis oblongis argute serratis, bacca pyriformi truncata. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 88.
Mespilus germanica folio laurino non serrato, sive Mespilus sylvestris. BAUH. *pin.* 453. TOURN. *inst. p.* 641.
Mespilus vulgaris. BAUH. *hist. I.* 69.
Nespolo. MATTH.
Off. Mespilus vulgaris.
Vern. Nespo.
Loc. Frequens in sylvis calidioribus, atque uberrime in sylvis collium *Montisferrati*, *Genuensi* ditioni proximorum. *Arbor.*
Vir. Fructus hujusce plantae ad summam maturitatem quum devenerint, edules sunt, sed semper aliquam habent acerbitatem, ficti si percipiuntur, & parum gustui suaves. Mespili species plerasque fructum farinosum, & adstringentem habent, qui a rusticis ad alvi fluxum sistendum comedi solet.

1813 MESPILUS pyracantha.
Icon. Taur. Vol. XIV. tab. 81. & *Vol. XVI. tab.* 101.
Mespilus spinosa foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtusis. LINN. *spec. p.* 685.
Mespilus aculeata amygdali folio. TOURN. *inst. p.* 641.
Oxyacantha Dioscoridis, sive spina acuta pyrifolia. BAUH. *pin.* 454.
Pyracantha quibusdam. BAUH. *hist. I.* 51.
Rhamnus tertius Dioscoridis. LOB. *ic.* 182.
Off. Pyracantha.
Loc. Ad sepes in Sabaudia vulgaris est. *Frutex.*

1814. MESPILUS amelanchier.
Icon TAUR. *Vol. XVII. tab.* 97
Mespilus inermis foliis ovalibus serratis, cauliculis hirsutis LINN. *spec. p.* 685.
Pyrus foliis ovatis serratis, subtus tomentosis subvestantibus. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 34. *n.* 1093.
Mespilus floribus pentagynis, racemis terminalibus, foliis ovato-lanceolatis annis crenatis; caule inermi SCOP. *Fl. Carn. p.* 583. *n.* 1
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 300
Sorbus foliis ovalibus serratis carinatis; fructu globoso multiloculari. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 92.
Alni effigie, lanato folio, minor BAUH. *pin.* 452.
Mespilus folio rotundiore, fructu nigro subdulci. TOURN. *inst. p.* 642.
Vitis idaea III CLUS. *hist.* 1. *p.* 76
Amelanchier gallo-provincial. BERR. *ii.* 527.
Pyrus amelanchier LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 492
Loc. In montosis *Sabaudiae Joannes* BAUHINUS. Passim occurrit locis subalpinis, & sylvis apricis. *FRUTEX*

1815. MESPILUS Chamaemespilus.
Mespilus inermis foliis ovalibus acute serratis glabris, floribus corymboso-capitatis. LINN. *syst.* 10. *p.* 343.
Mespilus foliis ovatis serratis glabris. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1090
Sorbus frutescens foliis oblongo-ovalibus serratis, fructu ovato bilculari CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 83. *tab.* 1. *fig.* 3.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 231
Crataegus foliis ovalibus glabris acute serratis, caule inermi. JACQ. *vind. p.* 243. *n.* 41.
Cotoneaster folio oblongo serrato BAUH. *pin.* 452.
Loc. In alpibus editis frigidis. *FRUTEX*

1816. MESPILUS cotoneaster.
Icon TAUR. *Vol. XV. tab.* 61. *fig.* 1.
Mespilus inermis foliis ovatis integerrimis, subtus tomentosis. LINN. *syst.* 10. *p.* 343.
Mespilus foliis ovato-acuminatis integerrimis, subtus lanatis, bacca globosa. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 82. *tab.* 11. *f.* 1.
Mespilus foliis ovatis integris subtus tomentosis GER. *p.* 474. *n.* 3.
Mespilus folio subrotundo, fructu rubro. TOURN. *inst. p.* 642.
Cotoneaster folio rotundo non serrato. BAUH. *pin.* 452.
Cotoneaster BAUH. *hist. I.* 73.
Loc. Haec MESPILI species similibus locis nascitur, sed odnioribus, & alpinis. *FRUTEX.*

PYRUS. LINN. *gen. n.* 550. *syst. n.* 566 TOURN. *tab.* 404

A Mespilo differt stylis constanter quinis, totidemque loculis membranaceis, quorum quodlibet semina bina continet

1817. PYRUS communis.
Pyrus foliis serratis, floribus corymbosis LINN. *syst.* 10. *p.* 344.
Pyrus foliis ovato-lanceolatis serratis glabris HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1096. *p.* 35.
Sorbus foliis serratis; fructu turbinato quinquelocalari CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 93.
VERN. *Piru.*
Loc. In sylvis collium, atque ad sepes interdum in montanis. *ARBOR*

1818. PYRUS malus.
Pyrus foliis serratis, umbellis sessilibus. LINN. *spec. p.* 686.
Pyrus foliis ovatis acuminatis, subtus hirsutis, petiolis floriferis brevissimis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 35. *n.* 1097
Sorbus foliis serratis; fructu sphaerico quinqueloculari CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 93.

Vern. Pom.
Loc. In sylvis, & ad sepes superiori frequentior. *Arbor.*

1819. PYRUS cydonia.
Pyrus foliis integerrimis, floribus solitariis LINN. *spec.* p. 687
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 341
Sorbus foliis rotundis integerrimis, fructu lanato quinquelocculari. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 1. p. 93.
Malus cotonea sylvestris. BAUH. pin. 435.
Cotogne. MATTH.
Off. Malus cotonea.
Vern. Pom Codogn.
Loc. Ad sepes in provincia *Montisregalis*, *Liguriæ*, & Comitatu *Astensi*. Circa *Bussigliere* frequentem esse adnotavi: *Ill.mus Comes* FREILINI indefessus Botanophylus, qui propriis sumptibus hortum botanicum alit, colit, atque exoticis stirpibus locupletavit. *Frutex.*
Vir. Non modo sponte nascitur, sed data opera colitur propter fructus, qui sacchato, aut musto conditi, grati, & sapidi sunt. Conserva *Cydoniorum* efficaciter inservit ad alvi fluxum cohibendum, atque illum maxime, quem fibrarum debilitas sustentat, tonum etiam ventriculi erigit. Succus ex fructibus expressus cum addita aliqua aqua aromatica datur unciae unius dosi ad tollendum alvi fluxum. Mucilago ex seminibus cum aqua appropriata effecta optimum demulcens praebet medicamentum, quo medici utuntur in faucium asperitate, urinae ardore, atque abraso muco intestinorum. Extus etiam prodesse dicitur, si fissae, aut excoriatae partes illinantur.

CLASSIS VIII.

PLANTÆ FLORE HEXAPETALO.

I. DIANTHERÆ.

ORCHIS HALL. *hist. tom.* 2 *p.* 131. TOURN *tab.* 247. 248.

Petala quinque, quorum duo interiora sunt, galeam constituunt; sextum petalum barbae in modum descendit. Stylus antice bilocularis continet in loculis primum clausas, deinde hiantibus antheras duas petiolatas, sive filamento instructas.

BULBIS INDIVISIS.

1820 ORCHIS bifolia.
Icon Tavr. Vol. VI tab 129. 131.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longissimo, petalis patentibus, LINN *spec. p.* 1331.
Orchis radicibus oblongis, labello lineari, HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1285., *Act. Helv. vol.* 4. *p.* 162.
Orchis labio lanceolato simplici, cornu setaceo longissimo subangulato. SCOP. *Fl. Carn. p.* 244. *n.* 2. *ed.* 2 *n.* 1102.
Testiculi species V. CAM. *epit. p.* 625.
Orchis alba bifolia, calcari oblongo. BAUH *pin.* 83. VAILL. *tab.* 30. *f.* 7.
Loc. Ubique in sylvis frequentissima. PERENNIS.

1821 ORCHIS globosa.
Icon Tavr. Vol. XV tab. 117 *f.* 1.
Orchis radicibus subrotundis, spica densissima, petalis exterioribus aristatis HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1272 *tab.* 27 & *Helv.* 2 *n.* 31.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio trifido, medio trilobo, cornu brevi, petalis apice subulatis LINN *spec. p.* 1332.
Orchis bulbis indivisis, nectarii cornu brevi, labio trifido, petalis in setam apice spatulatam abeuntibus JACQ. *Vind. obs.* 88 *p.* 292.
Orchis rotundus DALECH *lugd. p.* 1556.
Loc. In pratis editioribus alpium abunde, & in monte *Cenisio*. PERENNIS.

1822 ORCHIS pyramidalis.
Orchis radicibus subrotundis, spica densa, calcare longissimo labello bicorni, aequaliter tripartito HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1286 *Act. Helv. Vol. IV p.* 163.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio bicorni trifido aequali integerrimo, cornu longo, petalis sublanceolatis. LINN *syst.* 12 *p.* 589 JACQ. *Vindob. p.* 292 & *Fl. Aust. tab.* 266.
Orchis militaris montana, spica rubente conglomerata TOURN. *inst.* VAILL. *tab.* 31 *f.* 38.
Orchis labio trifido auriculato, cornu setaceo longissimo tereti SCOP. *Fl. Carn. p.* 245. *n.* 2. *ed.* 2 *n.* 1105.

Orchis flore conglomerato. RIV. tab. 14.
Loc. In pratis abunde inter *Lucengo*, & *Druem.* PERENNIS.

1813 ORCHIS coriophora.
ICON TAUR. Vol. XV tab. 111 fig. 1.
Orchis radicibus subrotundis, galea connivente, labello trifido reflexo. HALL. hist. tom. 2. n. 1284 ii. hercyn. n. 7; Act. Helv. Vol. 4 p. 156.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio trifido reflexo crenato, cornu brevi, petalis conniventibus. LINN. spec. p. 1332.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 122.
Orchis labio trifido reflexo, laciniis subaequalibus, cornu conico germinibus breviore. SCOP. *Fl. Carn.* p. 146. n. 3, ed. 2. n. 1107.
Orchis hirci odore minor. BAUH. pin. 82. VAILL. tab. 31. fig. 30. 31. 32. 37.
Orchis cimicina. CRANTZ. *fasc.* 6. ed. 2. p. 498.
Loc. In pratis siccioribus collium *Liguriae* non infrequens est. PERENNIS.

1814 ORCHIS hircina.
ICON TAUR. Vol. XV tab. 117 f. 1.
Orchis radicibus subrotundis, labello longissimo tripartito plicato. HALL. hist. tom. 2. n. 1268 tab. 25.
Satyrium bulbis indivisis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, intermedio lineari, oblique praemorso. LINN. syst. 13. p. 591.
Orchis hircina. CRANTZ. *fasc.* 6. ed. 2. p. 484.
Orchis hircina. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 1113.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 367.
Orchis barbata odore hirci, breviore, & latiore folio. BAUH. pin. 82. VAILL. tab. 30 f. 6.
Orchis barbata foetida. RIV. tab. 18.
Loc. Sylvosis, & apricis locis collium *Taurinensium*, & *Ligurias*, sed frequens non est. PERENNIS.

1815 ORCHIS morio.
ICON TAUR. Vol. XV tab. 113 fig. 1.
Orchis radicibus subrotundis, galeae petalis linearibus, labello trifido crenato, medio segmento emarginato. HALL. hist. tom. 2. n. 1281 tab. 33. Act. Helv. Vol. 4. p. 152.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido, crenulato, cornu obtuso adscendente, petalis obtusis conniventibus. LINN. syst. 13. p. 589.
Orchis labio quadrifido crenato, cornu obtuso recto, germinibus breviore. SCOP. *Fl. Carn.* 147. n. 5. ed. 2. n. 1110.
Orchis morio foemina. BAUH. pin. 82. VAILL. tab. 31. f. 13. 14. SEGU. tab. 15 f. 7.
Orchis morio foemina, calcari exuberante, bifariamque diviso. SEGU. p. 126 tab. 15 f. 8.
Specie di testicolo IV. MATTH.
Loc. In pratis, & pascuis apricis uberrime locis collinis, & montanis. PERENNIS.

1816 ORCHIS mascula.
Orchis radicibus subrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, segmento medio longiori bifido. HALL. hist. tom. 2. n. 1283 tab. 83 Act. Helv. Vol. 4. p. 154.
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso, petalis dorsalibus reflexis. LINN. spec. p. 1333.
Orchis labio quadrifido crenato, cornu obtuso latere germinum longitudine. SCOP. *Fl. Carn.* p. 148. n. 6. ed. 2. n. 1111.
Orchis morio mas, foliis maculatis. BAUH. pin. 81. VAILL. tab. 31. fig. 11. 12.
β. *Orchis morio foliis non maculatis flore roseo.* SEGU. p. 125 tab. 15 f. 6.
Off. Orchis, sive Satyrium.
Loc. In pratis umbrosis subhumidis montium, & collium. PERENNIS.
Vir. Radices hujusce ORCHIDIS *suavius dant Salep* Persarum. Similia autem principia, similemque utilitatem enim suppeditant pleroeque ORCHIDUM radices. Anteponi autem merentur ORCHIS *morio*, *maculata*, *latifolia*, *militaris*, *pyramidalis*. *Satyrio* veterum, sive *Salep* Persarum adscripere vires sunt aphrodisiacae, instau-

tantes. Licet autem minima negemus glutinosam nutritiam substantiam ab hisce radicibus suppeditari, minime tamen putamus veras extimulantes aphrodisiacas qualitates inesse. Radices ORCHIDIS mixi glutine demulcent, atque acres particulas involvunt, vereque prosunt in morbis intestinorum, atque vitiorum lotii cum albicante muco, in fluore albo mulierum, atque phtysi, ut acres, & muriaticae particulae sint involvendae. Siccatae radices in pulverem redactae, atque in aqua exhibitae ubertim mucilaginem largiuntur utilem ad nutriendum, & demulcendum.

1817 ORCHIS ustulata.
ICON TAUR. Vol. VI. tab. 134. & Vol. IX. tab. 100. f. 2.
Orchis radicibus subrotundis, labello quadrifido, calcare brevissimo. HALL. *hist. tom. 2. n. 1273. tab. 18.*
Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido punctis scabro, cornu obtuso, petalis distinctis. LINN. *spec. p. 1333.*
Orchis labio quadrifido maculato, cornu germinibus, & bractea breviore. SCOP. *Fl. Carn. p. 246. ed. 2. n. 1108.*
Orchis militaris pratensis. SEGU. *p. 123. tab. 15. f. 4.*
Orchis cruenta. CRANTZ. *fasc. 6. ed. 1. p. 490.*
Loc. In pratis subhumidis collium, & montium humiliorum frequentissima. *PERENNIS.*

1818 ORCHIS variegata. N.
Orchis radicibus subrotundis, spica brevissima, labello breviter quadrifido, circumsecto, penicato. HALL. *hist. tom. 2. n. 1275.*
Orchis militaris pratensis elatior, floribus variegatis. SEGU. *tab. 2. p. 125. tab. 15. f. 3.*
Loc. In lapidosis montanis subhumidis ad alpes *Valdenses* pertinentibus non infrequens. *PERENNIS.*

1819 ORCHIS pallens.
Orchis pallens. JACQ. *Fl. Austr. tab. 45.*
Orchis radicibus subrotundis petalis galea limatis, labello trifido integerrimo. HALL. *hist. tom. 2. n. 1281. Act. Helv. Vol. 4. p. 153.*
Orchis bulbosa floribus flavescentibus. SEGU. *Supplem. p. 247. tab. 8. f. 3.*
Loc. In monte *Cenisio*, & montibus supra *Gevenno.* *PERENNIS.*

1830 ORCHIS muscifera.
ICON TAUR. Vol. XV. tab. 3. fig. 1.
Orchis radicibus subrotundis, labello serico bisulco, brachiolis brevibus subulatis. HALL. *hist. tom. 2. n. 1265. tab. 24. Act. Helv. vol. 4. 187.*
Orchis radicibus subrotundis, caule folioso, spicae raræ, labello holosericeo, margine conflexo, apice secto. CRANTZ. *fasc. 6. ed. 2. p. 481.*
Orchis muscaria. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1114.*
Orchis muscae corpus referens, viridi galea, & alis herbidis. VAILL. *p. 147. tab. 31. f. 17. 18.*
Loc. In sterilibus graminosis collium *Taurinensium*, *Liguriae*, & ad oras sylvarum. *PERENNIS.*

1831 ORCHIS arachnites.
ICON TAUR. Vol. XV. tab. 3. f. 2.
Orchis radicibus subrotundis, labello holosericeo emarginato appendiculato. HALL. *hist. tom. 2. n. 1166. Act. Helv. vol. 4. p. 158.*
Orchis radicibus subrotundis, labello holosericeo quadrato infime processu lateo sursum conflexo. CRANTZ. *fasc. 6. ed. 2. p. 483.*
Orchis arachnites. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1115.*
Orchis fucum referens major, foliis superioribus candidis, & purpurascentibus. BAUH. *pin. 83.* VAILL. *tab. 30. f. 10. 11. 12. 13.*
Orchis araneam referens. SEGU. *suppl. p. 244. tab. 8. f. 1.*
Orchis fucifera galea, & alis purpurascentibus. BAUH. *hist. II. p. 766.*
Loc. Similibus locis cum priora nascitur, sed haec frequentior est, atque abunde occurrit in collibus calidioribus, ut *Liguriae*, *Montisferrati*, & *Nicaeae.* *PERENNIS.*

1832. ORCHIS monorchis.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 53.
Orchis bulbo unico subrotundo, labello cruciformi. HALL. *hist. tom. 2. n. 1262.* & *Iter Hercin. n. 6.*
Ophrys bulbo globoso, scapo nudo, nectarii labio trifido cruciato. LINN. *spec. p. 1342.*
Orchis ad trutem color unici, petalis interioribus, externis longioribus. CRANTZ. *fasc. 6. ed. 2. p. 478.*
Orchis trifolia floribus spicatis herbaceis. SEGU. *p. 131. tab. 16.*
Monorchis bifolia flore pallide virente. MENTZ. *pugill. f. 5.*
Monorchis montana minima, flore obsoleto vix conspicuo. MICH. *nov. gen. p. 30. tab. 26.*
Loc. In graminosis humidis montanis, & collinis. PERENNIS.

1833. ORCHIS lingua.
Orchis radicibus subrotundis, galea conglutinata, longissime rostrata, labello trilobato ovato lanceolato. HALL. *hist. tom. 2. n. 1267. Act. Helv. Vol. 4. p. 141.*
Serapias bulbis subrotundis, nectarii labio trifido acuminato petalis longiore glabro. LINN. *spec. p. 1344.*
Orchis lingua. SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1114.*
Orchis montana italica, flore ferrugineo, lingua oblonga. BAUH. *pin. 84. prodr. 29.* SEGU. *suppl. 248. tab. 8. f. 4.*
Orchis macrophylla. COL. *ecphr. p. 321. 322.*
Loc. In pratis, & pascuis subhumidis *Liguriae* frequens; etiam oritur in collibus *Taurinensibus*. Abunde eam *Dronero* Cl. BELLARDI in pascuis di *Celiano*, & *Bugellensibus* frequenter crescere observavit. PERENNIS.

1834. ORCHIS militaris.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 171.
Orchis bulbis indivisis nectarii labio quinquefido punctis scabro, cornu obtuso, petalis confluentibus. LINN. *spec. p. 1333.*
Orchis bulbis indivisis nectarii labio quinquefido lacerii punctis scabro, petalis confluentibus. HUDS. *p. 333. n. 8.*
Orchis radicibus subrotundis, barbae quinquefidae, brachiolis longis, galea confluente, corollis purpureis. CRANTZ. *fasc. 6. ed. 2. p. 301.*
Orchis labio quinquefido maculato, lacinia colorata, recta, & geminatis brevibus. SCOP. *Fl. Carn. p. 249. n. 8. ed. 2. n. 1117.*
JACQ. *Fl. Austr. tab. 307.*
Orchis latifolia, hiante cucullo major. TOURN. *inst. 432.*
Cynosorchis latifolia, hiante cucullo major. BAUH. *pin. p. 80.*
Orchis galea, & alas fere cinerea. BAUH. *hist. II. p. 733.*
Loc. Ubique ad oras sylvarum locis montanis, & collinis. PERENNIS.

1835. ORCHIS anthropophora.
Orchis radicibus subrotundis, spica longa, flore inermi, labello peranguste quadrifido. HALL. *hist. tom. 2. n. 1264. tab. 23. Act. Helv. Vol. 4. p. 136.*
Ophrys bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio lineari tripartito, medio elongato bifido. LINN. *spec. p. 1343.*
Orchis flore nudi hominis effigiem repraesentans, foemina. VAILL. *tab. 31. f. 19. 20.*
Orchis anthropophora Oreades. COL. *ecphr. 1. p. 320.* GARID. *Aix. tab. 70. 71.*
Loc. In dumetis umbrosis *Unciae* quandoque occurrit, frequenter ad Oppidum *Pont d'Assi*, inter *Gorrenum*, & *Ormeam* legit Cl. MOLINERI. Etiam in collibus *Taurinensibus* semel legit *Franciscus* PEYROLERI. PERENNIS.

1836. ORCHIS fusca.
Orchis fusca. JACQ. *Fl. Austr. p. 4. tab. 307.*
Orchis radicibus subrotundis, spica longa labello quadrifido, brachiolis angustis, cruciculis latis serratis. HALL. *hist. helv. n. 1176.*
Orchis magna latis foliis, galea fusca, vel nigricante. BAUH. *hist. II. p. 759.*
Loc. In collibus *Liguriae* nascitur. Prope *Ussey* Cl. BELLARDI. PERENNIS.

1837 ORCHIS alpina.

Orchis radicibus subrotundis, labello ovato, utrinque denticulo notato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1263. *tab.* 22.

Orchis bulbis ovatis, scapo nudo, foliis subulatis, nectarii labio indiviso obtuso, utrinque unidentato. LINN. *spec. p.* 1342.

JACQ. *Vindob. p.* 295. *tab.* 9.

Orchis graminea bulbis ovatis, foliis subulatis, scapo nudo humili, flore cernuo. CRANTZ. *fasc.* 6. *ed.* 2. *p.* 480.

Chamaeorchis alpina gramineo folio. BAUH. *prodr.* 19.

Loc. In monte Cenisio abunde, atque in alpibus *Sesiae*, & *Gressoney*. In *Tarentasiae* alpibus legit *Cl.* BELLARDI. *PERENNIS.*

1838 ORCHIS albida.

ICON. TAUR. *Vol. XV. tab.* 119. *fig.* 1.

Orchis radicibus confertis teretibus, calcare brevissimo, labello trifido. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1270. *Act. Helv. Vol. IV. p.* 143.

Satyrium (albidum) bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto, intermedio obtuso. LINN. *syst.* 22. *p.* 591.

Orchis labio trifido, laciniis acutis integris, cornu obtuso divergente, germinibus brevior. SCOP. *Fl. Carn.* 25. *n.* 10.

Orchis albida. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1124.

Satyrium bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, laciniis lateralibus acutis, intermedia obtusa. JACQ. *Vind. p.* 294. *n.* 91.

Pseudorchis alpina flore herbaceo. MICH. *nov. gen. tab.* 26.

Loc. In herbidis, & saxosis. *PERENNIS.*

BULBIS PALMATIS.

1839 ORCHIS latifolia.

ICON. TAUR. *Vol. VI. tab.* 137.

Orchis radicibus palmatis, caule fistuloso, bracteis maximis, labello trifido serrato, medio segmento obtuso. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1279. *Act. Helv. Vol. IV. p.* 150.

Orchis bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. LINN. *spec. p.* 1334.

Orchis palmata pratensis maculata. BAUH. *pin.* 85. VAILL. *tab.* 30. *f.* 14. 15. *tab.* 31. *f.* 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10.

Orchis labio trilobo crenato, cornu crasso cylindraceo, bracteis flore longioribus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 250. *n.* 9.

Loc. Ubique in humentibus pratis. *PERENNIS.*

Obs. Varietates hujus speciei plurimae sunt: eas egregie persecutus est *Cel.* HALLERUS *loc. cit.*

1840. ORCHIS sambucina.

Orchis bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio ovato subtrilobo, bracteis longitudine florum. LINN. *spec. p.* 1334.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 108.

Orchis radicibus palmatis, bracteis coloratis, labello circumserrato trilobato, lobo medio emarginato. HALL. *hist. Helv. n.* 1280.

Orchis pannonica octava. CLUS. *hist.* 269.

Orchis palmata sambuci odore. BAUH. *pin.* 86.

Loc. In pratis montanis. *PERENNIS.*

1841. ORCHIS incarnata.

Orchis radicibus palmatis, bracteis coloratis, labello circumserrato trilobato, lobo medio emarginato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1280.

Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu conico, labello obsolete trilobo serrato, petalis dorsalibus reflexis. LINN. *spec. p.* 1335.

Orchis palmata lutea, labio floris maculato. SEG. suppl. p. 249. tab. 8. f. 5.
Loc. In monte Cenisio, & montibus supra Giaveno legi, Frequens in pratis montanis alpium maritimarum. *PERENNIS.*

1842. ORCHIS maculata.
Icon Taur. Vol. VI. tab. 136. 138.
Orchis radicibus palmatis, caule solido, labello trifido serrato, medio segmento acuminato. HALL. hist. tom. 2. n. 1278. *Act. Helv. vol.* 4. p. 149.
Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore, labio plano, petalis dorsalibus erectis. LINN. syst. 12. p. 590.
Orchis labio trifido maculato, cornu conico germinibus breviore. SCOP. Fl. Carn. p. 251. n. 1. ed. 2. n. 1119.
Orchis palmata, montana maculata. BAUH. pin. 85; VAILL. tab. 31. fig. 9. 10.
Palmata maculata. RIV. tab. 8.
Loc. In pratis montanis abunde ubique. *PERENNIS.*

1843. ORCHIS conopsea.
Icon Taur. Vol. VI. tab. 135. & *Vol. XV. tab.* 110. f. 2.
Orchis radicibus palmatis, calcare longissimo, labello trifido obtuso unicolore. HALL. hist. tom. 2. n. 1287. *Act. Helv. vol.* 4. p. 164.
Orchis radicibus palmatis, nectarii cornu setaceo, germinibus longiore, labio trifido, petalis duobus patentissimis. LINN. spec. p. 1335. JACQ. Vind. p. 293.
Orchis palmata minor, calcaribus oblongis. BAUH. pin. 85. VAILL. tab. 30. f. 8.
Palmata angustifolia non maculata. RIV. tab. 12.
Loc. In pratis alpium frequentissime. *PERENNIS.*

1844. ORCHIS odoratissima.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 119. f. 3.
Orchis radicibus palmatis, flore concolore, labello obtuse trifido, calcare germine breviore. HALL. hist. t. 2. n. 1274. *Act. Helv. Vol.* 4. p. 148.
Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo breviore, labio trilobo, foliis linearibus. LINN. syst. 12. p. 590. JACQ. Fl. Austr. tab. 164.
Orchis palmata angustifolia minor odoratissima. BAUH. pin. 86. prodr. 30. tab. 30.
Orchis palmata caryophyllata. BAUH. hist. II. p. 777.
Loc. In pratis subhumidis collium, & montium. *PERENNIS.*

1845. ORCHIS nigra.
Icon. Taur. Vol. XV. tab. 119. fig. 3.
Orchis radicibus palmatis, spica densissima, flore resupinato, calcare brevissimo. HALL. hist. tom. 2. n. 1272. *Act. Helv. vol.* 4. p. 144.
Satyrium (nigrum) bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio resupinato trilobo, intermedio majore. LINN. syst. 12. p. 591.
Satyrium bulbis palmatis, foliis linearibus, floribus inversis, nectarii labio integerrimo. JACQ. Vind. p. 293. n. 91. & Fl. Austr. tab. 368.
Orchis miniata. CRANTZ. fasc. VI. ed. 2. p. 487. n. 91.
Orchis nigra. SCOP. fl. Carn. ed. 2. n. 1123.
Orchis palmata angustifolia, flore nigro. SCHEUCHZ. it. 1. p. 45. it. 4. p. 339. SEGU. p. 133. tab. 15. f. 17.
Palma Christi minore. MATTH.
Loc. In pascuis alpinis, & montanis abunde. *PERENNIS.*

1846. ORCHIS viridis.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 118. f. 1.
Orchis radicibus palmatis, galea conivente, labello trifido, calcare brevissimo. HALL. hist. tom. 2. n. 1169. *Act. Helv.* 4. p. 147.
Satyrium (viride) bulbis palmatis, foliis oblongis obtusis, nectarii labio lineari trifido: intermedio obsoleto. LINN. spec. p. 1337.
Orchis viridis. CRANTZ. fasc. VI. ed. 2. p. 491.
Orchis virens. SCOP. fl. Carn. ed. 2. n. 1122.

Orchis palmata batrachites. Bauh. *pin.* 86 Vaill. *tab.* 31 *f.* 6. 7. 8.
Orchis palmata flore viridi. Bauh *prodr* 30. Segu *Veron* 2. *p.* 133 *tab.* 16. *f.* 18.
Loc. In umbrosis montium, & collium, ubi tamen sylvae densae non sunt. *Perennis*.

CYPRIPEDIUM. Linn *gen. n.* 906. *syst. n* 1015 Tourn *tab.* 249.

Petala quatuor, non tamen in galeae modum conniventia, duobus exterioribus, duobus magis interioribus. Quintum, sive inferius petalum calceum lignum sefert. Ad latera tubae ungues duo solidi, divergentes, curvuli, triangulares: sub unoquoque horum anthera sessilis, deorsum bilocularis.

1847 CYPRIPEDIUM calceolus.
Cypripedium radicibus fibrosis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. Linn *spec. p.* 1346.
Calceolus radicibus fibrosis, foliis ovato-lanceolatis. Hall. *hist* tom. 2. *n.* 1300.
Elleborine recentiorum I. Clus *hist. p.* 172.
Calceolus. Riv *t.* 1.
Calceolus Marianus. Dod *pempt* 180. Garid *tab.* 18
Loc. In montibus di *Lanzo*, in sylvis supra *Prolognon*: in alpibus di *Fenestrel* non infrequens. *Perennis*.

EPIPACTIS. Hall. *hist. tom.* 2. *p.* 147 Tourn. *tab.* 249.

Flos Orchidis, sed stylus, sacculorum loco, foveolas binas habet, quarum quaelibet fovet antheram sessilem.

1848 EPIPACTIS abortiva.
Icon Taur Vol. XV tab. 50.
Epipactis aphylla, calcara longo, labello ovato lanceolato Hall. *hist tom.* 2 *n.* 1288. *tab* 36
Orchis bulbis fasciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo, caule aphyllo. Linn *syst* 12 *p.* 591
Serapias abortiva. Scop *Fl Carn. ed.* 2. *n.* 1130.
Jacq. *fl. austr. tab* 193.
Limodorum austriacum. Clus. *Pannon p.* 241.
Loc In dumetis, & sterilibus calidioribus collium *Liguriae*, & *Montisferrati* Etiam in valle *Segusii* supra *Bussolino* observavit *Ignatius* Molineri. *Perennis*.

1849. EPIPACTIS nidus avis.
Icon Taur. Vol. XXVI. tab. 77.
Epipactis aphylla, flore inermi, labello bicorni. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1290 *tab.* 37.
Ophrys bulbis fibrosis fasciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. Linn. *syst* 12 *p.* 592.
Nidus Riv *tab.* 7.
Loc. In sylvis umbrosis, non tamen dumosis collium *Taurinensium*. Similibus locis in Comitatu *Nicaeensi* circa *Sospello*, & in pinetis circa *Lanebourg*. *Perennis*.

1850. EPIPACTIS ovata.
Icon Taur. Vol VI. tab. 130.
Epipactis foliis binis ovatis, labello bifido. Hall. *hist tom.* 2. *n.* 1291
Ophrys bulbo fibroso, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. Linn. *spec. p.* 1340.
Bifolium. Riv. *tab.* 7.
Ophris. Matth.
Off. Ophrys, seu bifolium.
Loc. Vulgatissima in sylvis. *Perennis*.

1851 EPIPACTIS cordata.
Epipactis foliis binis cordatis, labello bifido postice bidentato HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1292.
Ophrys bulbo fibroso, caule bifolio, foliis cordatis LINN. *spec. p.* 1340.
Ophrys minima BAUH. *pin.* 87. *prodr.* 31.
Ophrys foliis cordatis GAGNEBIN *Act. Helv. tom.* 2. *p.* 70.
Ophrys bulbo fibroso, caule folioso, foliis cordatis, nectarii labio bifido HUDS. *p.* 338. *c.* 4.
Loc. In sylvis umbrosis subhumidis *Vallis Ursinæ*, *Tetenone* dictis, & supra *Courmayeur*. Frequens in *Helvetia*, rarissima apud nos est. PERENNIS.

1852. EPIPACTIS spiralis.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 118. *fig.* 2.
Epipactis bulbis cylindraceis, spica spirali, labello crenulato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1294.
Ophrys bulbis aggregatis oblongis, caule subfolioso, floribus spicis secundis, nectarii labio indiviso crenulato LINN. *syst.* 12. *p.* 591.
Serapias spiralis SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1125.
Orchis spiralis RIV. *tab.* 14. *alba odorata* BAUH. *hist. II. p.* 769.
Orchiastrum autumnale pratense spirale album odoratum MICH. *nov. gen. p.* 30. SEGU. *supplem. p.* 253. *tab.* 8. *f.* 9.
Loc. In pascuis sterilibus montanis, collinis, atque etiam planitie, quæ montibus jam proxima est. PERENNIS.

1853 EPIPACTIS repens.
Epipactis foliis petiolatis ovato-lanceolatis, floribus tetrapetalis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1295.
Satyrium bulbis fibrosis, foliis ovatis radicalibus, floribus secundis LINN. *spec. p.* 1339.
Orchis minor flore albo, radice geniculata CAM. *hort. p.* 3. *n.* 33.
Pseudorchis radice repente, foliis maculatis MENZ. *plant. rar. tab.* 3.
Loc. In pinetis umbrosis inter *Lecebourg*, & *Modane*, necnon circa *Oulx* loco dicto *Sapé*. PERENNIS.

1854. EPIPACTIS longifolia.
Epipactis foliis ensiformibus caulinis, floribus pendulis, labello obtuso per oras plicato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1296.
Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus sessilibus, floribus pendulis. LINN. *syst.* 12. *p.* 593.
Epipactis (palustris) caule folioso multifloro, labello articulato vomeriformi, floribus pendulis. CRANTZ. *fasc.* 6. *ed.* 2. *p.* 462. *tab.* 1. *fig.* 5.
Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio obtuso petalis breviore, fructibus cernuis. HUDS. *p.* 341. *n.* 2.
Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio obtuso longitudine petalorum. GER. *p.* 133. *n.* 3.
Helleborine RIV. *tab.* 3.
Loc. In pratis humidis ad montium radices, atque etiam in collibus *Taurinensibus* occurrit. PERENNIS.

1855. EPIPACTIS latifolia.
Icon Taur. Vol. VI. tab. 139.
Epipactis foliis amplexicaulibus ovato-lanceolatis, labello lanceolato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1297.
Serapias bulbis fibrosis, floribus cernuis, bracteis brevioribus. LINN. *spec. p.* 1344.
Helleborine latifolia montana. BAUH. *pin.* 186.
Elleborinee recentiorum genus III CLUS. *Pannon. p.* 276.
Helleborine altera, flore atrorubente. BAUH. *pin.* 186.
Loc. Sylvas collium, & montium frequens inhabitat. PERENNIS.

1856. EPIPACTIS grandiflora.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 16.
Epipactis caule paucifloro, lineis in obtuso labello levibus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1298.

Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, floribus erectis, nectarii labio obtuso petalis breviore Linn *syst.* 12 *p.* 594
Helleborine flore albo, vel Damasonium montanum latifolium. Bauh *pin.*
Helleborine alba, bacha lanceola. Riv. *tab.* 4
Loc. Nihil in sylvis umbrosis montium, & collium frequentius. *Perennis*

1857 EPIPACTIS rubra.
Icon Taur. Vol. XV tab. 116.
Epipactis caule pauciflore, labello lanceolato lineato lateris undulatis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1299.
Serapias bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, floribus erectis, nectarii labio acuto. Linn. *syst.* 12. *p.* 594
Helleborine montana angustifolia purpurascens. Bauh. *pin.* 187
Damasonium flore rosea. Riv. *tab.* 6.
Helleborine longifolia paucis purpureis floribus. Enum. *p.* 274.
Loc. In sylvis umbrosis montium Comitatus *Nicaeensis* minime rara est. In valle di *Lanze* legit *Franciscus* Peyroleri. Nascitur etiam circa *Bruin*. *Perennis*
Obs. Puto esse varietatem *grandiflorae*

II. HEXASTEMONES.

A. EPICARPIÆ

HEMEROCALIS. Linn. *gen. n.* 391. *syst. n.* 429. Tourn. *tab.* 294.

Calycis loco bracteae. Flos ex angusto principio sensim in Campanae formam ampliatus. Stamina duo superiora approximata, reliqua petalorum ductum sequuntur.

1858 HEMEROCALIS liliastrum.
Icon Taur. Vol. XVIII tab. 40
Anthericum foliis planis scapo simplicissimo, corollis campanulatis, staminibus declinatis. Linn. *spec. p.* 445
Hemerocalis floribus patulis secundis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1230.
Anthericum petalis conniventibus, floribus secundis campanulatis. Ger. *p.* 154. *n.* 1.
Liliastrum alpinum minus. Tourn. *inst. p.* 369.
Phalangium magno flore. Bauh. *pin. p.* 29
Phalangium flore lilii. Bauh. *hist. II* 656
Phalangium allobrogicum majus. Clus. *hist. app.* 2.
Ornithogalum liliiforme. Lam. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 278
Loc. In pratis pinguibus, sed tamen lapidosis alpium. *Perennis.*

AMARYLLIS. Linn. *gen. n.* 367. *syst. n.* 402. Tourn. *tab.* 227.

Flos ex sinu magnae spathae prodit. Corolla in plerisque erecto. Stamina declinata.

1859 AMARYLLIS lutea.
Icon Taur. Vol. XXI tab. 43
Amaryllis spatha uniflora, corolla aequali, staminibus erectis. Linn. *syst.* 12. *p.* 236.
Amaryllis spatha uniflora, corolla aequali, genitalibus strictis. Gou. *hort.* 165. *n.* 1.
Colchicum luteum majus. Bauh. *pin. p.* 69.
Loc. In pratis circa *Sinsano*, atque colle *Taurinensi Superga* dicto. *Perennis.*

PANCRATIUM. LINN. *gen. n.* 365 *syst. n.* 400.

Calyx est spatha. Nectarium infundibuliforme, 12-fidum, fructui impositum, stamina sustinens.

1860 PANCRATIUM maritimum.
Pancratium spatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. LINN. *spec. p.* 418.
Narcissus maritimus. BAUH. *pin. p.* 54.
Pancratium monspeliensium, vulgo scilla alba parva. BAUH. *hist. II.* 611.
Lilio-Narcissus albus maritimus minor. MORIS. *hist. p.* 365. *s.* 4. *tab.* 10. *fig.* 18.
Narcissus marinus. DOD. *pempt. p.* 229.
Loc. Ad rupes prope litus maris ubique frequens. PERENNE.

NARCISSUS. LINN. *gen. n.* 364. *syst. n.* 399. TOURN. *tab.* 185.

Calyx est spatha uniflora. Corolla 6-petala instructa nectario infundibuliformi integro, aut leviter sexfido, interius ferente stamina sex.

1861 NARCISSUS poeticus.
Narcissus spatha uniflora, nectarii rotato brevissimo scarioso crenulato. LINN. *spec. p.* 414.
Narcissus uniflorus, foliis ensiformibus, scypho brevissimo. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1250.
Narcissus albus circulo purpureo. BAUH. *pin. p.* 48.
Narcissus medio purpureus. DOD. *pempt.* 223. BAUH. *hist. II.* 600.
Loc. In pratis montanis subhumidis abunde. Joannes BAUHINUS in Sabaudia prope Cormon. PERENNIS.

1862 NARCISSUS pseudo-narcissus.
Narcissus spatha uniflora, nectario campanulato erecto crispo aequante petala ovata. LINN. *spec. p.* 414.
Narcissus foliis ensiformibus, scapo unifloro, scypho undulato serrato petalis aequali. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1252.
Narcissus sylvestris. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *n.* 390.
Narcissus sylvestris pallidus calyce luteo. BAUH. *pin.* 52.
Narcissus luteus sylvestris. DOD. *pempt.* 117.
Loc. In pratis, & apricis sylvis collium Taurinensium. PERENNIS.

1863 NARCISSUS bicolor.
Narcissus spatha uniflora, nectario campanulato, margine patulo crispo aequante petala. LINN. *spec. p.* 415.
Narcissus major totus luteus, calyce prolongo. BAUH. *pin.* 52.
Loc. Inhabitat colles Taurinenses. PERENNIS.

1864. NARCISSUS tazetta.
Icon. TAUR. Vol. XXV. tab. 17.
Narcissus spatha multiflora, nectario campanulato truncato breviore petalis, foliis planis. LINN. *spec. p.* 416.
Narcissus medio luteus, copioso flore, odore gravi. BAUH. *pin. p.* 50.
Narcissus latifolius flore prorsus albo. CLUS. *hist.* 1. *p.* 155.
Narcissus multiflorus. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 391.
Loc. Nicaeensium collium indigena. PERENNIS.

GALANTHUS. Hall. *hist. tom.* 2 *p.* 123 Tourn. *tab.* 208.

Calyx est spatha. Corolla ex tribus petalis, exterioribus majoribus, interioribus minoribus, omnibus apice incrassatis, & notis ex ambitu cereale spongiosis, qui germen terminat. Stamina sex aequalia. Stigma setaceum.

1865 GALANTHUS verus.
Icon Taur. Vol. VII tab. 108
Leucojum spatha uniflora stylo clavato. Linn. *spec. p.* 414
Galanthus uniflorus petalis subaequalibus. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1133.
Jacq. *Fl. Aust. tab.* 312.
Leucojum bulbosum. Clus. *hist. p.* 169.
Narcissus septimus. Cam. *epit.* 957
Narcisso Leucojum vulgare. Tourn. *inst.* 387.
Leucojum bulbosum primum. Tabern. *ic.* 613.
Leucojum bulbosum vulgare. Bauh. *pin.* 55
Leucojum bulbosum hexaphyllum cum unico flore, rarius bino. Bauh. *hist. II. p.* 590
Narcissus sextus. Matth.
Loc. Locis umbrosis, & irriguis collium, & montium martio mense floret. *Perennis.*

1866. GALANTHUS uvalis.
Icon Taur. Vol. XXVI tab. 87.
Galanthus revalis. Linn. *syst. p.* 234. Scop. 1 *p.* 233.
Jacq. *Fl. Aust. tab.* 313
Galanthus uniflorus. Hall. *hist. n.* 1254.
Leucojum bulbosum praecox minus. Clus. *hist. p.* 168.
Leucojum bulbosum alterum. Tabern. *ic.* 614
Leucojum bulbosum trifolium minus. Bauh. *pin.* 56.
Narcissus sextus. Cam. *epit.* 936
Erangelia. Rencalm *spec. p.* 97.
Loc. In agro *Novariensi versus Mediolanum. Perennis.*

B. HYPOCARPIÆ.

ALLIUM. Linn. *gen. n.* 370 *syst. n.* 405 Tourn. *tab.* 206

Spatha communis membranacea, subrotunda, caduca. Flores in umbella simplici; Petala sex aequalia, Stamina vel simplicia, vel alterne trifida; Stigma acutum.

FOLIIS CAULINIS PLANIS

1867 ALLIUM rotundum.
Allium caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspidatis, umbella subglobosa, floribus lateralibus nutantibus. Linn. *spec. p.* 423.
Allium radice multiplici, foliis gramineis, spica sphaerica; staminibus alterne trifidis. Hall. *hist. tom.* 1 *p.* 125 *n.* 1219.
Loc. Habeo ex Comitatu *Nicaeensi. Perenne.*

1868 ALLIUM victoriale.
Icon Taur. Vol. X. tab. 75.
Allium caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, staminibus lanceolatis, corolla longioribus, foliis ellipticis. Linn. *spec. p.* 424.
Allium radice oblonga reticulo obducta, foliis ovato-lanceolatis; umbella sphaerica. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1229.

Jacq. *Fl. Austr.* tab. 216.
Allium plantagineum Lam. *Fl. Franc.*, tom. 3. p. 262.
Allium montanum latifolium maculatum Bauh. *pin.* 74.
Allium alpinum Bauh. *hist. II* p. 566.
Allium anguinum Cam. *epit.* 329.
Allio serpentino Matth.
Loc. In montibus *la Tourniere*, & *de Meluno Sabaudiae*. Perenne.

1869 ALLIUM roseum.
Icon. Taur. Vol. XXIV tab. 41.
Allium caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata, petalis emarginatis, staminibus brevissimis simplicibus. Linn. syst. 12. p. 238.
Allium caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata, filamentis simplicibus basi dilatatis. Ger. p. 150. n. 1.
Allium foliis angustioribus, radice bulbis ampliis, floribus amplis umbellatis. Sauv. monsp. 42.
Allium sylvestre, seu molle minus, roseo flore. Magn. monsp. 2. tab. 10. & Tourn. *inst.* p. 384.
Loc. In olivetis, & arvis *Uneliae*, & Comitatus *Nicaeensis* passim. Perenne.

1870 ALLIUM arenarium.
Allium caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, staminibus tricuspidatis. Linn. *spec.* p. 426.
Allium foliis ciliatis, umbella bulbifera, staminibus alterne trifidis. Hall. *hist.* tom. 2. p. 106. n. 1222. tab. 2.
Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascente. Bauh. *pin.* p. 74.
Allium sylvestre amphycarpon, foliis porraceis, floribus, & nucleis purpureis. Rai. syn. 2. p. 370.
Porrum planifolium, staminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. Rupp. Hall. 154. tab. 2. *fig.* 2.
Loc. Secus torrentes, proximaque prata circa *Tendam*. Perenne.

1871 ALLIUM carinatum.
Icon. Taur. Vol. XXV tab. 52.
Allium caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. Linn. *spec.* p. 426.
Allium caule sobolifero, foliis sulcatis, spatha bicorni, umbella bulbifera. Hall. *hist.* tom. 2. n. 1224.
Loc. In monte *Cenisio*, & circa *Fenestrelles* lectum est. Perenne.

FOLIIS CAULINIS TERETIBUS

1872 ALLIUM sphaerocephalon.
Icon. Taur. Vol. VII. tab. 110.
Allium caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspidatis corolla longioribus. Linn. *spec.* p. 426.
Allium radice gemella, foliis fistulosis, capite sphaerico, staminibus alterne trifidis. Hall. *hist.* tom. 2. n. 1220.
Allium, s. Moly montanum purpureo flore. Clus. *hist.* p. 195.
Loc. Ad rupes supra *Usney*, & in montibus, alpibusque, locis saxosis, atque rupestribus apricis. Perenne.
Descr. Caules glauci, teretes, non striati, laeves, rotundi. Vaginae virides ad imum caulem educunt. Folia interius plana, inferius convexa, quae deinde semiteretia canaliculata evadunt, caulis altitudinem aequantia, aut aliquantulum superantia. Vagina floralis non caudata, una emplexa, & bifida. Capitulum brevinsculum rotundum, sive ex subrotundo conicum, inferiorum enim florum pedunculi continuo longiores sunt, atque densam imbricatam umbellam efformant. Pedunculi inferiorum florum longitudine petalorum. Petala rubentia, antica obscuriora, per aetatem vinosa fiunt, & diu persistunt, & post florescentiam magis connivent. Petala ovata, alterna, & exteriora paullo breviora, & angustiora,

Hisce stamina simplicia respondent; aliis autem trifida. Antherae staminibus impositae, obscurae, sulcatae. Stamina extra florem prodeuntia. Filamenta staminum superius purpurascentia. Stylus interne purpurans, longe extra florem productus, stygmate ex luteo albicante. Petala non aristata. Capsuliferum est.

1873. ALLIUM descendens.

Allium caule subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspidatis. LINN. *spec. p.* 427.

Loc. In valle *Stafora* agri *Dertonensis* locis uvidis. PERENNE.

Obs. Habet contiguos ad caulis originem duos adnatos bulbulos; folia fistulosa super canaliculata, caulem bipedalem, vaginam quadrifidam. Sed in ALLIO *sphaerocephalo* folia minus fistulosa, supra parum canaliculata, fere plana, petala nunquam sunt patentia. Radix bulbosa unica, neque adnatos bulbulos habet.

1874. ALLIUM flavum.

Icon TAUR. *Vol.* XXV. *tab.* 69.

Allium caule teretifolio umbellifero, floribus pendulis, petalis ovatis, staminibus corolla longioribus. LINN. *spec. p.* 428.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 141.

Allium juncifolium bicorne luteum. TOURN. *inst. p.* 384. BAUH. *pin. p.* 75. *prodr.* 17.

Loc. In valle *Queiras*, unde versus *Guillestra* reperit *Ignatius* MOLINERI. PERENNE.

1875. ALLIUM pallens.

Icon TAUR. *Vol.* XVIII. *tab.* 97. *f.* 1.

Allium caule subteretifolio umbellifero, floribus pendulis truncatis, staminibus simplicibus corollam aequantibus. LINN. *spec. p.* 427.

Allium montanum bicorne flore pallido odoro. BAUH. *pin.* 75.

Loc. In colle *S. Albani* prope *Nicaeam*. PERENNE.

1876. ALLIUM paniculatum.

Icon TAUR. *Vol.* X. *tab.* 77.

Allium caule subteretifolio umbellifero, pedunculis capillaribus effusis, staminibus subulatis, spatha longissima. LINN. *syst.* 12. *p.* 239.

Allium radice duplici, foliis succulentis, spatha bicorni, umbellae radii pendulis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1225.

Allium montanum bicorne, floribus triquetris purpureis, pedunculis longis, & reflexis. SEGU. *Veron.* 2. *p.* 70.

Loc. Incolit aeque rupes calidiores, & humiliores, sed tamen alpes ascendit, frequens in montibus di *Viu*, & *Lanzo*. PERENNE.

1877. ALLIUM vineale.

Icon TAUR. *Vol.* XII. *tab.* 34.

Allium caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspidatis. LINN. *spec. p.* 428.

Allium radice multiplici, foliis fistulosis, capite sphaerico bulbifero, staminibus alterne trifidis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1221.

Allium sylvestre campestre purpurascens. BAUH. *pin.* 74.

Allium sylvestre teretifolium. DOD. *pempt.* 683.

Ampeloprasum. MATTH. *p.* 552. *vulgo.*

Loc. Frequentissimum in arvis collium, & praecipue secalinis. PERENNE.

1878. ALLIUM oleraceum.

Icon TAUR. *Vol.* XV. *tab.* 65.

Allium caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus subtus sulcatis, staminibus simplicibus. LINN. *spec. p.* 429.

Allium bulbo simplici, foliis fistulosis, spatha bicorni, umbella bulbifera. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1123.

Allium virescens. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 259.

Allium montanum bicorne, flore ex albido, BAUH. pin. 75.
Allium sylvestre bicorne, flore viridi BAUH hist II p. 561.
Loc. Locis saxosis cultisque frequens est, PERENNE.

SCAPO NUDO

1879. ALLIUM senescens.
Icon TAUR. *Vol.* XVIII *tab.* 110, & *Vol* XX *tab.* 68.
Allium scapo nudo ancipiti, foliis linearibus, subtus convexis laevibus, umbella subrotunda, staminibus subulatis LINN *spec* p. 430.
Allium radice bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis brevissimis HALL. *Helv* 297 *ell.* 16 *n.* 2.
Allium montanum, foliis narcissi, majus. BAUH. *pin.* p. 75 TOURN *inst* p. 384.
Allium caule ancipiti tereticaulo, foliis ensiformibus, hinc paullo convexioribus GMEL. *sibir.* 1. *p.* 53. *tab.* 2. *fig.* 1.
Allium saxatile Acori radice, flore purpureo BOCC. *mus* 2 *p.* 84 *tab* 79.
Allium petraeum umbelliferum. BAUH. *hist.* II *p.* 564 *tab* 564.
Loc. In rupibus alpium frequens est, copiose in monte *Cenisio* PERENNE
Descr. Bulbus simplex, oblongus, fibras teretes, ramosas, albas demittit, & novam sobolem ex imo bulbo progenerans. Ex eodem bulbo duo, aut tres caules nascuntur. Folia radicalia sex plerumque erecta, glabra, viridia, linearia, succulenta, supra plana, subtus aliquantum convexa, & paullisper contorta. Inter folia erigitur scapus nudus, cubitalis, aut pedalis, firmus, minime cavus, contortus, teres, sed non vere compressus, & in costam acutam utrinque anceps. Spatha bifida, concava, striis viridibus notata, brevis, acuminata. Umbella florum numerosa, hemisphaerica. Pedunculi omnes subaequales, teretes, unciae unius circiter longitudine. Flores non penduli. Petala florum ex albo purpurescentia, ovata, concava, fere duorum ordinum, exterioribus paullo brevioribus, magis concavis, & fere carinatis, interioribus minus concavis. Petala erecta, parum patentia. Stamina ex lata basi sensim acuminata, plana, germen comprehendentia, primum albida, dein levi purpura tincta, longitudine petalorum. Antherae quadrisulcae, oblongae, primum luteae cum aliqua rubedine, deinde fusco-purpureae. Exteriorum petalorum stamina paullo breviora. Stylus longitudine staminum. Odor, & sapor ALLII, sed debilior.

1880. ALLIUM angulosum.
Icon TAUR. *Vol.* XII *tab.* 31.
Allium scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus angulosis, umbella fastigiata LINN *spec* p. 430.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 433.
Allium radice senescente lignosa transversa, umbella erecta HALL. *all.* 16
Allium umbelliferum pratense. BAUH. *hist.* II *p.* 564. *tab.* 564.
Cepa scapo nudo subangulato tereti, foliis linearibus subtus angulosis, staminibus corolla brevioribus GMEL. *sibir.* 1. *p.* 58. *tab.* 14. *f.* 1.
Loc. In pratis circa *Novariam*, inter *Dructi*, & la *Venaria* PERENNE
Obs. Celeberrimus HALLERUS (*historiae plantarum n* 1227.) *senescens* cum *anguloso* conjungit, certa discrimina vix reperiens. *Angulosum* differre videtur loco natali, floribus majoribus, minori plantae altitudine, atque foliis minime flexuosis.

1881. ALLIUM nigrum *tab.* 85 *fig.* 1.
Icon TAUR. *Vol.* X *tab.* 73, 74.
Allium scapo nudo tereti, foliis linearibus, umbella erecta, petalis erectis, spatha mucronata bifida LINN. *spec* p. 430.
Allium narcissifolium LAM *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 263.
Allium montanum bicorne latifolium, flore magno diluta purpurascente RUDB *elys* 2. *p.* 160 *f.* 21.
Loc. Circa locum *Avilianae*, & in alpibus di *Lanzo*. In monte *Vermelino* prope *Limone*, *Col de la Croix*, prope la *Gianola*. PERENNE.

Descr. Caulis primo rotundus, anceps, obtusissime quadrangularis, postea compresso-tetragonus, utrinque acutus, nudus, tortuosus. Folia glabra, antrorsum costa acuta, subtus striata, duorum etiam palmorum longitudine, linearia, acuminata, odora Allii, saepius quinque vaginantia. Caulis nudus per duos palmos ultra foliorum altitudinem: vagina bifida, quadricornis; pedunculi rotundi, erecti, unciales, flores a duodecim ad quindecim, & ultra. Florum petala ovata, exteriora majora, tria interiora minora, marginata cum spinulis, quae evidentius est in exterioribus. Stamina alba, simplicia, petalis breviora. Stylus brevis, incurvus. Fructus magnus, tricapsularis. Loculus quilibet habet duo magna semina nigra, ex una parte plana, ex altera rotunda. Capitula odorem *Cepae* exhibere, folia Allii odorem. Radix fibrosa odorem *Cepae*, & Allii habet.

1882 ALLIUM ursinum.

Icon Taur. Vol. XIV tab. 95.

Allium scapo nudo triquetro, foliis lanceolatis, petiolatis, umbella fastigiata. Linn. *spec. p.* 431. Mant. *alt.*

Allium foliis radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, floribus umbellatis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1228.

Allium petiolatum. Lam. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 261.

Allium sylvestre latifolium. Bauh. *pin.* 74.

Allium ursinum. Cam. *epit.* 330.

Loc. Nihil in sylvis opacis frequentius. *Perenne.*

1883 ALLIUM triquetrum.

Allium scapo nudo, foliis triquetris, staminibus simplicibus. Linn. *spec. p.* 431.

Allium caule triangulo. Tourn. *inst.* 385.

Moly parvum caule triangulo. Bauh. *pin.* 75.

Moly caule, & foliis triangularibus. Parr. *par.* 142. *tab.* 143. *f.* 4.

Loc. Ex alpibus Vinadii misit Cl. Giavelli. *Perenne.*

1884 ALLIUM schoenoprasum.

Icon. Taur. Vol. X. tab. 76.

Allium radice multiplici, foliis radicalibus teretibus scapi longitudine; floribus umbellatis, cylindricis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1226.

Allium scapo nudo folia adaequante tereti subulato-filiformia. Linn. *syst.* 12. *p.* 240.

Porrum sectivum junccifolium. Bauh. *pin.* 72.

Schoenoprasum. Dod. *pempt.* 689.

Loc. In pratis montanis, & alpinis frequenter occurrit. *Perenne.*

Vir. *Oleracei*, & *Schoenopraso* radices etiam edules sunt, sed ad usum culinae Allium sativum, & *scorodoprasum* veniunt. Allium *ursinum* apud nostrates nullo in usu est propter summam odoris vehementiam. Allii genus continet principia oleosa, & acria, caustica, & rubefacientia. Bubones pestilentiales usilius aperire dicuntur Allii radices, eaedem vermibus infensae habentur, atque urinam pellere dicuntur; condimentum non contemnendum esse faciunt, sed frequentius sitim, & causticam naturam in humoribus inducit. Ex radicibus Allii contusis rubefaciens externum medicamentum parari potest, quod sinapismatum vicem supplere potest.

LILIUM. Linn. *gen. n.* 371. *syst. n.* 406. Tourn. *tab.* 195. 196.

Corolla hexapetala, campanulata. Nectarium est linea longitudinalis in quolibet petalo. Stigma trigonum. Capsula oblonga, sulcata, trigona, trilocularis, trivalvis.

1885 LILIUM bulbiferum.

Icon Taur. Vol. VII. tab. 212.

Lilium foliis sparsis, corollis campanulatis erectis intus scabris. Linn. *spec. p.* 443. Jacq. *Fl. Austr. tab.* 226.

Lilium caule folioso, foliis sulcatis gramineis, floribus campaniformibus, intus flocculis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1232.
Lilium purpureo-croceum majus BAUH *pin* 76
Lilium rubens, vel croceum majus. BAUH. *hist. II p.* 688.
β. *Lilium purpureo-croceum minus* BAUH *pin* 77
Loc. Ad oras sylvarum locis praecipue praecipitibus in editioribus collibus *Taurinensibus*, & apricis montanis. PERENNE

1886 LILIUM martagon.
Icon TAUR. *Vol. VII. tab.* 111 113 114.
Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. LINN. *spec. p.* 435 HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1233.
JACQ *Fl Austr. tab.* 351.
Lilium montanum floribus reflexis. BAUH. *pin.* 77 GARID. *Aix. tab.* 53
Lilium sylvestre DOD *pempt* 201
Loc. In dumetis, & sylvis *Taurinensibus*, ac subalpinis. PERENNE.

1887 LILIUM pomponium.
Lilium foliis sparsis subulatis, floribus reflexis, corollis revolutis. LINN *spec p.* 434. MILL. *dict.* 165. *f.* 2
Lilium rubrum LAM *Fl Franc tom* 3 *p.* 283.
Lilium rubrum angustifolium BAUH *pin. p.* 78.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi* frequens PERENNE

FRITILLARIA LINN *gen. n.* 372, *syst n* 407 TOURN *tab.* 201.

Corolla hexapetala, campanulata. Nectarium est fovea supra ungues cujusvis petali.
Stigma trifidum, patens. Capsula trigona, trilocularis, trivalvis.
Semina plana.

1888 FRITILLARIA meleagris
Icon TAUR *Vol. XVIII tab* 50.
Fritillaria caule subunifloro, foliis omnibus alternis. LINN. *spec p.* 436.
JACQ *Fl Austr append. tab* 32.
Fritillaria caule paucifloro, foliis caulinis gramineis alternis HALL. *hist tom.* 2. *n.* 1235
Fritillaria scapo unifloro, foliis alternis SCOP *Fl. Carn. p* 238, *n.* 1.
Fritillaria lutea maxima italica PARK. *parad p.* 43
Loc In pratis alpium *Monregalensium*, *Tendae*, & vallis *Quercus*. *Cl.* BELLARDI etiam vidit in pratis di *Uassy* loco dicto *la Marcassà* PERENNIS.
Obs Flos hexapetalus tribus interioribus paullo longioribus Petala extus ex luteo virent infuscata, versus basim vicina fovea excavata, ex qua in externa facie gibba protuberant, venis viridibus percursa, color interior petalorum luteus, tessellis purpureis maculatus, unguibus petalorum aequaliter dilute purpureis. Caulis rotundus, foliis alternis sessilibus, arrectis, semiamplexicaulibus, non vaginantibus donatus. Varietas purpurea in luteam mutata est.

UVULARIA. LINN *gen n.* 373, *syst. n.* 408.

Corolla hypocrateriformis, petalis lanceolatis, angustis Nectarium est fovea *oblonga*, ad basim petalorum insculpta. Stylus semitrifidus, stigmatibus reflexis.
Filamenta sex brevissima. Capsula *oblonga*, trilocularis
Semina subrotunda, compressa.

1889 UVULARIA amplexifolia
Uvularia foliis amplexicaulibus. LINN *spec p.* 436
Uvularia foliis amplexicaulibus HALL. *hist tom.* 2. *n* 1237.
Polygonatum latifolium ramosum, flore albo minore, germanicum BARR. 12. 719

Polygonatum latifolium ramosum CLUS. *p.* 266-67. *hist. p.* 276. BAUH. *pin. p.* 303. BAUH. *hist. III. p.* 531.

Loc. In sylvis umbrosis alpium. *PERENNIS.*

ERYTHRONIUM LINN. *gen. n.* 375. *syst. n.* 410. TOURN. *tab.* 202.

Corolla campanulata petalis lanceolatis, supra medium reflexis. Nectarium constituunt tubercula duo, petalis interioribus juxta basim adnata. Stamina sex minima. Stigma trifidum. Capsula subrotunda, trilocularis. Semina oblonga.

1890 ERYTHRONIUM dens canis.
Icon. TAUR. *Vol. VII. tab.* 122.
Erythronium. LOB. *adv. p.* 64. LINN. *spec. p.* 437. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1234.
JACQ. *Fl. Austr. append. tab.* 9.
Erythronium maculatum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 286.
Dens canis latiore, rotundioreque folio. BAUH. *pin.* 87.
Satyrium quorumdam erythronium bifolium flore unico radiato purpureo. BAUH. *hist. II. p.* 680.
β *Dens canis angustiore, longioreque folio.* BAUH. *pin.* 87.
Loc. Non solum in collibus *Taurinensibus*, uti observavit LOBELIUS, sed etiam in agri *Taurinensis* sylvis umbrosis, & similibus locis ad radices montium subalpinorum abunde provenit. *PERENNIS.*

TULIPA LINN. *gen. n.* 376. *syst. n.* 411. TOURN. *tab.* 199. 202.

Corolla campanulata basi lata cava, petalis oblongo cuspidatis, erectis. Stigma triangulare angulis divisis. Capsula trigona, trivalvis. Semina plana.

1891 TULIPA sylvestris.
Tulipa flore subnutante, foliis lanceolatis. LINN. *spec. p.* 438.
Tulipa filamentis subulatis, infirne villosis. GER. *p.* 148. *n.* 1.
Tulipa minor lutea, italica, & gallica. BAUH. *pin.* 63. GARID. *Aix. p.* 475.
Tulipa minor lutea Narbonensis. BAUH. *hist. II. p.* 677.
Tulipa Narbonensis. CLUS. *hist. p.* 151.
Loc. Felix VALLE legit in alpibus *Exillarum*. Nascitur etiam in pratis alpinis *Vinadiensibus*, *Valderianis*, atque *Tendae*, montis *Cenisii*, & *Fenestrellarum*. *PERENNIS.*

ASPHODELUS LINN. *gen. n.* 379. *syst. n.* 417. TOURN. *tab.* 178.

Corolla hexapetala, stellata, petalis basi conglutinatis. Filamenta ex origine calycis, basi lunata, & arcte germen in globum disposita. Stigma truncatum. Capsula carnosa, subrotunda, triloba, trilocularis, polysperma.

1892 ASPHODELUS ramosus.
Asphodelus caule nudo, foliis ensiformibus carinatis laevibus. LINN. *spec. p.* 444.
Asphodelus albus ramosus, & non ramosus mas. BAUH. *pin.* 28.
Asphodelus I. II. CLUS. *hist. p.* 197.
Asphodelus MATTH.
Loc. Frequens in apricis editiorum collium *Taurinensium*, praecipue secus sylvas. Cl. BELLARDI in sylvis elatioribus de *Borgomasino*. *PERENNIS.*

1893 ASPHODELUS fistulosus.
Asphodelus caule nudo, foliis strictis subulatis striatis subfistulosis. LINN. *spec. p.* 444.
JACQ. *Hort. Vindob. tab.* 77.
Asphodelus caule nudo, foliis strictis. ROY. *Lugdb.* 34.

Asphodelus minor. CLUS. *hist.* 1. *p.* 197.
Asphodelus foliis fistulosis. BAUH. *pin.* 29.
Loc. In Liguriae montibus *Sevmae* proximis reperit *Petrus* MOLINERI. *PERENNIS.*

SCILLA. LINN. *gen. n.* 378. *syst. n.* 415. TOURN. *tab.* 196.

Bracteae loco calycis. Corolla patens. Filamenta non lata, sed filiformia.

1894 SCILLA maritima.
Icon. Taur. Vol. XXI tab. 14.
Scilla nudiflora bracteis refractis. LINN. *spec. p.* 442.
Ornithogalum maritimum, s. Scilla radice rubra. TOURN. *inst. p.* 381.
Scilla rufa magna vulgaris. BAUH. *hist. II p.* 615.
Scilla vulgaris radice rubra. BAUH. *pin.* 73.
Scilla foemina PLINII.
Ornithogalum maritimum. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 274.
β. *Scilla radice alba.* BAUH. *pin.* 73.
Ornithogalum maritimum, s. Scilla radice alba. TOURN. *inst.* 381.
Scilla mascula PLINII.
Scillae magnae albae. BAUH. *hist. II. p.* 615.
Scilla. MATTH.
Off. Squilla.
Loc. Ad maris litus, arenosa, & rupes inhabitat. *PERENNIS.*
VIR. SCILLÆ radix urinarum in officinis remedium constituit vere efficax ad urinam pellendam. Vis activa posita est in principio quodam volatili acri, & fere caustico. Saporis amari est, & acris nauseam gignentis. Cum applicata haec radix cutem rubefacit, intus vero assumpta, nisi intra exiguam dosim Medicus se contineat, ac detur cefracta dosi, nauseam, vomitum, atque etiam alvum movet. Ad sanguinem autem delatae refertur SCILLÆ particulae potenter mucum incidunt, atque lotii secretionem urgent. Quum igitur summe virosa posita est in periculis volentibus, solent fersuae partes involutae laminae radicis hujusce plenae diligenti igne in clibano exsiccari, ut minus fiet harum particularum deperditio: ea tenuae exsiccatae in pulverem deinde teruntur, quae praeparatio in officinis nomen habet SCILLÆ *praeparatae.* SCILLÆ maxime proficuus usus est in asthmate humido, atque in hydrope, qui sequitur congestam in pulmonibus viscidam, lentamque pituitam; interdum etiam in aliis hydropis speciebus ad suppressam urinam revocandam Medici SCILLAM adhibent, ut symptomatis medeantur, namque affert utilitatem, licet caussam morbum facientem non auferat. Caussa autem morbi semper ante oculos habenda est: haec enim interdum omnino SCILLÆ usum interdicit. Caveant igitur tyrones, ne nimis pollere hoc remedio studeant in hydrope, qui sequitur repercussa cutis exanthemata, speciatim etiam morbillos, & scarlatinam. Neque aptum remedium est generatim in tympanite etiam ascitem jam inducente: male etiam debitur SCILLA, si urinae suppressio ex asthmate sicco veniat, aut acris humor pulmones lacessens oppressionem afferat, urinaeque suppressionem. Ex suppressa cutis perspiratione phlegmatia interdum reboritur lotii separationem auferens, sed ea per hoc remedium non restituitur. Alias ex phlogistica sanguinis densitate urinae separatio non habetur, at ea tali auxilio, ut plerum est, minime promovenda. Ascites pro diversitate caussarum multiplicem curandi rationem expostulat: si viscidi, tenacesque serosi humores collecti morbum fecerint, catharticis, atque hydroticis remediis securius velendo obviatur, quam iis, quae urinam movent; si viscerum obstructiones ascitis originem dederint, major mihi fiducia est in deobstruentibus, & saponaceis, atque signatim in extracto *hellebori nigri*, quam in SCILLÆ radice. In leucophlegmatia, licet sua caetere non possit utilitate hujusmodi radix, saepius tamen magis proficuae visa sunt pro ratione caussarum, ac aegri constitutione resolventia diaphoretica, tonica corroborantia, uti martialia, aut purgantia hydragoga. In genere moneantur tyrones, ne SCILLAM exhibeant iis, quos febris tenet, aut quibus laesa existunt viscera, aut aetate rudibus, aut qui obnoxii sunt nervorum spasmis. Diu etiam in ejusdem usu persistendum

non est, nam stomachum dejicit, & in febriculam, ac tabem aegros deducet. Quatuor, aut quinque grana ante dosi exhibita solent vomitum, & alvum movere; ideirco si pro alterante usurpetur ad urinam movendam, duorum granorum dosis sufficere solet, eaque pluries intra nychthemerum repetenda, atque majori dosi progrediendum est usque donec medicamenti usus requiritur. Specificum commendamus SCILLAM in asthmate humido, atque hydrope genito ex nimio muco pulmones infarciente. Extat in officinis *oxymel*, *vinum*, & *acetum scilliticum* vinum, & acetum ad eundem usum, quos praebet SCILLA *praeparata*, a Medicis imperantur, sed aegroti difficile ferunt, vomitu excitato, nisi convenienti vehiculo diluantur. *Oxymel tandem scilliticum* fortiter humores incidit, atque urinam pellit; non modo autem in hydrope administratur ab uncia semisse ad unciam unam, sed vinis mixturis adjici solet in asthmate humido, & pituitoso pulmonum infarctu, tum ad urinam pellendam, tum ad sputa educenda. Cavendum autem ab ejusdem usu, si morbus sit naturae phlogisticae, aut nervi spasmo afficiantur, sive ille per consensum ex nervorum motibus convulsivis veniat, sive pendeat ex stimulo interne acris irritantis.

1895. SCILLA bifolia.
Scilla floribus erectiusculis paucioribus. LINN. syst. 12. p. 243.
Phalangium radice bulbosa, foliis latissimis obtusis, spica pauciflora, stipulis minimis. HALL. hist. tom. 2. n. 1211.
Anthericum bifolium. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 414.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 117.
Hyacinthus stellaris bifolius germanicus. BAUH. pin. 45.
Hyacinthus stellatus bifolius vernus dumetorum flore caeruleo. BAUH. hist. II. p. 579.
Ornithogalum bifolium. LAM. Fl. Franc., tom. 3. p. 274.
LOC. In umbrosis secus *Duriam*, & *Sturam*, & in dumetis collium *Taurinensium*. PERENNIS.

1896. SCILLA italica.
ICON. TAUR. Vol. XXV. tab. 18.
Scilla corymbo conferto subrotundo. LINN. spec. p. 442. mant. alt. obs.
Hyacinthus stellaris italicus. BESL. Eyst. vern. 41. f. 1.
Hyacinthus stellaris spicatus cinereus. BAUH. pin. 46.
LOC. Locis lapidosis non maculentis, & umbrosis Comitatus *Nicaeensis*. PERENNIS.

1897. SCILLA autumnalis.
ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 98.
Scilla foliis filiformibus linearibus, floribus corymbosis, pedunculis nudis adscendentibus longitudine floris. LINN. spec. p. 443.
Anthericum autumnale. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 415.
Hyacinthus stellaris autumnalis minor. BAUH. pin. 47.
Hyacinthus autumnalis major, & minor. CLUS. hist. 185. BAUH. hist. II. p. 574.
Ornithogalum autumnale. LAM. Fl. Franc., tom. 3. p. 274.
Ornithogalum autumnale minus floribus caeruleis. TOURN. inst. p. 381. GARID. Aix tab. 73.
LOC. Nascitur in pratis non irriguis prope *Moncastello* loco dicto il *Casnuot* di *Raugnu*, observante *Ignatio* MOLINERI. PERENNIS.

ORNITHOGALUM. LINN. gen. n. 377; syst. n. 414. TOURN. tab. 203.

Bracteae loco calycis. Filamenta lata, alterna, saepe tricuspidata.

1898. ORNITHOGALUM luteum.
ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 30. fig. 2.
Ornithogalum scapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis simplicibus. LINN. spec. p. 439.
Phalangium radice bulbosa, stipulis maximis hirsutis, floribus umbellatis, petiolis unifloris. HALL. hist. tom. 2. n. 1213.

Ornithogalum scapo angulato, bracteis binis umbella longioribus, pedunculis simplicissimis. GOU hort. monsp. 171. n. 1.
Fritillaria caule diphyllo, petalis patentibus. GER. *Fl. Gallopr.* p. 148. n. 1.
Ornithogalum luteum. BAUH. pin. 171. TOURN. inst. 379. GARID. aix 343. tab. 74.
Loc. In aridis collibus. *PERENNE.*
Obs. ORNITHOGALUM *minimum* LINNÆI a luteo non videtur differre.

1899. ORNITHOGALUM pyrenaicum.
Icon. TAUR. Vol. VI. tab. 116.
Ornithogalum racemo longissimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus, fructiferis scapo approximatis. LINN. spec. p. 440. GOU. *Illustr.* p. 26.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 103.
Phalangium longissime spicatum, filamentis latis lanceolatis. HALL. hist. tom. 2. n. 1210.
Ornithogalum floribus racemosis, filamentis lanceolatis, pedunculis simplicibus. SCOP. *Fl. Carn.* p. 242. n. 1. ed. 2. n. 409.
Ornithogalum flavescens. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 277.
Ornithogalum angustifolium majus, floribus ex albo virescentibus. BAUH. pin. 70.
Loc. Frequens in pratis subhumidis montosis, & subalpinis, etiam ad collina loca descendit, atque nascitur in collibus *Taurinensibus.* *PERENNE.*

1900. ORNITHOGALUM Narbonense.
Ornithogalum racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis, floribusque patentibus. LINN. spec. p. 440.
Ornithogalum majus spicatum flore albo. BAUH. pin. 70.
Ornithogalum Narbonense. DOD. pempt. 222.
Ornithogalum Narbonense. JACQ. *Fl. Austr.* tab. 103.
Loc. Inter segetes collium *Taurinensium* non infrequens. *PERENNE.*

1901. ORNITHOGALUM umbellatum.
Icon. TAUR. Vol. VII. tab. 124. *f.* 1.
Ornithogalum floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus, filamentis emarginatis. LINN. spec. p. 441.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 343.
Ornithogalum spathis maximis, petalis lato albis longissimis. HALL. hist. tom. 2. n. 1215.
Ornithogalum umbellatum medium angustifolium. BAUH. pin. 70.
Ornithogalum vulgare, & verius majus, & minus. BAUH. hist. II. p. 610.
Ornithogalum (umbellatum) floribus corymbosis, staminibus simplicibus. VILL. prosp. p. 18.
Loc. Pedemontio in pascuis, & ad vias, & secus agros. *PERENNE.*

ANTHERICUM LINN. gen. n. 380. syst. n. 418. TOURN. tab. 193.

Differt a Scilla florum petalis subereetis, diu persistentibus, stigmatibus tribus, & siliquis trilobis, capsulam triloculare mentientibus.

1902. ANTHERICUM serotinum.
Icon. TAUR. Vol. VII. tab. 124. *f.* 4.
Anthericum foliis planiusculis, scapo unifloro. LINN. spec. p. 444.
Phalangium foliis teretibus, scapo unifloro. HALL. hist. tom. 2. n. 1209.
Bulbocodium alpinum juncifolium flore unico intus albo, extus squalide rubente. RAI syn. p. 374. tab. 17. *f.* 1.
Narcissus serotinus. CLUS. hist. p. 161.
Loc. Abunde autem observavi in supremis montis jugis circa arcem *Fenestrellarum*, & supra 'l *Vallon* neque similibus locis infrequens est in monte *Cenisio*, atque alpibus de *Lanzo*, e di *Viu.* *PERENNE.*

1903. ANTHERICUM ramosum.
Icon. TAUR. Vol. XXVIII. tab. 60.
Anthericum foliis planis, scapo ramoso, corolla plana, pistillo recto. LINN. spec. p. 445.
JACQ. *Fl. Austr.* tab. 161.

Phalangium radicibus teretibus, foliis datis gramineis, caule ramoso laxe paniculato. HALL. *hist.* tom. 2 n. 1108.
Anthericum petalis patentibus planis GER. *Fl. Gallopr.* p. 155 n. 2.
Ornithogalum ramosum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3 p. 275.
Phalangium ramosum parvo flore. BAUH. pin. 29. TOURN. inst. 378.
Phalangium quibusdam parvo flore ramosum. BAUH. *hist. II.* p. 635.
Loc. Frequens est in sylvis di *Lasagna.* PERENNE.

1904. ANTHERICUM liliago
Anthericum foliis planis, scapo simplicissimo, corollis planis, pistillo declinato. LINN. *spec.* p. 445. JACQ. *Vindob.* tab. 83.
Phalangium radicibus teretibus, foliis radicalibus carinatis ensiformibus, petiolis uniflo-ris. HALL. *hist.* tom. 2 n. 1107.
Anthericum petalis patentibus planis. GER. p. 155 n. 2.
Phalangium parvo flore non ramosum. BAUH. pin. 29.
Phalangium pulchrius non ramosum. BAUH. *hist. II.* p. 605.
Ornithogalum gramineum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 278.
Liliago. CORD.
Phalangium an Moly Plin. LOB. p. 18.
Loc. In sylvis *Taurinensibus,* & subalpinis. PERENNE.

NARTHECIUM. MOEHR. *Eph. nat. cur.* 1742 p. 384.

Flos Antherici, minime nudus, sed calyce instructus.

1905. NARTHECIUM calyculatum
Anthericum foliis planis, scapo simplicissimo, corollis campanulatis, staminibus declinatis. LINN. *syst.* 11 p. 244.
Anthericum filamentis glabris. HALL. *hist.* tom. 1 n. 1205.
Anthericum (pseudasphodelus) foliis ensiformi-linearibus, racemis oblongis, filamentis glabris. JACQ. *Vindob.* p. 233 n. 31.
Narthecium. GER. p. 142 n. 1.
Narthecium calyculatum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 3 p. 298.
Phalangium alpinum palustre Iridis folio. TOURN. inst. 368. SCHEUCHZ. it. alp. 2. p. 139. SEGU. *Veron.* 2 p. 61. tab. 14.
Pseudasphodelus alpinus. BAUH. pin. 29. *secundus.* CLUS. *hist.* p. 198.
Loc. In pascuis spongiosis paludosis alpium, & montium ubique frequens. PERENNE.

APHYLLANTHES. LINN. *gen.* n. 369. *syn.* n. 404. TOURN. *tab.* 430.

Calyx ex squamis imbricatis compositus, tubulosus. Corolla caryophyllea, petalis in tubum superius limbo patente instructum dispositis. Stigma trifidum. Capsula turbinata, triangularis, trilocularis. Semina ovata.

1906. APHYLLANTHES monspeliensis
Icon. Taur. Vol. XVII. tab. 29.
Aphyllanthes monspeliensis. LINN. *spec.* p. 412.
Caryophyllus caeruleus monspeliensium. BAUH. pin. 209.
Aphyllanthes monspeliensium. LOB. *adv.* 190. BAUH. *hist. III.* p. 336.
Loc. In pascuis siccis agri *Nicaeensis.* PERENNIS.

VERATRUM. LINN. *gen. n.* 1013. *syst. n.* 1144. TOURN. *tab.* 145.

Corolla patens, persistens, unguibus conglutinatis. Germina tria cum totidem stylis. Capsulae tres distinctae, univalves, polyspermae; semina plana. In nostra specie adsunt flores masculi cum germinis rudimento, & flores foeminei cum staminibus castratis.

1907 **VERATRUM** album.
Veratrum racemo supra decomposito, corollis erectis. LINN. *spec.* p. 1479.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 335.
Veratrum spica paniculata, floribus maribus, & foemineis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1204.
Veratrum flore subviridi. TOURN. *inst.* 272.
Helleborus albus flore subviridi. BAUH. *pin.* 186.
Helleborus albus. BAUH. *hist.* III. p. 633.
Elleborus bianco. MATTH.
VERN. Vratro, o Veratro.
OFF. Veratrum, sive Helleborum album.
Loc. In pratis alpinis, & subalpinis praecipue irriguis admodum frequens. *PARENNE.*
VIR. Dirum hujusce stirpis venenum norunt & ipsi Alpicolae, qui affirmant, neque impune bibi aquam, quam per VERATRI radices transient. Lacit in mania, hydrophobia, aliisque gravissimis morbis a quibusdam adhibitum fuit multa praeparata ex radicibus VERATRI, sive *Hellebori albi*, cum maxime virulentum, & periculosum medicamentum sit, eo uti omnino abstinendum. Vis deleteria posita est in volatilibus acerrimis, ac minimis particulis, quae stomachi inflammationem, convulsiones, & corruptivam sanguinis resolutionem promptu inferunt. Etiam scrupuli unius dosi radices *Hellebori albi* mortem intulerunt.

BERBERIS. LINN. *gen. n.* 399. *syst. n.* 438. TOURN. *tab.* 385.

Calyx hexaphyllus. Germen cum stigmate orbiculato, magno, evadit bacca disperma.

1908 **BERBERIS** vulgaris.
Icon TAUR. Vol. X. tab. 47.
Berberis pedunculis racemosis. LINN. *spec.* p. 471.
Berberis racemifera foliis ciliatis. HALL. *hist. n.* 828.
Berberis dumetorum. BAUH. *pin.* 454.
Berberis vulgo, quae Oxyacantha putata. BAUH. *hist. I. part.* 2. *p.* 52.
Crespino. MATTH.
OFF. Berberis, sive Oxyacantha.
Loc. Ad sepes vulgatissima. *FRUTEX.*
VIR. Fructus, qui acidi sunt, in morbis a putredine optimum remedium faciunt, ac eo, quae monuimus circa acetosellam utilitatem, omnifariam ad fructus BERBERIS possunt. Usitatior praeparatio est syrupus, quo potiones grato acidae redduntur. Folia cum aliqua acerbitate adstringunt, utiliterque adhibentur ex aqua decocta sive ad laxas gingivas firmandas, sive ad alvi fluxum cohibendum. Cortex radicis flavo colore tinctum urinam praebet, humores etiam solvit, alvum ciet, atque in ictero laudatur.

ASPARAGUS. LINN. *gen. n.* 381. *syst. n.* 410. TOURN. *tab.* 154.

Calyx nullus. Corollae campaniformis ungues coaliti. Germen evadit bacca triloculari, hexasperma.

1909 **ASPARAGUS** officinalis.
Icon TAUR. Vol. VII. tab. 128.
Asparagus caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis, stipulis paribus. LINN. *syst. veg.* p. 245.
Asparagus foliis filiformibus stipulatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1239.

Asparagus hortensis, & pratensis. BAUH. *hist. III.* 725.
VERN. Sparsi.
Loc. In pascuis, & sylvis caeduis agri *Taurinensis* secus flumen *Stura*, & *Dora*. *PERENNIS.*
VIR. ASPARAGI sativi radix inter aperientes locum habet, blande extimulat, & lotii copiam auget. Mite diureticum est, cui paullo gravioris morbi curationem fidere Medicus nequeat.

1910. ASPARAGUS acutifolius.
ICON TAUR. Vol. XIX tab. 21.
Asparagus caule inermi angulato fruticoso, foliis aciformibus rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 245.
Asparagus foliis acutis. BAUH. *pin. p.* 490. TOURN. *inst. p.* 300.
Corruda. BAUH. *hist. III.* 716.
Corruda prior. CLUS. *hist.* 2. *p.* 177.
Loc. Uberrime nascitur in Comitatu *Niceensi*, & Principatu *Onegliae*. *SUFFRUTEX.*

PEPLIS. LINN. *gen. n.* 402.; *syst. n.* 441.

Calyx 12-fidus. Petala sex, interdum nulla. Capsula bilocularis, polysperma.

1911. PEPLIS portula.
Peplis floribus apetalis. LINN. *spec. p.* 474.
Peplis petalis senis, saepissime apetala. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 856.
Alsine palustris minor serpyllifolia. BAUH. *pin.* 251.
Loc. Ad lacus, & loca paludosa, ubi aquae stundarum. *PERENNIS.*

POLYSTEMONES.

BUTOMUS. LINN. *gen. n.* 455.; *syst. n.* 502. TOURN. *tab.* 143.

Involucrum umbellae triphyllum. Petala duorum ordinum, exteriora mucronata, duriora. Stamina novem. Siliquae sex, uniloculares, polyspermae.

1912. BUTOMUS umbellatus. LINN. *spec. p.* 532.
ICON TAUR. Vol. XVII tab. 43.
Juncus floridus major. BAUH. *pin.* 12.
Juncus floridus. BAUH. *hist. II. p.* 514.
Giunco florido. MATTH.
Loc. Secus lacus di *Avigliana*, *Candia*, *Viverone* nascitur. D. CACCIA in aquis *Vitimeri* collegit, & prope *Pichiai*. Frequens etiam in fossis aquarum lente fluentium iis in regionibus, quibus Oryza colligitur. *PERENNIS.*

LYTHRUM. LINN. *gen. n.* 532.; *syst. n.* 604. TOURN. *tab.* 159.

Calyx cylindricus, denticulis 6. 8. vel 12. instructus. Petala saepius sex, interdum quatuor. Stamina a sex ad duodecim. Capsula bilocularis, polysperma.

1913. LYTHRUM salicaria.
ICON TAUR. Vol. XIII tab. 105.
Lythrum foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. LINN. *spec. p.* 640.
Salicaria foliis lanceolatis subhastatis, floribus spicatis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 854.
Lythrum foliis oppositis, & verticillatis, floribus spicatis. GER. *Fl. Gallopr. p.* 459. *n.* 1.
Salicaria spicata. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 103.
Salicaria vulgaris purpurea foliis oblongis. TOURN. *inst.* 253.
Lysimachia spicata purpurea. BAUH. *pin.* 246.
Lysimachia purpurea quibusdam spicata. BAUH. *hist. II. p.* 904.

Lysimachia altera. MATTH.
OFF. Lysimachia purpurea, aut salicaria.
Loc. Ad fossas, & aquosa vulgaris est. *PERENNE.*
VIR. Tota planta modice astringit, ac efficacius adstringit vere utilis in dysenteria, & alvi fluxu cohibendo, & adstringentium usu curando. Aut herba ex aqua decoquitur, aut succus expressus exhibetur ab uncia una ad uncias tres.

1914. LYTHRUM hyssopifolia.
Icon. TAUR. Vol. XVII. tab. 37. f. 1.
Lythrum foliis alternis linearibus, floribus hexandris. LINN. *spec. p.* 642.
JACQ. *Fl. Austr. tab.* 133.
Salicaria foliis linearibus, floribus per alas sessilibus. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 855.
Salicaria hyssopifolia. LAM. *Fl. Franç. tom.* 3. *p.* 123.
Salicaria hyssopifolia latiore. TOURN. *inst.* 253. RUP. *Jen. p.* 147.
Hyssopifolia. BAUH. *pin.* 218.
Loc. In humidis, & sabulosis potissimum torrentis *Paillon* in agro *Nicaeensi* frequentissima, similibus locis etiam in *Liguria* occurrit, neque deest locis inundatis, & exsiccatis in ipso agro *Pedemontano*, uti circa *la Mattaye*, *Frossasco*, & secus flumen *la Dora* in valle *Segusina*. *ANNUUM.*

1915. LYTHRUM thymifolia.
Lythrum foliis alternis linearibus, floribus tetrapetalis. LINN. *spec. p.* 642.
Salicaria minima tenuifolia. TOURN. *inst.* 254.
Salicaria thymifolia. LAM. *Fl. Franç. tom.* 3. *p.* 104.
Hyssopifolia minor, s. potius thymifolia maritima. BAUH. *hist. III. p.* 328.
Loc. In sabulosis fluminis *Paillon*. *ANNUUM.*

CLASSIS IX.

PLANTÆ FLORE POLYPETALO

DRYAS. LINN. *gen. n.* 562, *syst. n.* 637.

Convenit cum caryophillata calyce, & fructu: differt petalis, in nostra, pluribus, quam quinque.

1916 DRYAS octopetala
Icon TAFR. *Vol. XV. tab.* 60 *f.* 1.
Dryas foliis simplicibus. LINN. *syst.* 12 *p.* 352. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1133.
Geum (chamædrifolium) flore amoeno octopetalo, fructu oblongo, aristis lanigeris. CRANTZ. *fasc.* 2 *ed.* 2 *p.* 72.
Caryophyllata alpina chamædryos folio. MORIS. *ox. p.* 432.
Chamædrys alpina cisti flore. BAUH. *pin.* 248.
Chamædrys montana. CLUS. *hist. II p.* 351.
Chamædrys montana frutescens durior. LOB. *p.* 209.
Loc. In cacuminibus alpium saxosis, apricis, ubique frequens. SUFFRUTEX.

ADONIS. LINN. *gen. n.* 618, *syst. n.* 698.

Calyx pentaphyllus, deciduus. Petala plura, raro quinque, nulla squama nectarifera, ut in ranunculo, instructa. Semina plura, angulata, nuda, receptaculo oblongo affixa.

1917 ADONIS miniata.
Adonis floribus octopetalis, fructibus ovatis. LINN. *spec. p.* 771.
Adonis miniata. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 254.
Adonis radice annua, flore octopetalo. HALL. *hist. t.* 2. *n.* 1158.
Adonis annua prima. CRANTZ. *p.* 112.
Ranunculus arvensis foliis chamæmeli, flore phœniceo. TOURN. *inst.* 291. GARID. *Aix. tab.* 80.
Adonis sylvestris flore phœniceo. BAUH. *pin.* 178.
Flos Adonis vulgo, aliis Eranthemum. BAUH. *hist. III p.* 125.
Loc. Vulgatis inter segetes collium. ANNUA.

1918 ADONIS flammea.
Adonis floribus octopetalis, fructibus subcylindricis. LINN. *spec. p.* 771.
Adonis flammea. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 355.
Adonis annua secunda. CRANTZ. *p.* 110.
Adonis flore minore atrorubente. BAUH. *pin.* 178.
Loc. Obviam veni in collibus calidioribus *Montisferrati*, & *Liguriæ*. ANNUA.

TROLLIUS. LINN. *gen. n.* 690. *syst. n.* 700.

Calyx nullus. Petala numerosa, a duodecim ad quindecim, decidua. Nectaria plura, plana, basi perforata. Capsulae plures, ovatae, monospermae.

1919. **TROLLIUS** Europaeus.
ICON TAUR. Vol. IV. tab. 79.
Trollius corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. LINN. *spec. p.* 782. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1189.
Trollius flore pedunculato clauso globoso. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 134.
Trollius Europaeus. LAM. *Fl. Franç. tom.* 3. *p.* 303.
Helleborus niger Ranunculi folio, flore globoso. TOURN. *inst.* 272.
Ranunculus montanus aconiti folio, flore globoso. BAUH. *pin.* 182.
Ranunculus flore globoso, quibusdam Trollius. BAUH. *hist. III. p.* 419.
Loc. Vulgatissima est in pratis humidis alpinis, & subalpinis, atque etiam montanis. *PERENNIS.*

ANEMONE. LINN. *gen. n.* 614. *syst. n.* 694. TOURN. *tab.* 147.

Calyx ex tribus foliis, aut distinctis, aut in unum conglutinatis, a flore remotus, sed in *hepatica* flori proximus, ut in ea pro vero calyce haberi possit, in aliis pro involucro. Petala saepius sex, aut novem, nulla squama nectarifera instructa. Stamina plurima. Semina plurima, placentae communi affixa, atque in variis speciebus, aut vellere lanoso obducta, aut nuda, stylo persistente instructa, aut brevissimo, aut longo plumoso.

1940. **ANEMONE** hepatica.
ICON TAUR. Vol. IV. tab. 34. & 44.
Anemone foliis trilobis integerrimis. LINN. *spec. p.* 758. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1156.
Anemone bracteis tribus approximatis integerrimis, foliis trilobis integerrimis. GOU. *hort. monsp. p.* 261. *n.* 1.
Hepatica. SCOP. *Fl. Carn. p.* 367.
Hepatica foliis trilobis integerrimis. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 121.
Ranunculus tridentatus vernus. TOURN. *inst.* 287. GARID. *Aix. tab.* 94.
Trifolium hepaticum. LOB. *adv. p.* 381.
Trifolium hepaticum flore simplici. BAUH. *pin.* 330.
Trifolium hepaticum, a Trinitatis herba flore simplici caeruleo. BAUH. *hist. II. p.* 389.
Trinitas. MATTH.
OFF. Hepaticae nobilis, Hepaticae trifoliae, Trinitas, s. herba Trinitatis.
Loc. Nihil promovens frequentius in sylvis *Taurinensibus*, & montanis ubique. *PERENNIS.*
VIR. Adstringentem virtutem habere dicitur, sed in usum non venit.

1941. ANEMONE sulphurea.
ICON TAUR. Vol. X. tab. 15.
Anemone tubis caudatis, involucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis late lobatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1147. *tab.* 21.
Anemone pedunculo involucrato, foliis triplicato-pinnatis pilosis planta etiate incisis, seminibus caudatis. LINN. *syst.* 11. *p.* 375. *mant. p.* 78.
Pulsatilla lutea apii hortensis folio. BAUH. *pin.* 177.
Pulsatilla II. DALECH. *Lugd. p.* 851.
Loc. Ad nivem deliquescentem in summis alpium scopulis haec Pulsatilla occurrit. *PERENNIS.*
OBS. Pulsatilla lutea CAM. *epit. p.* 393., quam *Cl.* LINNÆUS huc refert, ad ANEMONEM *alpinam* pertinet.

1942. ANEMONE Halleri. N. *tab.* 82. *fig.* 2.
ICON TAUR. Vol. XXII. tab. 61.
Anemone tubis caudatis, involucris multifidis, foliis bis-ante pinnatis, pinnis acute lobatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1148. MISC. TAUR. *tom.* 5. *p.* 90. *n.* 133.

Loc. In pascuis rupestribus vallis *Quercias*, & supra arcem *Fenestrellarum* Ignatius MOLINERI, minima autem nascitur in summis scopulis ad nivem deliquescentem. *PERENNIS.*

Desc. Novam hanc ANEMONES speciem primus observavit, & descripsit Celeberr. HALLER, atque, ut recte Clariss. Vir adnotavit, proxima est ANEMONI *sulphureae*, diversa tamen omnino planta est. Tota planta sericea lanugine obducitur. Foliorum pinnae profundius, & acutius incisae sunt. Flos autem omnino purpureus cum aliquo sericeo villo. Petala autem tenera sunt, non dura, & firma, ut in ANEMONE *sulphurea*, cujus petala flavo, denso, sericeo villo teguntur. Semina sunt, ut in congeneribus, cauda plumosa instructa.

1923 ANEMONE Pulsatilla.

Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. LINN. spec. p. 759.

Anemone tubis caudatis, involucri unifolii multifidi, foliis lineanibus hirsutis duplicato-pinnatis, pinnis tripartitis, & quadripartitis HALL. hist. tom. 2. n. 1146.

Anemone bractea ramea multifida, petalis rectis, foliis bipinnatis. GOU. hort. monsp. p. 261. n. 4.

Anemone caule involucrato, flore nutante, limbo erecto. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 123.

Anemone seminibus caudatis, petalis lanceolato-erectis, foliis bipinnatis. SCOP. Fl. Carn. p. 368. n. 3.

Anemone pedunculo involucrato, foliis decompositis GER. p. 380. n. 3.

Pulsatilla folio crassiori, & majori flore BAUH. pin. 177.

Pulsatilla purpurea, caerulaeva, BAUH. hist. III. p. 409.

Pulsatilla MATTH.

Off. Pulsatilla.

Loc. In aridis collis *Superga* dicti, & in pratis siccis sabulosis frequens. *PERENNIS.*

Vir. Pluximum ranunculis ANEMONES genus, acre, & excoriatum est. Folia Pulsatillae cuti imposita vesicam excitant. Olim datum est hanc plantam valere in morbis pulmonis, nostris temporibus datum est extractum in morbis oculorum, in quibus viscida lympha est resolvenda. Nolim tamen aspectae plantae usum suadere, donec iteratae observationes veram utilitatem comprobaverint, quam aliorum experimenta nondum videntur adfirmare.

1924 ANEMONE pratensis.

Anemone pedunculo involucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. LINN. spec. p. 760.

Anemone caule involucrato, flore pendulo, limbo reflexo. CRANTZ. fasc. 2. p. 105.

Pulsatilla flore minore nigricante BAUH. pin. 177. HELW. puls. 66. tab. 11.

Loc. In pratis, quae interjacent inter *Caramagnolas*, & Oppido *Carignano*, Ignatius MOLINERI. *PERENNIS.*

1925 ANEMONE alpina.

Icon TAUR. *Vol. X. tab. 90. f. 2. & Vol. XV. tab. 56.*

Anemone foliis triplicato-pinnatis, unico verticillo, caulinis aeternis, tubis caudatis HALL. hist. tom. 2. n. 1149.

Anemone caule involucrato, seminibus pilosis caudatis. CRANTZ. fasc. 2. ed. 2. p. 124. tab. 3. f. 2.

Anemone foliis caulinis ternis ternatis supra decompositis multifidis, seminibus hirsutis caudatis. LINN. spec. p. 760.

Anemone burseriana. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 664.

JACQ. *Fl. Austr.* tab. 85.

Pulsatilla flore albo BAUH. pin. 177.

Pulsatilla alba LOB. ic. p. 281. BAUH. hist. III. p. 410.

Anemone sylvestris II. CLUS. hist. 1. p. 245.

B. *Anemone tubis caudatis, foliis omnibus duplicato-pinnatis, pinnulis confertis, luteo flore.* HALL. *Helv.* p. 332.

Pulsatilla lutea alpina hispidior BAUH. pin. 94.

Pulsatilla lutea. CAM. epit. 393. BAUH. hist. III. p. 411.

Loc. Copiose nascitur in alpibus. Varietas B in alpibus frigidioribus pertinentibus ad editissimos montes *Silvio*, & *Rosa*. *PERENNIS.*

1926. ANEMONE hortensis.

Anemone foliis digitatis LINN. *spec. p.* 761.

Anemone seminibus lanatis, foliis radicalibus trilobis, & multifidis, caulinis ovato-lanceolatis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1152.

Anemone foliis digitatis, lobis incisis, petalis lanceolatis numerosis GER. *Fl. Galloprov. p.* 380. *n.* 5.

Anemone Geranii rotundo folio, purpurascens BAUH. *pin.* 173.

Anemone hortensis latifolia simplex flore CLUS. *hist. p.* 249.

Loc. Nicaeae occurrit ex collectione D. GIUDICE. *PERENNIS.*

1927. ANEMONE sylvestris.

Anemone pedunculo nudo, seminibus subrotundis hirsutis LINN. *spec. p.* 760.

Anemone foliis digitatis hirsutis, floribus pentapetalis, seminibus lanatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1150.

Anemone pedunculo nudo, seminibus lana involutis CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 123.

Anemone sylvestris alba major BAUH. *pin.* 176.

Anemone sylvestris I CLUS. *hist.* 1. *p.* 244.

Loc. Semel occurrit in montibus supra *Cuneo.* *PERENNIS.*

1928. ANEMONE baldensis. *tab.* 44. *fig.* 3. & *tab.* 67. *f.* 2.

Icon TAUR. *Vol. X tab.* 91. *f.* 1.

Anemone seminibus lanatis, foliis caulinis ternatis triplicato-trifidis, lobulis lanceolatis nunc trifidis, & bifidis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1151.

Anemone alpina. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 384. *tab.* 26.

Anemone alpina alba minor. BAUH. *prodr.* 94.

Anemone foliis biternatis incisis LINN. *syst.* 11. *p.* 375. *mant. p.* 78.

Loc. In rupibus summorum alpium praesertim illis, quae a monte *Cinisio* usque ad alpes maritimas procedunt. *PERENNIS.*

DESCR. Radix oblonga est, durinscula, & repens, ex qua petiolata prodeunt tria, aut quatuor folia. Petioli longitudo eadem praeterpropter est cum foliorum longitudine. In tria primum alia dividitur petiolum duas circiter lineas longa, & nuda, horum quodlibet scheus rotundum, supra sulcatum, in tria alia dividitur petiola profundius sulcata deorsum explanata, quorum duo lateralia brevissima sunt, medium lineam longitudine. Haec trina petiola porrigunt folia trifariam ad pediculum secta. Foliola haec aut tribus diutibus incidantur profunde, aut triloba sunt, lobulo inferiori interdum iterum secto. Incisiones autem, seu dentes elliptico-acuti sunt. Inter haec folia digitalis, aut quadruncialis erigitur cauliculus rotundus, paullo infra medium instructus foliolis tribus, quorum pediculi simul coeunt. Horum petiola membranacea linearia sunt, & compressa. Folia duplicato trifida, foliolis profunde nunc bilobis, nunc trilobis. Foliola tunc non sunt petiolata. Scapum terminat flos amplus, albus, septem, octo, aut novem lineas petalis, albis, ovalibus, efformatus. Semina tomentosa, non caudata, in brevem, & densam spicam congesta. Folia glabra sunt, & pulchre virentia, sed caulis, & petiola subtilissime villosa sunt. ANEMONE HALLERI, & *myrrhifolia* Cl. VILLARS *prosp. p.* 49. & 50. *ad Baldensem* LINNAEI pertinere videntur.

1929. ANEMONE nemorosa.

Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. LINN. *spec. p.* 761.

Anemone seminibus nudis, caule unifloro, foliis radicalibus nullis, caulinis quinque-partitis, lobis tripartitis incisis HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 1154.

Anemone seminibus ovatis, petalis ellipticis, foliis serratis SCOP. *Fl. Carn. p.* 567. *n.* 1.

Anemone foliis tripartito-multifidis, floribus hexapetalis defloratis cernuis. NEKER *tom.* 1. *p.* 235.

Anemone nemorosa flore majore BAUH. *pin.* 176.

Ranunculus phragmitis albus, & purpureus vernus BAUH. *hist. III p.* 412.

Loc. Frequentia copiosissime in sylvis, & umbrosis pratis *Taurinensibus*, & montanis. *PERENNIS.*

1930 ANEMONE ranunculoides.

Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. LINN *spec. p.* 762.

Anemone biflora, seminibus nudis, foliis radicalibus nullis, caulinis quinquepartitis, lobis tripartitis incisis. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1153.

Anemone seminibus acutis, petalis subrotundis, foliis crenatis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 568. *n.* 2 *ed.* 2 *n.* 661.

Anemone lutea. LAM *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 318.

Ranunculus nemorosus luteus. BAUH. *pin.* 178.

Ranunculus phragmites luteus nemorosus. BAUH *hist. III p.* 413.

Loc. Frequens occurrit in sylvis Cherium versus, supra Sanctuarium B. M. *Virginis del Pilone*, & quandoque etiam ad oras sylvarum in montanis. *PERENNIS.*

1931 ANEMONE narcissiflora.

Icon TAUR. Vol. IV. tab. 54.

Anemone floribus umbellatis, seminibus depresso-ovalibus nudis. LINN. *spec. p.* 763. CRANTZ. *fasc.* 2. *ed.* 2. *p.* 122. *tab.* 3. *f.* 2.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 159.

Anemone seminibus nudis rotundis planis, foliis sexpartitis subrotunde hirsutis, floribus umbellatis. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1155.

Anemone umbellata. LAM. *Fl. Franc., tom.* 3. *p.* 382.

Ranunculus montanus hirsutus humilior Narcissi flore. BAUH. *pin.* 182.

Ranunculus alpinus Narcissi flore. BAUH. *hist. III p.* 860.

Loc. Frequens est in editioribus subhumidis pascuis alpinis. *PERENNIS.*

CACTUS LINN. *gen. n.* 539. *syst. n.* 613. TOURN. *tab.* 122.

Calyx tubulatus, squamis imbricatus, superus, deciduus. Petala multa connaventia, unguibus coalita. Stamina plurima, calyci inserta. Stigma capitatum, multifidum. Bacca unilocularis, polysperma.

1932 CACTUS Opuntia.

Icon TAUR. Vol. VIII. tab. 27. *f.* 2.

Cactus articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, spinis setaceis. LINN. *spec. p.* 669.

Opuntia foliis ovatis compressis, spinis setaceis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 37. *n.* 1059.

Opuntia vulgo herbariorum. TOURN. *inst. p.* 139. BAUH. *hist. I. p.* 154.

Ficus indica folio spinoso, fructu majore. BAUH. *pin. p.* 458.

Ficus indiana. MATTH.

OFF. Opuntia, sive Ficus indica.

Loc. Ad rupes circa *Saspello*, & *Ivrea*. *PERENNIS.*

NYMPHÆA. LINN. *gen. n.* 579. *syst. n.* 653. TOURN. *tab.* 137. 138.

Calyx persistens, quadri-aut quinquefidus. Petala numerosa. Stamina plurima. Capsula multilocularis, polysperma.

1933 NYMPHÆA lutea.

Icon TAUR. Vol. XX. tab. 28.

Nymphaea foliis cordatis integerrimis, calyce majore pentaphyllo. LINN. *syst.* 12 *p.* 361.

Nymphaea calyce pentaphyllo petalis majori, fructu conico. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1066.

Nymphaea lutea major. BAUH. *pin.* 193.

Nymphaea lutea. MATTH. CAM. *epit.* 634.

OFF. Nymphaea lutea, s. Nenuphar luteum.

Loc. Ad lacus etiam occurrit, sed frequentior in fossis majoribus aquarum stagnantium, uti circa *Envie*, secus il *Po morto* &c. *PERENNIS.*

1934. NYMPHÆA alba
Icon Taur. Vol. XX. tab. 13.
Nymphaea foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. Linn. spec. p. 729.
Nymphaea calyce quadrifolio, petalis majore, fructu sphaerico. Hall. hist. tom. 2. n. 1067.
Nymphaea foliis cordato-orbiculatis, petalis ovatis calycem aequantibus, fructu truncato. Neker tom. 1. p. 227.
Nymphaea alba major Bauh. pin. 193.
Nymphaea alba. Bauh. hist. III. p. 770. Cam. epit. 634.
Ninfea bianca Matth.
Off. Nymphaea alba, sive Nenuphar album.
Loc. Frequens ad lacus. *Perennis.*
Vir. Flores praecipue commendantur ad febriles aestus coercendos, & somnum conciliandum; urinae ardores temperant, impetum veneri compescunt. Porro ex quo momento assumitur est conserva florum NYMPHÆÆ, utilius flores ex aqua decoquuntur, sed & frequentem in usum venit aqua stillatitia ex floribus NYMPHÆÆ.

SEMPERVIVUM Linn. *gen. n. 538. syst. n. 611.*

Calycis segmenta tot, quot petala. Petala sex ad duodecim, & ultra. Stamina bis tot, quot petala, adeoque tot, quot petala, eaeque polyspermae. *Folia succulenta.*

1935. SEMPERVIVUM tectorum
Icon Taur. Vol. XXII. tab. 110. fig. 2.
Sempervivum foliis ciliatis propaginibus patentibus. Linn. spec. p. 664.
Sedum rosulis glabris ciliatis, petalis conglutinatis lanceolatis hirsutis quatuordecim. Hall. hist. tom. 1. n. 949.
Sedum foliis planis ciliatis, propaginibus patentibus. Scop. Fl. Carn. p. 49.
Sedum tectorum. Scop. Fl. Carn. ed. 2. 1. 559.
Sedum majus vulgare Bauh. pin. 283. Bauh. hist. III. 687. Tourn. inst. p. 262.
Semprevivo maggiore. Matth.
Loc. Ubique muris, tectis, atque rupibus innascitur. *Perennis.*
Vir. Viribus, & genesis affinitate cum Sedo conveniunt. Solent frequenter officinae in SEMPERVIVO tectorum medicinam quaerere, eo quod commodius succi quantitas ex eo elici possit. Sceps ustis inspersum, atque humores demulcendi natus datur succus expressus ab unciis duabus ad uncias quatuor; saepe autem eo abluuntur oculi in ea ophtalmia, quae nullam a repercutientibus detrimentum recipere potest.

1936. SEMPERVIVUM montanum
Icon Taur. Vol. X. tab. 51. f. 1. Vol. XII. tab. 94. f. 3.
Sempervivum foliis integerrimis propaginibus patulis Linn. syst. 12. p. 335.
Sedum rosulis semipetalis hirsutis, petalis novenis subhirsutis Hall. hist. tom. 1. p. 410. n. 951.
Sedum majus montanum, foliis non dentatis, floribus rubentibus. Tourn. inst. p. 262. Bauh. pin. 283.
Sedum montanum, latifolium flore purpureo Bauh. hist. III. 688.
Sedum minus flore rubente. Besl. eyst. vern. 6. tab. 8. fig. 1.
Loc. In pascuis saxosis, & ad vias in alpibus, & subalpinis ubique uberrime. *Perenne.*

1937. SEMPERVIVUM arachnoideum
Sempervivum foliis pilis intertextis, propaginibus globosis Linn. spec. p. 665.
Sedum petalis novenis connatis, rosulis araneosis subvesiculatis Hall. hist. tom. 1. n. 955.
Sedum montanum tomentosum. Bauh. pin. p. 284. Tourn. inst. p. 262.
Sempervivum rubrum montanum, gnaphalodes Col. part. 1. 291.
Loc. Vulgatissimum locis montanis, & alpinis, tum ad rupes, tum locis saxosis sterilibus. *Perenne.*

1938 SEMPERVIVUM hirtum *tab.* 65 *fig.* 1.

Icon. Taur. Vol. XII. tab. 94. *f.* 8.

Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus apicibus hirtis. LINN. *spec. p.* 665.

JACQ. *Fl. Austr. tab.* 12.

Sempervivum petalis fimbriatis, sobole patula. SCHMIED. *ic. p.* 63 *tab.* 17.

Sedum majus montanum, foliis dentatis. BAUH. *pin. p.* 183.

Loc. In valle *Augustae Praetoriae*, & *Col di Cougnè* uberrime in montibus ad *Tendam* pertinentibus *Cl.* BELLARDI in alpibus *di Ussey* locis saxosis PERENNE.

Descr. Radix dura, teres, ex qua exsurgunt plures congestae adunatae SEMPERVIVI minoris. Folia teretia hirsuta, praecipue ad oras. Caulis palmaris, rotundus, hirsutus, squamulis longis, acutis, densius versus summum positis, instructus. Caulis summa pars in plures ramos finditur, bracteisque instruitur. Pedunculi, sive rami nunc trifidi, nunc bifidi, in ramorum divisione intermedio flore sessili. Calyx, & flos erectus. Petala calyce duplo longiora, carinata, pallide albescentia, integra, longissime elliptica. Petalorum margo fimbriatus, extrema petalorum parte profundius in fimbrias secta. Carina praesertim tenuiter hirsuta. Stamina duodecim, rubra sex, petalis paullo breviora. Antherae quadrisulcatae, staminibus subulatis, hirsutis, insidentes.

1939 SEMPERVIVUM globiferum.

Sempervivum foliis ciliatis propaginibus patentibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 335.

JACQ. *Fl. Austr. app. tab.* 40.

Sempervivum sobolis hirsutis ciliatis, petalis subulato-lanceolatis duodenis. HALL. *hist.* 1. *n.* 950.

Sempervivum foliis subrotundis in globum congestis ciliatis, propaginibus globosis. ROY. *Lugd.* 457.

Sedum majus vulgari simile globulis decidentibus. MORIS. *hist.* 3. *p.* 472. *s.* 12. *tab.* 7. *f.* 18.

Sedum vulgari magno simile BAUH. *hist. III. p.* 688.

Loc. In montibus *di Groscaval.* PERENNE.

1940 SEMPERVIVUM sediforme. JACQ. *hort. vind.* 881. *tab.* 81.

Loc. Circa *S. Jean de Maurienne* copiose legit ANONYM.

CLASSIS X.

PLANTÆ APETALÆ, EXCEPTIS GRAMINIBUS.

I. FILAMENTIS COALITIS.

EPHEDRA LINN *gen. n.* 1007. *syst. n.* 1136.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo amentum squamis unifloris. Calyx bifidus. Stamina connata antheris tribus superioribus, quatuor inferioribus. Foeminae calyx ex quinque squamis imbricatis. Germina duo. Styli duo. Semina duo, calyce succulento facto comprehensa.

1940 EPHEDRA distachya.
Icon TAUR *Vol. VII tab.* 38.
Ephedra pedunculis oppositis, amentis geminis LINN. *spec. p.* 1472.
Ephedra petiolis maribus repetito ramosis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1664.
Ephedra maritima minor TOURN. *inst.* 663.
Polygonum bacciferum maritimum minus BAUH. *pin.* 15.
Uva marina Monspelliensium. LOB. *ic. p.* 796.
Tragum, uva marina circa Monspelium. BARR. *ic.* 731. *n.* 2.
Loc. In agro *Nicaeensi*. SUFFRUTEX.

PINUS. LINN. *gen. n.* 956. *syst. n.* 1077. TOURN. *tab.* 355. 356.

Flores sexu in eadem planta distincti. Masculo amentum racemosum. Stamina plura ad basim connata. Foemineo conus imbricatus ex squamis duplicatis, bifloris. Semina bina, sive nuces duae alatae sub qualibet squamula.

1941 PINUS sylvestris.
Pinus foliis geminis primordialibus solitariis glabris. LINN. *spec. p.* 1418.
Pinus foliis binis convexo-concavis, conis masculis solitariis olivaribus HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1660.
Pinus sylvestris. BAUH. *pin.* 492.
Pinus sylvestris Genevensis, & Tarda. BAUH. *hist. I. part.* 2. *p.* 252.
Pino selvatico MATTH.
Loc. In sterilibus montanis, & collibus praesertim *Liguriae*, & *Montisferrati*. ARBOR.

1942 PINUS pinea.
Pinus foliis geminis, primordialibus solitariis ciliatis LINN. *spec. p.* 1419.
Pinus pinea. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 248. *n.* 1197.
Pinus sativa. BAUH. *pin.* 491.
Pinus ossiculis duris, foliis longis BAUH. *hist. I. p.* 248.
Pinus sativa. TOURN. 585. LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. *p.* 100.
Loc. In montibus Comitatus *Nicaeensis*. ARBOR.
Vir. Nuclei PINI adulti sunt, ac in ciborum condimentum veniunt. Continent mitem substantiam oleosam, ac aptissimi existunt in debilibus, & effoetis ad vires nervorum instaurandas.

1944. **PINUS** larix.

Icon. Taur. *Vol. XXI. tab.* 206.
Pinus foliis fasciculatis obtusis. Linn. *spec. p.* 1410.
Pinus foliis fasciculatis deciduis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 2658.
Larix. Bauh. *pin.* 493. Lob. *adv. p.* 449.
Larix folio deciduo conifera. Bauh. *hist. I, part.* 2. *p.* 265.
Larice Matth.
Off. Larix.
Vern. Molese.
Loc. Ubique in alpibus. *Arbor.*
Vir. Omnes Pini species terebintinae, & vulnerariae, eoque etiam sua ex hiante, cortice, & exese ligni materia terebinthinam extillant. Utitata apud nos terebinthina ex *Larice* profluit, eademque est *terebinthina veneta* dicta. Haec est balsamum liquidum, sive resinoso-oleosi sui generis substantia, quae, praeter oleosas, & crassiores particulas, oleum quoddam aethereum non exigua quantitate continet, atque speciem saporis continuit, cujus virtuto eximiae sunt emissepticae, emergentes, aperientes, diureticae, & vulnerariae. Extus adhibetur terebinthina ad tumores solvendos, & in suppurationes ciendos, eos maximum, qui digerente, ac solventia desiderant. Ulceribus etiam mundandis egregie inservit, partium nutritionem promovet, corruptionem resistit, atque ulcera ad consolidationem optime conducit. Ideirco frequentis, & polychresti usus est apud Chirurgos, plurimque externorum remediorum praecipuam materiam suppeditat. Internus ejus usus proficuus est in morbis glandulatum, asthmate humido, pulmonum infarctibus, ipso incipiente hydrope pectoris, rheumatismo, podagra, ischiade, internisque ulceribus. Menses parites promovet. Verum tunc in hisce recensitis morbis eb ea utilitas est sperandu, quando morbus eb haerente muco tenaci, & glutinoso pendet, ac calefacientia, & exstimulantia permittit. Animadvertendum autem est ab ejusdem usu tumorum etiam internorum suppurationem cieri, & ea propter hanc proprietatem coram oculos semper habendam esse in hujusmodi remedii applicatione. Saepius enim curanda est tumorum resolutio, quin suppuratio eveniat. Si vero materies mucosa, seres, una tenaci recrementa saliua acria, quae commovenda non sint remedio exstimulante, & calefaciente, minime haec erit opportuna. Saepius autem juxta uarietatem morbi varie alia adjungenda sunt pro diversitate indicationum. Solet ea propter a Medicis in variis morbis utiliter terebinthina conjungi cum gummi ammoniaco, aridis, radice scillae, sulphure, croco orientali, aliisque. Haec remedii species bilem ecum, nocua iis, qui temperamenti biliosi sunt, maximeque iis, quibus bilis uerie, falsaque inest. Calefacit, in sanguine aestum gignit, & cepar replet, caute ideirco adhibenda, cum quis temperamento sanguineo donatur. Mucum solvit, urinam pellit, atque saliva recrementa expedit, ectiosaque reddit, propterecque opportuna esse non solet iis, in quibus est muci defectus, & morbi timentur ex salsa destillatione, salive muriatici fusione. Substantia terebinthinae vi ventriculi una mutata ad sanguinem pervenit, prompte se se jungit seri particulis, celeriterque ad tubulos renales defertur violarum odorem lotio impertiens, salinae urinae recrementa acuit, mucumque horum viarum ubique vi abstergit. Diuturnus ejus usus, urinae profluvium etiam perniciosum inferi, atque materiem calcareo-salinam ad renes deducit. Admodum caute in calculo renum, & vesicae terebinthina utendum est, nec enim sine dysurie aegri sustinere plerumque possunt. Perrero etiam aliquod emolumentum dedit in vesicae, & renum ulceribus. Si vero salsa destillatio, aut salinis recrementis nimie onusta urina mucum abraserit, morbumque produxerit, perniciosa eadem est. Generatim febris praesentia, pulsuumque citas, libere, ac expedita conditio hoc remedium contraindicant. Quod ad podagram attinet, haerentem materiem podagricam in eiscutam pellit, flexibilemque reddit, sed radicitus hanc humorum constitutionem non emendet, neque, ut alias jam monuimus, tentanda est similis podagrae curatio. At neguium prtendium in ce poorum est ad expedienda minime vasa praesertim pulmonum, et ad eos tenuslata podagrae materies fuerit. In gonorrhaea etiam vitulerum magni aestimetur: ea adhibenda solummodo est, quando jam omnis inflammatio disparuit, tuneque

utilissima ad subsistentem gonorrhoeam fluxum promovendum, aut revocandum. In acerrimis cruciatibus intestinorum ulceribus saepe Medici imperant clysteres terebinthinam recipientes, qui etiam utiles sunt ad parietes intestinorum blande abstergendos, & liberandos a muco acri tenesmum, & cruciatus inferentem Modus utilissimus adhibendi est sub forma boli drachmae scrupuli unius, aut alterius, addito aliquo pulvere ad conveniendam boli formam. Licet terebinthina in aqua parum solvatur, si tamen in aqua aliquandiu ipsa diu detineatur, & pluries agitando conquassetur, aqua se se onerat activis ipsius particulis. Hujusmodi aqua utilis est ad ulcera abluenda, & exsiccanda, ac intus utiliter adhibetur in iis morbis, in quibus terebinthinam commendavimus; specimen autem familiare aquae me in morbis glandularum, & mentium suppressione. Oleum aethereum terebinthinae mirabile competitur in tendinum, nervorumque vulneribus, & sanguine ex vulneratis partibus profluente sistendo. Perniones, echymoses, in aedematosos tumores resolvit partibus affrictum. Si spina dorsi eo perfricetur, frigus febrium intermittentium promptius dissipatur. Idem praestat, si ejusdem guttae aliquae vehiculo instillatum, tempore febrili propinentur. Prudens olei aetherei terebinthinae usus exhibitio, magnum calefaciens, antisepticum, resolvens, & diaphoreticum remedium suppeditat, nelaximum in morbis cum torpidis perfrigerationis conjunctus, si nu internam inflammationem non subsequatur. Idem oleum multum prodest eveveniente adhibitum in ossium carie, molliumque partium corruptione Colophonia, quae nihil aliud est, nisi terebinthina in resinam siccam redacta propter extractionem principii praesertim olei essentialis, in pulverem redacta utitur inspurgatum ulcera, atque etiam ossa ipsa carie detenta. Lignum Pini, propter diffusam terebinthinae substantiam, aquam immersam diu incorruptam durat, ac virtutes eidem diureticas, diaphoreticas, nec non antisepticas habet. Amenta Pini, quae sarculenta nomine veniunt, uberem, immensque terebinthinam continent, ac magnis laudibus nelebrantur in arthritide, & ipso scorbuto. Vires dependent ab tanta terebinthinacea substantia, utrumque usus utilis est in ea scorbuti specie, quae inspiranea resolventia desiderat, & nalefacientia permittit. Ex foliis demum *Laricis* transudat in alpibus minus frigidis substantia *Mannae* similis, quae instar mannae alvum movet, & serosos humores evacuat, si dupla dosi exhibeatur.

1945 PINUS cembra.

Pinus foliis quinis laevibus LINN. *spec. p.* 1419.
Pinus foliis quinis trigonis HALL. *hist. tom.* II. *n.* 1659.
Pinus sylvestris montana tertia BAUH. *pin.* 491.
Pinus montana LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 651.
Pinus, nux cum tenuis fragilis putamine, s. Cembro. BAUH. *hist. I. pars* II. *p.* 252.
Pino montano MATTH.

Loc. In alpibus *Canapitanensibus* frequens est. In valle *Mucrianena* passim etiam nascitur secus torrentes locis declivibus. ARBOR.

Vir. Ex incisa arbore fluit resina grati odoris limpida, odore suo balsamum *della Mecca* referens, quae virtute excellit prae reliquis *terebinthinae* speciebus. Balsamum celebre *carpaticum* ex hac *terebinthinae* specie paratur.

1946. PINUS picea.

Pinus foliis solitariis emarginatis LINN. *spec. p.* 1420.
Pinus foliis solitariis planis pectinatis, emarginatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1657.
Abies conis sursum spectantibus, s. mas BAUH. *pin.* 505.
Abies foemina. BAUH. *hist. I. pars* 2. *p.* 231.
Pinus pectinatus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 202.
Abies CAM. *epit.* 48. 49.
Abies MATTH.

Off. Abies mas.
Loc. In alpinis, & subalpinis. ARBOR.

1947 PINUS Abies.
Pinus foliis solitariis subulatis mucronatis laevibus bifariam versis LINN *spec. p.* 1421.
Pinus foliis solitariis tetragonis mucronatis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1656
Pinus excelsus LAM. *Fl. franc. tom.* 1. *p.* 201.
Abies tenuiori folio, fructu deorsum inflexo. TOURN. *inst.* 585 GARID. *tab.* 1
Pinus major primo, s. abies rubra BAUH. *pin.* 493.
Picea latinorum, BAUH. *hist. I. part.* 2. *p.* 238.
Abies. DOD. *pempt.* 866.
Picea MATTH.
Off. Abies foemina.
Vern. *Piura.*
Loc. In *Sabaudiae* praesertim sylvis subalpinis abunde. *ARBOR.*

JUNIPERUS LINN. *gen. n.* 1125. *syst. n.* 1134. TOURN. *tab.* 361

Flores sexu, & toto plantu distincti. Masculo amentum unquum ex squamis pedicellatis, unifloris. Antherae tres ad quinque, filamentis coalitis, aut solutis, etiam squamis adnatis. Foemineo calyx tripartitus, trifidus, ex gemma ortus. Germen tribus stylis instructum, calyce incrassato comprehensum evadit bacca trisperma. Petala tria quandoque accedunt.

1948 JUNIPERUS sabina.
Juniperus foliis oppositis erectis decurrentibus, oppositionibus pyxidatis LINN. *spec. p.* 1472.
Juniperus foliis undique adpressis lanceolatis, ultimis conjugatis HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1662
Sabina folio Tamarisci Dioscoridis BAUH. *pin.* 487. GARID. *aix tab.* 81
Sabina folio cupressi. BAUH. *pin.* 487
Sabina. DOD. *pempt.* 855
Sabina baccifera LOB. *adv. p.* 447
Sabina sterilis CAM. *epit. p.* 56
Sabina MATTH.
Off. Sabina.
Loc. In alpinis rupestribus soli expositis non infrequens. *FRUTEX.*
Vir. Tota planta foetidum, & gravis odoris est, tenuiores ramus, sapore vero calidi, & acris. Continet pertinacium resinosum aliquid habens terebinthinaceo, & insignem olei essentialis maxime acris, & calidi quantitatem. Exstimulat, & valde moleculas resolvit, & rarefaciendo sanguinem fluiditatem facit, aestum in eo gignit, & vasa sanguinea aperit. Tumoribus, ut ajunt, frigidis, oedematosis, atque scrofulosis resolvendis inservit, sive in fotu, sive in epithemate Foliorum *Sabinae* pulvis luxuriantes, & spongiosas ulcerum carnes absumit, torpidumque fibrarum actionem erigit. Intus adhibetur *Sabina* ad menses pellendos, & mortuum foetum excludendum. Aptum remedium esse potest in iis morbis, in quibus rarefactio sanguinis tutanda non sit, atque arteriarum aucta vivo sufficere possit ad vasa uteri aperienda. Non raro vidi ex usu *Sabinae* febrim fuisse excitatam, aut haemorragiam uteri subortam fuisse. Scelestae foeminae abortum *Sabina* tentare solent. Si agatur de mensibus provocandis dari utique potest (si opportuna judicetur) aliquoties *Sabina*, sed ejus generis medicamentum non est, in cujus usu persistere liceat. Dosis foliorum *Sabinae* in pulverem reductorum est a scrupulo uno ad drachmam unam. Drachmarum autem duarum, aut trium pondere ex aqua, aut jure decoquitur.

1949 JUNIPERUS communis.
Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus LINN. *spec. p.* 1470
Juniperus foliis convexo-concavis aristatis, baccis alternis ramulibus, HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1661.
Juniperus foliis verticillatis patentibus mucronatis, baccis minoribus nigro-violaceis. GER. *Fl. Galloprov. p.* 545. *n.* 2.
Juniperus vulgaris fruticosa BAUH. *pin.* 489
Juniperus vulgaris, bacca parva purpurea. BAUH. *hist. I. part.* 1. *p.* 293
β *Juniperus minor montana folio latiore, fructuque longiore* BAUH. *pin.* 489
Ginepro. MATTH.

Off. Juniperus.

Vern. *Geneivor.*

Loc. In apricis saxosis sylvis, & montanis apricis ubique provenit. *Frutex.*

Vir. Juniperus *communis*, & *oxycedrus* similes, ac prorsus eximias virtutes habent, multiplicesque generis collecta principia possident. Multum salis alkalini fixi ex iisdem obtinetur, ac gummosa substantia adstringens, & leviter aromatica adest, quae in extracto, ac immanio frustu evidentior est. Major autem vis posita est in resinoso-oleosa aromatica substantia, quae oleum essentiale largitur. Baccas praesertim in usum Medicum eligunt. Eae immaturae utique subaromaticae sunt, sed tepideae, ac acidum retinent: ut quum ad maturitatem pervenerunt, praebent pulpam tenuiora continentem, primum ad gustum subdulcem, deinde subamaram, acrem, aromaticam, atque terebinthinaceam substantiam cum oleo etiam essentiali tenent. Baccae hujusce plantae carminativae sunt, tonicae, stomachi fibras corroborant, tenui aromatico principio nervorum gastricorum tenorem instaurant, succi gastrici vim adaugent, haerentem etiam in stomacho mucum abstergunt. Propterea inter eximia stomachica habetur *rob* baccarum Juniperi in omnibus iis casibus, in quibus recensitae adsunt indicationes. Multum autem prodest in stomachi imbecillitate, quae diuturnas moestitias consequitur, plurimumque juvat ad flatus discutiendos, motumque intestinorum peristalticum excitandum, si ex atonia causis morbi nascantur. Ad sanguinem delatae Juniperinae particulae mucum blande solvunt, actionem vasorum intendunt, sanguificationem promovent, vasa aperiunt, atque urinam peculiariter pellunt. Idcirco ejusdem usus utilis est in leucophlegmatia, cachexia, morbis renum ex muco lentescente; menses pariter, & haemorrhoides promovet. Quod si validiora tonica, aut efficaciora emmenagoga morbus desideret, eadem solent cum *rob* baccarum Juniperi conjungi. Torrefactae baccae Juniperi instar granorum *Coffe* adhibitae non exiguam habent efficaciam ad menses ciendos, ac urinam pellendam. Praesertim autem commendantur ad mucosas sabulosas congestiones e renibus protrudendas, & evacuandas. Licet autem *rob* baccarum Juniperi paullo confidentius ab Medicis possit, eo quod minus acre aroma seu contineat, & terebinthinacea substantia mitior sit, longeque parcior, quam in terebinthina observatur, tamen est nimium hujusce remedii frequentium non modo calefacere, sed & caput afficere, neque sine debita circumspectione esse ejusdem adhibitum instituendum. Oleum essentiale e baccis hujusce plantae elicitum proxime accedit ad oleum *terebinthinae*, plurimosque ex iis, quos recensuimus, usus praebere potest, sed excellere dicitur vi carminativa, nervina, stomachica, ac etiam diuretica, atque potest dari aquae convenienti instillatum a guttis sex ad scrupulum unum. Odontalgiam ex carie dentium mitigat, eriemque continet, encent etiam, atque abigit vermiculos in ulceribus interdum enatos, ita ut sumulerit gravem auris dolorem ortum ex vermiculis meatus auditorii interiores partes lacessentibus. Spiritus earumdem baccarum praestantem habet vim diureticam, ac datur a scrupulo semisse, ad drachmam unam etiam in convenienti vehiculo. Lignum etiam *juniperinum* suas magnas vires possidet, quum in ligni substantia jam exstat magna activarum principiorum pars, quae deinde in baccis colliguntur, diureticum, diaphoreticum, resolvens, antisepticum egregium est, ac ejusdem decoctum utile est in cachexia, rheumatismo, morbis renum, atque cutis foeditatibus, quae similes externae medicamenta expostulant. De ligno Juniperi traditum est ipsum luem veneream superare, atque *Guajaci* ligno aequiparari posse. Tantas utique vires non tribuo, sensio autem vere utile medicamentum esse ad nonnullos morbos, qui post luem veneream remanent, superandos: in ea cachexia, sive etiam hydropis specie, quae interdum scarlatinae, & morbillis supervenit, (si quidem horum exanthematum malignum miasma sanguini non inhaereat) juvat decoctum hujusce ligni. Hoc decoctum efficacius adhuc diureticum redditur, si cineres ipsius Juniperi adjiciuntur. Combusta enim haec planta multum salis alkalini lixivialis praebet, quod inter aliorum lixivialium sotum solvit, atque urinas pellit. Ligni hujusmodi dosis est ab uncia semisse ad uncias duas. In calidioribus regionibus vera sandaracha etiam ex his Juniperi

speciebus in rimis corticis profluit. Haec gummo-resina vernicis materiam praebet, ulceribusque exsiccandis a Chirurgis inspergitur. Suffitus ex JUNIPERO, maximeque ex ipsis baccis, atque sandarachs combustis, unitatum, & vere utile odoramentum est ad aerem corrigendum occasione febrium putridarum, & pestilentialium. Idem suffitus dissipat leves tumores oedematosos, atque symbolam etiam suam confert in rachitide ad artus imbecillos firmandos.

1950. JUNIPERUS Oxycedrus.

Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis, bacca brevioribus. LINN. *spec. p.* 1470. GOU. *monsp. p.* 509.
Juniperus foliis verticillatis patentibus, mucronatis, baccis majoribus rufescentibus. GER. *Fl. Gallopr. p.* 344. *n.* 2.
Juniperus major bacca rufescente. BAUH. *pin.* 489.
Oxycedrus. CLUS. *hist. p.* 39.
Oxycedrus phoenices. DOD. *pempt.* 853.
Juniperus major monspeliensium. LOB. *ic.* 223.
Juniperus phoenicea Bellonio, & Oxycedrus, quibusdam Juniperus major bacca rubra. BAUH. *hist. I. part.* 2. *p.* 297.
Loc. Ubique in collibus, & sylvis apricis *Nicaeensibus*, potissimum versus *Unelam*. *FRUTEX*.

1951. JUNIPERUS lycia.

Juniperus foliis ternis undique imbricatis ovatis obtusis. LINN. *spec. p.* 1471.
Cedrus phoenicea altera Plinii, & Theophrasti. LOB. *ic.* 221.
Cedrus folio cupressi media, majoribus baccis. BAUH. *pin. p.* 487.
Loc. Inter *S. Dalmazzo*, & *Sospello* ad rupes. *FRUTEX*.

1952. JUNIPERUS phoenicea.

Juniperus foliis ternis obliteratis imbricatis obtusis. LINN. *spec. p.* 1471.
Cedrus folio cupressi, major, fructu flavescente. BAUH. *pin. p.* 487.
Loc. Frequens in Comitatu *Nicaeensi*, & collibus *Unelae*. *FRUTEX*.

TAXUS. LINN. *gen. n.* 1006, *syst. n.* 1135. TOURN. *tab.* 362.

Flores sexu, & tota planta distincti. Floris masculi calyx est gemma ex squamis saepius quatuor, quarum exteriores duriores sunt. Cirrum filamentum cartosum antheras plures angulosas sustinet, breviter peltatas. Foemineo flori similis squama. Germen receptaculo impositum, stylo vix ullo donatum, evadit semen superne nudum, inferne placenta comprehensum.

1953. TAXUS baccata.

Icon. TAUR. Vol. XX. tab. 84.
Taxus foliis approximatis. LINN. *spec. p.* 1472.
Taxus baccifera. HALL. *hist.* 2. *n.* 1663.
Taxus. CAM. *epit.* 840. BAUH. *hist.* 1. *p.* 241.
Taxus. MATTH.
Loc. In montanis editioribus sylvis alpinis frequens est. Copiosior adhuc in *Sabaudia*. *ARBOR*.

II. FILAMENTIS DISTINCTIS

A. JULIFERÆ

SALIX. Linn. *gen. n.* 976. *syst. n.* 1098. Tourn. *tab.* 364.

Flores sexu, & tota planta distincti omenti, singulis squamis florem unum ferentibus. Mari stamina duo ad quinque, & glandule nectarifere in centro flosculi. Foemineo flori germen cum stylis duobus evadit capsula unilocularis, bivalvis, cornuta, semina papposa continens.

FOLIIS SERRATIS

1954 SALIX triandra.
Salix foliis glabris elliptico-lanceolatis serratis, stipulis dentatis, julis gracilibus triandris, Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1637.
Salix foliis serratis glabris, floribus triandris Linn. *spec. p.* 1442.
Salix foliis elliptico-lanceolatis, utrinque glabris serratis appendiculatis. Gmel. *sib. n.* 9. *p.* 153. *tab.* 34. *f.* 3.
Loc. In sylvis montanis. *Frutex.*

1955 SALIX caprea.
Icon. Taur. Vol. VII tab. 33. 34.
Salix foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis undatis, superne denticulatis. Linn. *spec. p.* 1448. *Flor. Lapp.* 365. *tab.* 8. *f.* 5.
Salix foliis ovatis rugosis, subtus reticulatis tomentosis, julis ovatis, stipulis amplexicaulibus carinatis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1653.
Salix foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis, aurium decurrentes. Roy. *Leyd. p.* 83. *n.* 6.
Salix foliis subrotundis ovatis, subtus tomentosis, filamentis duobus distinctis. Scop. *Fl. Carn. p.* 403. *ed.* 2. *n.* 1205.
Salix latifolia rotunda. Bauh. *pin.* 474.
Loc. In paludosis locis frequens ubique. *Frutex.*

1956 SALIX pentandra.
Salix foliis serratis glabris, flosculis pentandris. Linn. *spec. p.* 1442. Gmel. *sib.* 1. *p.* 155. *tab.* 34. *f.* 1.
Salix foliis glabris ovato-lanceolatis, petiolis glandulosis, floribus hexandris. Hall. *hist. n.* 1639.
Salix folio laureo, s. lato glabro odorato. Raj. *hist.* 1420.
Salix sponsonea folio amygdalino, fragilis non auriculata. Bauh. *hist. I. p.* 214.
Loc. In montibus Exillarum, & Fenestrellarum. *Frutex.*

1957 SALIX phylicifolia.
Salix foliis serratis glabris lanceolatis crenis undatis. Linn. *spec. p.* 1442. *Flor. Lapp.* 351. *tab.* 8. *f.* D.
Loc. In alpibus *Fenestrellarum*. *Frutex.*

1958 SALIX alba.
Salix foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis. Linn. *spec. p.* 1449.
Salix arborea foliis ellipticis lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crassescentibus. Hall. *hist. n.* 1635.
Salix maxima alba fragilis hirsuta. Bauh. *hist. II p.* 212.
Loc. Vulgaris secus fluvios, & sylvas subhumidas. *Arbor.*

Vir. Salicis arbor continet principia amara, adstringentia, & attemperantia. Ex amentis florum aqua stillatitia educta frequentem in usum venit in febribus acutis, scopo attemperandi, somnumque conciliandi. Vir peritus majoi rami corticem, atque in pulverem redactos dosi drachmae unius repetitis diebus exhibitum tempore apyrexiae sustulit febres intermittentes. Idem etiam remedium adhibitum est ad fluidam alvum sistendam; hasce autem utilitates afferre videtur principio acido, amaro, quod blande abstergit, atque vitiosam bilem emendat. Contemnendum remedium non est, minime tamen cortici Peruviano aequiparandum. Illud autem commodum ex eo habetur, quod post se relinquere nequeat mala, quae interdum inopportunum corticis Peruviani usum consequuntur.

1959. SALIX viminalis.

Salix foliis integerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. Linn. spec. p. 1448.

Salix foliis praelongis, obscure dentatis, subtus tomentosis, & albicantibus. Hall. hist. 2. n. 1641.

Salix ramis villosis, foliis lineari-lanceolatis subtus tomentosis. Roy. *Lugd. p.* 84. n. 12.

Salix foliis exstipulatis lanceolato-linearibus dentatis rugosis, infra tomentosis, marginibus reflexis. Scop. *Fl. Carn. p.* 410. *n.* 5. *ed.* 1. *n.* 1211.

Salix longifolia. Lam. *Fl. Franc.*, *tom.* 2. *p.* 232.

Salix folio longissimo. Rai. *syn.* 3. *p.* 450.

Salix fragilis. Bauh. *pin.* 474. *prodr.* 159.

Salix foliis angustis, & longissimis crispis, subtus albicantibus. Bauh. *hist. I. p.* 214.

Vern. *Salea.*

Loc. In utroque fluminis *Clusoni* frequentissimos cespites constituit. Frutex.

1960. SALIX vitellina.

Salix foliis serratis ovatis acutis glabris: serraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. Linn. *spec. p.* 1442.

Salix sativa lutea tenuior sativa viminea. Bauh. *hist. I. p.* 2. *pag.* 214.

Loc. Ad fluvios, & inter eos locis montanis, & collinis. Arbor.

1961. SALIX amygdalina.

Salix foliis serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus. Linn. *spec. p.* 1443.

Salix stipulis auratis, foliis lanceolatis serratis glabris. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1636.

Salix spontanea fragilis amygdalino folio auriculata. Bauh. *hist. II. p.* 214.

Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. Bauh. *pin.* 473.

Salix foliis serratis glabris acuminatis appendiculatis. Linn. *Flor. Lapp. p.* 349. *tab.* 8.

Loc. In arenosis, & alveis fluminum, & torrentium. Frutex.

1962. SALIX hastata.

Salix foliis serratis glabris subovatis acutis sessilibus, stipulis subcordatis. Linn. *spec. p.* 1443.

Salix foliis serratis glabris subovatis sessilibus appendiculatis. Linn. *Flor. Lapp.* 354. *tab.* 8. *f.* c.

Salix stipulis dentatis, foliis ovato-lanceolatis, glumis ovatis pilosis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1638.

Loc. Secus Padum in sylvestribus collibus, & alibi in submontanis frequens; in monte *Cenisio* non rara. Frutex.

Obs. In nostra folia inferiora ramorum obovata, subrotunda, omnia petiolata, subtus caesio rore persusa, glaberrima tamen. Stipulae semiamplexicaules, rotundatae, serratae.

1963. SALIX fragilis.

Salix foliis serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. Linn. *spec. p.* 1443.

Salix fragilis. Bauh. *pin.* 474. *prodr.* 159.

Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. Bauh. *pin.* 473.

Loc. In sylvis montanis nascitur. Frutex.

1964. SALIX helix.
Salix foliis serratis glabris lanceolato-linearibus, superioribus oppositis obliquis. Linn. *spec. p.* 1444.
Salix monandra foliis glabris lineari-lanceolatis serratis, superne conjugatis, julis tomentosis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1640.
Salix humilior foliis angustis subcineris, ut plurimum sibi invicem oppositis. Raj. *Cantab. p.* 144.
Salix monandra Ardoini mem. p. 67 *t.* 10.
Salix helix Theophrasti. Dalech. *hist.* 277.
Loc. Eisdem locis cum *amygdalina* provenit. *Frutex.*

1965. SALIX myrsinites.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 76 *fig.* 4.
Salix foliis serratis glabris ovatis venosis. Linn. *spec. p.* 1445. *Flor. Lapp.* §. 353. *tab.* 8 *f.* 7. & *tab.* 7. *fig.* 6.
Salix foliis ovato-lanceolatis venosis serratis, julis tomentosis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1645.
Salix pumila alpina myrsinites Pont. *Comp. tab. botanic. p.* 149.
Loc. In monte *Cenisio*, & alpibus *Vinadii*. *Frutex.*

1966. SALIX arbuscula.
Salix foliis subserratis, glabris subdiaphanis, subtus glaucis, caule suffruticoso. Gmel. *Sibir. vol.* 1 *p.* 166. Linn. *spec. p.* 1445. *Flor. Lapp. tab.* 8 *f. a m.*
Salix foliis ovato-lanceolatis teneris serratis, stipulis lanceolatis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1647.
Loc. In alpibus minime rara. *Frutex.*

1967. SALIX herbacea.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 76 *fig.* 2.
Salix foliis serratis glabris orbiculatis. Linn. *spec. p.* 1445. *Flor. Lapp.* §. 355. *tab.* 8. *f. h.* & *tab.* 7 *fig.* 3. 4. Jacq. *Vind. p.* 296.
Salix foliis orbiculatis serratis glabris, julis paucifloris. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1649.
Salix alpina lucida repens, alni rotundo folio. Bocc. *mus. p.* 19. *tab.* 1. *f. ult.*
Loc. Bocconus reperit in monte *Cenisio*, sed minime rara in summis jugis alpium frigidiorum. *Suffrutex.*

1968. SALIX retusa.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 76 *fig.* 3.
Salix foliis subserratis glabris obovatis obtusissimis. Linn. *spec. p.* 1445.
Salix foliis glabris ovatis integris, julis paucifloris. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1648.
Salix serpyllifolia. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 255. *cum icon.*
Salix alpina angustifolia repens non incana. Bauh. *pin.* 474. *prodr.* 159.
Salix alpina serpylli folio lucido. Bocc. *mus.* 2. *p.* 18. *tab.* 1.
Salix pumila folio utrinque glabro. Bauh. *hist.* 1. *p.* 217.
Salix alpina minima repens rotundo serpylli folio lucido. Bocc. *mus. p.* 18.
Salix humilis repens. Lob. *adv. p.* 423.
Loc. Bocconus in sterilibus parvi montis *Cenisii*, & in montibus *Sabaudiis* nasci tradidit; Lobelius praeterea in aliis quamplurimis nostris alpibus reperit semper, atque revera summarum alpium indigena planta est. *Suffrutex.*

FOLIIS INTEGERRIMIS

1969. SALIX reticulata.
Icon Taur. Vol. XV. tab. 76. *fig.* 1.
Salix foliis integerrimis glabris ovatis obtusis. Linn. *spec. p.* 1446. *Flor. Lapp.* 359. *tab.* 8 *f. l.* & *tab.* 8 *f.* 1. 2. Jacq. *Vindob.* 296.
Salix foliis rotundis integerrimis subtus tomentosis, julis gracilibus longe petiolatis. Hall. *emend.* 3. *n.* 122. *hist. n.* 1652.

Salix pumila folio rotundo integerrimo, julo glabro. Hall. *Helv.* 154.
Salix pumila folio rotundo. Bauh. *hist.* II p. 217.
Loc. Ubique frequens in summis alpibus. *Suffrutex.*

1970. SALIX coesia.
Salix foliis integerrimis, utrinque villosis obovatis appendiculatis. Linn. *spec. p.* 1446.
Salix foliis rugosis reticulatis integerrimis, inferne tomentosis, julis ovatis. Hall. *hist.* tom. 2. n. 1451.
Salix caprea pumila folio subrotundo subtus incano. Rai *syn.* 3 *p.* 450.
Loc. In alveis fluminum passim adinvenitur. *Frutex.*

1971. SALIX Lapponum.
Salix foliis integerrimis hirsutis lanceolatis. Linn. *spec. p.* 1447. *Flor. Lapp.* §. 336. tab. 8. f. 1.
Salix pumila foliis utrinque candicantibus, & lanuginosis. Bauh. *pin.* 474. Gmel. *sib.* t. p. 164. tab. 36. f. 1.
Salix foliis integerrimis ovato-lanceolatis, subtus sericeis, julis tomentosis. Hall. *hist.* tom. 1. n. 1642. & *helv.* tab. 14.
Loc. In alpibus *Crub Jamben*. *Frutex.*

1972. SALIX arenaria.
Salix foliis integris ovatis acutis, supra subvillosis, subtus tomentosis. Linn. *spec. p.* 1447. *Flor. Lapp.* §. 362. tab. 8. f. 4.
Salix pumila foliis utrinque candicantibus, & lanuginosis. Gmel. *sib.* tom. 1. p. 144. tab. 36. f. 1.
Loc. Non infrequens secus torrentes alpium. *Frutex.*

BETULA. Linn. *gen. n.* 933. *syst. n.* 1052. Tourn. *tab.* 360.

Flores sexu in eodem planta distincti. Flores masculi in amento cylindraceo imbricato; stamina protecta sunt squamulis, quae alias accessorias squamulas habent, quatuor in *alno*, duodecim in Betula. Strobilus foemineus laxe imbricatus ex squamis, quae etiam alias continent; sub singula squama germen unicum, aut duo, duplici stylo instructa, quae in nuda abeunt semina.

1973. BETULA alba.
Icon. Taur. Vol. VI. tab. 148.
Betula foliis ovatis acuminatis serratis. Linn. *spec. p.* 1393.
Betula foliis cordato-lanceolatis serratis. Hall. *hist.* tom. 1. n. 1628.
Betula. Bauh. *hist.* I. *part.* 2. *p.* 149. Scop. *Fl. Carn. p.* 413.
Betula. Matth.
Off. Betula.
Vern. Bolla.
Loc. In sylvis subalpinis, non apricis, frequens admodum. *Arbor.*
Vir. Non exigui sunt usus, qui ex Betula habentur. Lignum, quod album est, & in nodis rubello pulchro colore variegatum, variis tornatorum operibus inservit. Focum egregie alit, bonumque carbonem praebet. Folia ovibus, & capris in pabulum cedunt. Eadem una cum cortice, & tenellis ramis ad cuta firmanda adhibentur. Ex arbore vulnerata antequam folia gaudeant, copiosa vena prosilit succi acido-dulcis, qui sapidior est, si ex superioribus, & mediocribus ramis eliciatur. Hic succus acidae naturae, & fermentescibilis est, ita ut ex eo fermentato cum additione vini, aut fructuum eorumdem etiam cerevisia obtineatur. Idem igne inspissatum, & loco frigido repositus deponit sal saccharinum, sive substantiam talem Mannae analogam, si lagena ipsum continentur, & superpositum in orificio oleum habeat, per aliquod tempus immutatus servari potest. Saponaceas, solventes, diureticas virtutes habet, ac sine stimulo, impetu, magneque irritatione, quam plura diuretica habent, urinas pellit. Magni aestimatur in calculo renum pellendo, & hydrope incipiente, com-

mendaturque ad scabiem retropulsam expellendam. Detur duorum cyathorum mensura matutino tempore. In ipso praeterea scorbuto suis etiam laudibus elatus est, necnon in cachexia scorbutica, ut ajunt, calida omnino opportunus esse videtur.

1974 BETULA Alnus.
Betula pedunculis ramosis. LINN. *spec. p.* 1394.
Alnus foliis glabris subrotundis, rotunde crenatis, spongiolis ad nervorum angulos. HALL. *hist. tom. 2. n.* 1630.
Betula alnus. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 233.
Alnus MATTH. DUHAM. *arbor.* 1. *tab.* 15.
VERN. Verna.
Loc. In sylvis subhumidis, atque ad fossas aquarum vulgatissima. *ARBOR.*

POPULUS. LINN. *gen. n.* 996 *syst. n.* 1123. TOURN. *tab.* 365.

Flores sexu, & mta planta distincti. Flori masculo squamae uniflorae, fimbriatae, amentum oblongum constituentes; stamina octo brevissima, nectarium cornuculatum.
Flori foeminea amentum, squamae, & nectaria, ut in staminea, stigma quadrifidum.
Fructus oblongus, unilocularis, bivalvis. Semina papposa.

1975 POPULUS alba.
Populus foliis subrotundis dentato-angulatis, subtus tomentosis. LINN. *spec. p.* 1463.
HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1634.
Populus alba majoribus foliis. BAUH. *pin.* 429.
Populus leuce. BAUH. *hist. I. part.* 2. *p.* 160.
Pupolo bianco. MATTH.
VERN. Arbron.
OFF. Populus alba.
Loc. In sylvis humectis, & secus flumina. *ARBOR.*

1976 POPULUS tremula.
Populus foliis subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. LINN. *spec. p.* 1464.
Populus foliis glabris, orbiculatis acuminatis, laxe serratis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1633.
Populus tremula. BAUH. *pin.* 429.
Popolo libico. MATTH.
VERN. Tremo.
Loc. Ubique in sylvis *Taurinensibus*, & montanis. *ARBOR.*

1977 POPULUS nigra.
Populus foliis deltoidibus acuminatis serratis. LINN. *spec. p.* 1464.
Populus foliis glabris, cordato-rhomboideis, serratis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1632.
Populus nigra. BAUH. *pin.* 429. BAUH. *hist. II. p.* 155.
Popolo nero. MATTH.
VERN. Arbra.
OFF. Populus nigra.
Loc. Etiam secus fluentes aquas admodum frequens. *ARBOR.*
VIR. Gemmae utriusque POPULI, *nigrae* nimirum, & *albae*, primovere grate odoratae sunt, ac inter digitos pressae dant substantiam resinoso-balsamicam. Hujusmodi substantia spiritu vini extracta odore suo storacem aemulatur. Datur hujusmodi tinctura drachmae unius pondere cum jusculo in internis ulceribus, atque excoriationibus; mite nimirum demulcens, & balsamicum medicamentum est, quod contumaces alvi fluxus ab excoriatione earum partium sustentatos dicitur sustulisse. Has gemmas nomen dederunt unguento *Populeo*, quod frequenter imperatur ad haemorrhoidum dolores leniendos. Propolis apum ex hisce etiam gemmis colligitur. Cum pappo sericeum chartam fecit *Cl.* SCHÆFFER.

CARPINUS LINN *gen. n.* 952. *syst n.* 1073. TOURN *tab.* 348

Flores sexu in eadem planta distincti. Flori masculo amentum cylindraceum; squamae oblongae, uniflorae, margine villosae; Stamina multa. Flori foeminei amentum foliosum, laxum. Squamae biflorae. Calyx sexfidus. Ovulum parvulum. Styli duo. Fructus est nux ovata, angulosa, monosperma, intra basim squamae calycinae concavae haerens.

1978 **CARPINUS** betulus.
Carpinus squamis strobilorum planis. LINN. *spec. p.* 1416. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1627. SCOP. *Fl. Carn. p.* 413.
Carpino Matth. DOD. *pempt.* 841.
VERN. *Cherpo.*
Loc. Ad sepes, & hortos magnatum colitur, & in sylvis montanis sponte nascitur. *ARBOR.*

CORYLUS. LINN *gen. n.* 953. *syst n.* 1074. TOURN. *tab.* 347

Flores sexu in eadem planta distincti. Flori masculo amentum cylindraceum, constans ex squamis trifidis segmento medio latiore, unifloris. Stamina octo, vel plura. Foeminei Flores in glomeres ad basim gemmae congesti decem, & ultra, quorum plerique abortiunt. Ovula duabus tubis instructa. Calyx bifidus, lacer cum fructu increscit, & nucem osseam continet laevem, monospermam, nucleo eiusdem foetam.

1979 **CORYLUS** Avellana.
ICON TAUR. Vol. XX tab. 74.
Corylus stipulis ovatis obtusis LINN. *spec. p.* 1417.
Corylus sepium HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1625.
Corylus sylvestris BAUH. *pin.* 418.
Sylvestris Avellanae. BAUH. *hist. I part.* 1. *p.* 269.
Avellana, overo nocciuole. MATTH.
OFF. Corylus, s. nux avellana.
VERN. *Niscole.*
Loc. Vulgatissima in sylvis agri *Pedemontani*, & montanis humilioribus. *FRUTEX.*
VIR. Ligni carbones antea pictoribus, atque ad pulverem pyrium conficiendum recepti. Nuclei farinosi, edules, sed stomacho graves. Dimidium sui ponderis partem constituit oleum unguinosum, omnis odoris expers, aptum ad odoramenta recipienda, & in pictorum usum cedens.

QUERCUS LINN *gen. n.* 949. *syst. n.* 1070. TOURN *tab.* 349.

Flores sexu in eadem planta distincti. Masculi flores quasi in amentis laxioribus congesti, sive ex gemmis oriundis, quibus calyx est in quatuor, aut quinque partes divisus. Stamina 6-10. Foemineae ovula utrinulla filis ex aliis gemmis oriundis adhaerent, stylo 3-fido, aut 5-fido instructa. Calyx in cavem cupulam mutatur, glandem, sive nucem oblongam continens nucleo eiusdem foetam.

1980 **QUERCUS** Ilex.
Quercus foliis ovato-oblongis indivisis, serratisque, subtus incanis, cortice integro LINN. *syst.* 12. *p.* 629.
Quercus foliis ovatis indivisis, subtus tomentosis GER. *Fl. Galloprov. p.* 530. *n.* 2.
Ilex oblongo serrato folio. BAUH. *pin.* 424.
Ilex arborea. BAUH. *hist. I part.* 2. *p.* 95.
Loc. Sylvarum agri *Nicaeensis* indigena. *FRUTEX.*

1981 QUERCUS Suber.

Quercus foliis ovato-oblongis indivisis serratis subtus tomentosis, cortice rimoso fungoso. LINN. spec. p. 1413.

Suber latifolium perpetuo virens. BAUH. pin. 424.

Suber latifolium. BAUH. hist. I. part. 2. p. 103.

OFF. Suber.

Loc. Habitat in montanis *Nicaeae*. ARBOR.

VIR. Cortex spongiosus, crassus, mollis, & foraminulosus praestat substantiam sub nomine *Natta* notissimam, quae commoda obturacula praebet, pedibusque ad humidum arcendum subjicitur.

1982 QUERCUS coccifera.

Quercus foliis ovatis indivisis spinoso-dentatis glabris. LINN. spec. p. 1413.

Quercus foliis ovatis sinuato-spinosis, utrinque glabris. GER. Fl. Galloprov. p. 531. n. 3.

Quercus foliis ovatis dentato-spinosis. ROY. Lugd. p. 81. n. 8.

Ilex aculeata Cocci glandifera. BAUH. pin. 413.

Ilex coccigera. BAUH. hist. I. part. 2. p. 106.

Coccus infectoria. LOB. ic. 153.

Loc. In sylvis *Nicaeensibus* rarior, quam praecedens. ARBOR.

VIR. Haec porrigit grana *Chermes*, quae nihil aliud sunt nisi corpora insecti cujusdam ad peculiarem *Coccum* referendi, & ad coccineum colorem parandum diligenter collecta. Vis cardiaca, & adstringens iisdem tribuitur, & in confectione *alkermes* recipiuntur. Cardiaci, aut adstringentis hujusce medicamenti utilitas a Medicis disputatur, ita ut certioribus remediis utendum esse existimemus.

1983 QUERCUS Robur.

Icon. TAUR. Vol. XX. tab. 85.

Quercus foliis glabris semipinnatis, pinnis obtusis, superioribus majoribus. HALL. hist. tom. 2. n. 1626.

Quercus foliis deciduis oblongis superne latioribus sinubus acutioribus, angulis obtusis. LINN. spec. p. 1414.

Quercus cum longo pediculo. BAUH. pin. 420.

Quercus cum longis pediculis. BAUH. hist. I. part. 2. p. 70.

Quercus. MATTH.

VERN. Rol.

Loc. Ubique in sylvis. ARBOR.

VIR. Haec est vulgatissima apud nos. Omnes QUERCUUM species adstrictoriam vim habent, in tota utique planta diffusam, sed in cortice fortiorem, quae pendet ab acido vitriolico, in hoc vegetabili minus mutato. Ad coria firmanda, & nigrum colorem parandum apta est quercina substantia. Gallae, quae folia innascuntur, tum etiam illa species, quae in petiolis excitatur, insectorum opus sunt, ad *Cynipis* genus pertinentium. Gallae foliorum ad nigrum colorem, & atramentum insignis, & familiaris usus sunt: at opportuniores, quae ex regionibus calidioribus veniunt. Semina quercus, sive glandes substantiam habent farinosam, subadstringentem, suibus saginandis inserviunt, & panem etiam, multum urgente fame, dederunt. Quae priscis hominibus in Graecia panem suppeditabant, ad aliam QUERCUS speciem pertinent: sed certum etiam est saporiores, magisque nutrientes esse glandes QUERCUUM calidis in regionibus provenientium. Decoctum glandium, & cupularum torrefactarum commendatum est in calculo renum, & podagra. Cum aliqua stiptica vi abstergunt, atque dicuntur non modo tabulae renales expedire, sed vasorum tonum firmare, duplicique hac utilitate podagrae opitulari. Nobis hoc remedium in podagra non placet, qui existimamus periculosam maxime rem esse, articulos firmando, podagrae recursus avertere. Propter vim adstringentem, ad febrem intermittentem tollendam, & alvi fluxum cohibendum haec arbor, praesertim fructibus, & cortice, medicamenta dedit, quae nullam habere frequentiam apud Medicos, quum alia minus stomacho gravia, & efficaciora suppetant.

1984 QUERCUS esculus.

Quercus foliis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis sinuatis, postice angulatis LINN *spec. p.* 1414

Quercus parva, sive fagus Graecorum, & Esculus BAUH. *pin. p.* 420.

Loc. In sylvis collium passim. ARBOR.

1985. QUERCUS aegilops

Quercus foliis ovato-oblongis glabris serrato-repandis LINN. *syst.* 12. *p.* 630.

Quercus echinatus LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. *p.* 207.

Quercus calyce echinato, glande majore. BAUH. *pin.* 420.

Cerri glans aegilops. BAUH. *hist.* I. *part.* 2. *p.* 77.

Aegilops minora glande DOD. *pempt.* 831

Loc. In sylvis aquilonibus rarior. ARBOR.

1986 QUERCUS cerris.

Quercus foliis oblongis lyrato-pinnatifidis laciniis transversis acutis subtus tomentosis LINN. *spec. p.* 1415

Quercus calyce hispido glande minore. BAUH. *pin. p.* 420.

Loc. Frequens in sylvis collium. ARBOR.

FAGUS. LINN. *gen. n.* 951. *syst. n.* 1072. TOURN. *tab.* 351.

Flores sexu in eadem planta distincti. Flores mares in breve amentum congesti. Calyx 4-6fidus. Stamina a 5 ad 18. Foeminae, flores nonnulli etiam in breve amentum congesti. Calyx proprius quadrifidus. Styli tres. Capsula muricata, vel echinata, 2-4locularis, quadrivalvis. Semina 2-4

1987 FAGUS Castanea.

Icon. TAUR. *Vol. XXII tab.* 14.

Fagus foliis lanceolatis acuminato-serratis subtus nudis. LINN. *spec. p.* 1416.

Castanea foliis ovato-lanceolatis serratis, dentibus aduncis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1623.

Castanea sativa SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1187.

VERN. Castagna.

Loc. Sponte nascitur in sylvis subalpinis, & in sylvis *Liguriae* ubique copiosissime; data etiam opera colitur. ARBOR.

VIR. CASTANEÆ bonum alimentum suppeditant, sed validum stomachum requirunt. In imbecillis facile dolorem capitis efficiunt: nocent etiam iis, quibus debiles pulmones sunt, vel convenienter non pervii.

1988, FAGUS sylvatica

Icon. TAUR. *Vol. XXII tab.* 29

Fagus foliis ovatis obsolete serratis. LINN. *spec. p.* 1416.

Fagus foliis ovato-lanceolatis, oris undulatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1622.

Castanea Fagus SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1188.

Fagus. BAUH. *pin.* 419.

Faggio MATTH.

VERN. Fò

Loc. In montanis sylvis frequentissima. ARBOR.

VIR. Lignum optimum focum alit, & ex eo praestantiorem carbonem nostrates alpigenae parant. Semina suspecti usus sunt, atque infensa habentur. Oleum ex iis expressum lampadibus alendis inservit. Folia FAGI siccata culcitrae apud eosdem alpicolas repleri solent.

HUMULUS. LINN *gen n* 989 *syst n.* 1126 TOURN *tab* 309

Flores sexu, & plantis distincti Masculo calyx pentaphyllus Stamina quinque, amentum nullum Foeminae amentum ovato-oblongum, involucro tetraphyllo exceptum, squamis compositum, ovatis, imbricatum axi appositis Styli duo. Semen subrotundum, tegmine membranaceo cinctum

2889 HUMULUS lupulus.
ICON TAUR Vol VII. tab. 35 *f* 1. 2.
Humulus lupulus. LINN. *spec p* 1457
Lupulus HALL. *hist tom.* 2 *n* 1618 GER. *Fl. Galloprov p.* 526 *n.* 1.
Cannabis lupulus SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1229.
Lupulus scandens LAM. *Fl. Franc tom* 2 *p* 217.
Lupulus mas, & foemina. BAUH. *pin.* 298
Lupulo. MATTH
VERN. Luverton.
Loc In dumetis, & ad sepes ubique *PERENNIS*
VIR Tenerae *Lupulorum* summitates primo vere edules; paullo adultior planta amaritiem explicat, quae non placet Cerevisiam ingredi solet *Lupulus*, ne acescat, dataque opera nonnullis locis colitur ad hunc usum Strobili hujusce plantae majorem amaritiem habent, ac principium balsamicum ostendunt In usum autem medicum commendantur non sine ratione strobili, & radix Principio agunt gummoso-resinoso, abstergente, & saponaceo, nec immerito dicuntur valere ad obstructiones reserandas, lymphae viscidiitatem emendandam, cutem operiendam, menses ciendos, & renes muco, tabuloque expurgandos Radices *Lupuli* salsaeparillae substituuntur, eaque adhibentur ab uncia una, ad uncias duas. Extractum datur dosi scrupuli unius.

PISTACIA. LINN *gen. n.* 982 *syst. n* 1108 TOURN *tab* 345

Flores sexu, & tota planta distincti Mari amentum laxum, squamis parvis trifloris. Calyx quinquefidus parvus. Stamina quinque, minima Foeminae amentum nullum Calyx trifidus. Germen calyce majus. Styli duo, vel tres reflexi. Fructus est drupa ovata, sicca, monosperma.

2890 PISTACIA Therebinthus
Pistacia foliis impari-pinnatis foliolis ovato-lanceolatis. LINN *spec. p.* 1455.
Therebinthus vulgaris. BAUH. *pin* 400
Terebinthus DOD *pempt* 871
Terebinto MATTH.
OFF Terebinthus.
Loc In agro, & collibus *Nicaeensibus* ubique Inter *Carros*, & *Montem* Provinciae *Aquensis Ignanum* MOLINERI *FRUTEX*
VIR. Ex hac arbore in Insulis *Archipelagi* profluit *terebinthina Chia.*

2891 PISTACIA Lentiscus.
Pistacia foliis abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis LINN *spec. p.* 1455.
Lentiscus vulgaris BAUH. *pin.* 399 TOURN *inst* 580.
Lentiscus. CLUS. *hist.* 1. *p* 14 DOD *pempt* 871.
Lentiscus verus LOB. *adv p* 412.
Lentisco. MATTH.
OFF Lentiscus.
Loc In oridonibus, & saxosis collibus *Nicaeensibus* prope Mare *FRUTEX.*
VIR Haec planta in calidioribus regionibus dat *Mastichen.*

B. NON JULIFERÆ

1. GYMNOMONOSPERMÆ

HIPPURIS Linn. *gen. n.* 11. *syst. n.* 11.

Calyx nullus. Stamen unicum. Semen unicum. *Folia verticillata.*

1892 **HIPPURIS** vulgaris.
Icon. Taur. Vol. XVII. tab. 98.
Hippuris vulgaris. Linn. *spec. p.* 6.
Limnopeuce Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1572. Vaill. *mém. de l'acad. des Sciences an.* 1719. *tab.* 1. *f.* 3.
Equisetum palustre linariae scopariae folio. Bauh. *prodr.* 24. *Th. p.* 241. *brevioribus foliis polyspermum.* Bauh. *pin.* 15.
Polygonum foemina. Cam. *epit.* 649.
Loc. Ad lente fluentes, aut stagnantes aquas vulgaris. *Perennis.*

SALICORNIA Linn. *gen. n.* 10. *syst. n.* 10.

Calyx integer, ventricosus. Stamen unicum. Semen unicum.

1893 **SALICORNIA** herbacea.
Salicornia herbacea patula articulis apice compressis emarginato-bifidis. Linn. *syst.* 11. *p.* 52.
Salicornia articulis subaequalibus obtusis, internodiis approximatis. Ger. *Fl. Galloprov. p.* 328.
Salicornia geniculata annua. Tourn. *cor.* 51. Sauv. *Fl. Monsp. p.* 7.
Salicornia. Dod. *pempt.* 82.
Kali geniculatum brevius. Bauh. *pin.* 289.
Loc. Ad maris Nicaeensis litus. *Annua.*

POLYCNEMUM Linn. *gen. n.* 51. *syst. n.* 53.

Calycis folia quinque, inaequalia, lanceolata, acuta. Stamina tria. Tuba unica. Semen splendens, lenticulatum, involucro tectum, sericeo inclusum.

1894 **POLYCNEMUM** arvense.
Icon. Taur. Vol. VII. tab. 51.
Polycnemum. Linn. *spec. p.* 50. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1570.
Camphorata vaginis spinosis. Hall. *helv.* 183. *emend.* 1. *n.* 22.
Jacq. *Fl. Austr. tab.* 365.
Polycnemum foliis, stipulisque subulatis. Gou. *hort. monsp. p.* 24.
Chenopodium annuum humifusum foliis brevioribus, & capillaceo. Tourn. *inst.* 506.
Anthyllis altera Italorum. Lob. 404.
Loc. Ad vias, & in arvis macilentis ubique frequens. *Annuum.*

THESIUM. Linn. *gen. n.* 258. *syst. n.* 289.

Semen unicum calyci adnascitur, ita ut segmenta calycis ex summo semine nasci videantur. Segmenta calycis triangularia, quinque, & quatuor, intus colorata. Stamina tot, quot segmenta floris. Tuba simplex apice globoso.

1895 **THESIUM** linophyllum.
Thesium calyce bracteis longiore, foliorum nervis decurrentibus. Gou. *hort. monsp. p.* 118. *n.* 1.

Thesium panicula foliacea, foliis linearibus LINN. *syst. 10. p. 188.*
Thesium caule erecto paniculato, foliis lanceolatis. HALL. *hist. tom. 1. n. 1573.*
Linophyllum alpinum latifolium majus PONT. *anth. p. 162.*
Linaria montana, flosculis albicantibus BAUH. *pin. 213.*
Anonymos linifolia. CLUS. *hist. 1. p. 324.*
Loc. In pascuis saxosis umbrosis montanis, provenit etiam in collibus *Taurinensibus* TERRANEUS in aridis collium *Montisferrati. PERENNE.*

1996 THESIUM alpinum.
Thesium floribus subsessilibus, pedunculis foliosis, foliis linearibus GER. *p. 441. n. 2. tab. 17. fig. 1.*
Thesium racemo folioso, foliis linearibus LINN. *spec. p. 301.* JACQ. *Vindob. p. 213. Fl. Austr. tab. 416.*
Alchimilla alpina linariae folio, calyce florum albo in foliorum alis TILL. *pis. 6.*
Loc. In pratis alpinis, & saxosis apricis, tum alpinis, tum montanis. *PERENNE.*

STELLERA. LINN. *gen. n. 439. syst. n. 483.*

Calyx persistens, monophyllus, infundibuliformis, tubo longo, limbo quadripartito segmentis aequalibus. Stamina octo. Semen unicum, rostratum.

1997 STELLERA passerina.
Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 22.
Stellera foliis linearibus, floribus quadrifidis LINN. *spec. p. 512.*
Passerina. BAUH. *hist. III. p. 456.*
Lithospermum linariae folio, germanicum. BAUH. *pin. p. 259.*
Thymelaea linariae folio vulgaris. TOURN. *inst. p. 594.*
Linaria altera botryoides montana. COL. *ecphr. 1. p. 80. tab. 80.*
Thymelaea arvensis LAM. *Fl. Franc. tom. 3. p. 118.*
Loc. Inter stipulas locis praesertim collinis abunde. *ANNUA.*

SCLERANTHUS. LINN. *gen. n. 497. syst. n. 557.*

Calyx persistens, semiquinquefidus, segmentis acutis margine colorans. Stamina decem. Semina duo, hinc convexa, inde plana, cum calyce quasi coalita.

1998 SCLERANTHUS annuus.
Icon. Taur. Vol. X. tab. 66.
Scleranthus calycibus fructus patulis LINN. *spec. p. 580.*
Scleranthus floribus patulis. HALL. *hist. tom. 1. p. 235. n. 1551.*
Knavel annuum SCOP. *Fl. Carn. ed. 2. n. 501.*
Polygonum gramineo folio majus erectum. BAUH. *pin. 231.*
Alchimilla erecta gramineo folio, minore flore. TOURN. *inst. p. 508.*
Loc. Locis sterilibus, & sabulosis ab aqua derelictis; tum etiam in arvis macilentis vulgaris planta est. *ANNUUS.*

1999 SCLERANTHUS perennis.
Scleranthus calycibus fructus clausis. LINN. *spec. p. 580.*
Scleranthus floris segmentis erectis. HALL. *hist. tom. 1. p. 234. n. 1550.*
Alchimilla supina gramineo folio, minore flore. TOURN. *inst. p. 508.*
Alchimilla gramineo folio, majore flore VAILL. *paris. 4. tab. 1. fig. 5.*
Knavel incanum flore majore, perenne. RAI. *synops. 3. p. 160. tab. 5. f. 1.*
Polygonum minus polycarpon. TABERN. *hist. 1215.*
Polygonum oxicaferum. CAM. *epit. p. 691.*
Loc. In vallo *Fenestrellarum* non infrequens est. *PERENNIS*

ALCHEMILLA. Linn. *gen. n.* 153. *syst. n.* 165. Tourn. *tab.* 481.

Calyx octofidus. Stamina quatuor. Stylus unus. Semen unicum, calyce inclusum.

2000 ALCHEMILLA vulgaris.
Icon Taur. Vol. 1. *tab.* 134.
Alchemilla foliis lobatis Linn. *spec. p.* 178.
Alchemilla foliis serratis palmatis semimovemfidis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1566.
Alchemilla floribus monogynis, foliis lobatis. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 174.
Alchemilla foliis lobatis, stipulis foliaceis serratis. Gou. *hort. monsp. p.* 73. *n.* 1.
Alchemilla vulgaris Bauh. *pin.* 319. Garid. *tab.* 4.
Pes leonis, seu stellaria Bauh. *hist. II. p.* 398.
Stellaria. Matth.
Off. Alchemilla, Stellaria, vel Pes leonis.
Loc. In pratis alpinis, & subalpinis ubique obvia. *Perennis.*
Obs. Singularem varietatem in alpibus di *Vià* legi, quae habet folia ultra medium in lobos secta, & pubescentia, atque cauliculos humiliores, qui nimirum supra radicalia folia vix efferuntur: fortasse haec erit ALCHEMILLA *pubescens minor. Hort. R. Paris.*

2001 ALCHEMILLA alpina.
Icon Taur. Vol. 1. *tab.* 131.
Alchemilla foliis digitatis serratis Linn. *spec. p.* 179.
Alchemilla foliis digitatis apice dentatis sericeis Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1567.
Alchemilla foliis digitatis, stipulis membranaceis integerrimis. Gou. *hort. monsp. p.* 73. *n.* 2.
Alchimilla alpina quinquefolia folio subtus argenteo. Tourn. *inst.* 508.
Tormentilla alpina folio sericeo. Bauh. *pin.* 326.
Pentaphyllum, seu potius Heptaphyllum flore muscoso Bauh. *hist. II. p.* 398.
Pentaphyllum alpinum petraeum minimum. Lob. *adv. p.* 307.
Loc. In siccis pascuis alpinis, & subalpinis vulgaris est. *Perennis.*
Vir. Modice amarescit, & non sine aliquo robore adstringit. Inter vulnerarias locum habet: inest autem vis adstringens, & virtute sua plurimum convenit cum *Sanicula*: bene datur utiliter (si adstringentia locum habeant) in motu aucto, Leucorrhoea, & alvi fluxu cohibendo. Gargarisma etiam utiliter ingreditur in *uvulae* relaxatione, ac optima in foru conducit ad partium relaxatarum tonum firmandum. Species herbarum vulnerariarum magna ex parte solet constituere. Succus e planta expressus datur ab uncia una ad uncias duas, aut etiam tres. Herba sicca in pulverem redacta praescribitur pondere drachmae unius, aut alterius.

2002 ALCHEMILLA pentaphyllea.
Icon Taur. Vol. VII. tab. 67.
Alchemilla foliis quinatis multifidis glabris. Linn. *spec. p.* 179.
Alchemilla foliis glabris quinatis semimultilobis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1568.
Alchimilla alpina pentaphyllos minima, lobis fimbriatis. Bocc. *mus.* 1. *p.* 18. *tab.* 1.
Loc. In pascuis, & pratis editiorum, & frigidiorum alpium minime rara est. *Perennis.*

APHANES. Linn. *gen. n.* 154. *syst. n.* 166.

Calyx octofidus. Stamina quatuor. Styli duo. Semina duo, calyce inclusa.

2003 APHANES arvensis.
Icon Taur. Vol. I. *tab.* 135.
Aphanes arvensis Linn. *spec. p.* 179.
Alchemilla floribus digynis Scop. *Fl. Carn. p.* 576. *ed.* 2. *n.* 175.

Alchemilla minima montana. COL. *ecphr.* 145.
Chaerophyllo nonnihil similis. BAUH. *pin.* 152.
Percepier Anglorum LOB. *adv.* p. 324.
Off. Percepier, sive Alchemilla minima.
Loc. In arvis praecipue montanis, & sabulosis agri *Pedemontani*. ANNUA.
Vir. Vires lithontripticae perperam adscriptae sunt. Insipida planta est.

BETA. LINN. *gen. n.* 274. *syst. n.* 307. TOURN. *tab.* 286.

Calyx pentaphyllus. Stamina quinque. Styli duo. Semen intra substantiam baseos calycis.

2004 BETA maritima.
ICON TAUR. Vol. XXII tab. 40.
Beta floribus geminis LINN. *syst.* 12. p. 196.
Beta sylvestris maritima. BAUH. *pin.* 118. RAI. *angl.* 4. p. 157.
Loc. In agro *Nicaeensi*. BIENNIS.

2005 BETA vulgaris.
ICON TAUR. Vol. II tab. 132.
Beta floribus congestis LINN. *syst.* 12. p. 195.
Beta pallide virens major. BAUH. *pin.* 118.
Off. Beta.
Vern. Erbëta.
Loc. Agri *Nicaeensis* indigena quoque planta est. BIENNIS.
Vir. Notissimum est BETÆ in usum familiarem receptum olus. Plures existunt varietates; frequentiores sunt *alba*, & *rubra*, quae ex radicis colore suum nomen acceperunt. BETÆ folia nutrientem aliquam substantiam habent, emolliunt, sed insuper aliquid habent stimulantis, & levius abstergentis. Jusculo hujusce plantae folia incoquuntur, aut etiam ejus succus in jusculo datur, tanquam levis eccoproticum, ad alvum ciendam, quam movet non modo lubricando, sed & leniter stimulando. Folia sudore imposita partibus cuticula denudatis juvant emolliendo, leniterque abstergendo moderantur etiam ardorem partium inflammatarum in herpete, ac herisipelate; praesertim quando phlyctenae disruptae sunt, opportuna est foliorum BETÆ applicatio. Succus foliorum naribus attractus aliquam sternutationem promovet. Radix BETÆ, atque potissimum *rubrae*, minus emollit, principia activa stimulantia paullo uberius tenet, verumque saccharum largitur, quale ex *arundine*, radice *graminis*, aliisque stirpibus potest obtineri. Paullo efficacius abstergit, & aperit, atque inter diureticas radices locum meretur, laudaturque in morbis renum, et ubi diuretica desiderentur. Radix *rubrae*, si bene saccata sit, in cibum venit, atque acetaria ingreditur. Ejusdem succo utuntur Medici ad ulcera sanceina eluenda, ut blande ulcus abstergent, doloremque mitigent. Cancer uteri apertus, qui solet ab omnibus fere remediis impositis exasperari, (quod ad dolorem pertinet) per injectum succum BETÆ *rubrae* ad aliquod tempus mitescit.

CHENOPODIUM. LINN. *gen. n.* 273. *syst. n.* 306. TOURN. *tab.* 288.

Calyx pentaphyllus. Stamina quinque. Stylus unus. Semen lenticulare, calyce tecto involutum.

2006 CHENOPODIUM Bonus Henricus.
ICON TAUR. Vol. XIII tab. 66.
Chenopodium foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. LINN. *syst.* 12. p. 194.
Chenopodium foliis triangularibus undulatis integerrimis subtus farinosis. HALL. *hist. tom.* 2. n. 1578.
Chenopodium foliis triangulo-sagittatis alternis summis subrhomboideis: fructificatione glomerato-racemosa terminali nuda. NECKER. *tom.* 1. p. 132.
Chenopodium folio triangulo. TOURN. p. 506.

Chenopodium sagittatum. LAM. *Fl. Franc*, tom 3, p. 244.
Lapathum unctuosum folio triangulo. BAUH. *pin.* 115.
Bonus Henricus. BAUH. *hist. II* p. 965. TRAG. 317.
Off. Bonus Henricus, s. tota bona.
Loc. Ubique circa domos alpinas. *Perennis.*
Vir. Nutrit, & blande emollit, tactu autem mollis, & unctuosa planta, quae ab Alpicolis loco *spinachiae* editur. Usus malvae in ejusdem defectu supplere potest, sed & plerasque CHENOPODII species emolliendi vim habent, licet earum usus negligatur.

2007 CHENOPODIUM urbicum.
Chenopodium foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis caule approximatis longissimis. LINN. *spec. p.* 318.
Chenopodium latifolium minus somnosum, petiolis longissimis ex foliorum alis confertim nascentibus. BUXB. *hall.* 69. *tab.* 1.
Chenopodium deltoideum. LAM. *Fl. Franc.*, *tab.* 3. *p.* 149.
Loc. In ruderatis, & ad muros. *Annuum.*

2008 CHENOPODIUM rubrum.
Chenopodium foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis, caule bicornibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 195.
Chenopodium foliis glabris sinuatis, acute cuspidatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1588. *Hort. gott.* 20.
Chenopodium folio laciniato, coma purpurascente. VAILL. *bot. paris. p.* 35.
Atriplex sylvestris latifolia. BAUH. *pin.* 119.
Atriplex dicta pes anserinus. BAUH. *hist. II. p.* 975.
Pes anserinus. DOD. *pempt.* 416.
Loc. Similibus locis occurrit. *Annuum.*

2009 CHENOPODIUM serotinum.
Chenopodium foliis deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus. LINN. *spec. p.* 319.
Chenopodium foliis glabris trilobatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1582.
Blitum ficus folio. PETIVER. *tab.* 8.
Loc. In ruderatis, & cultis. *Annuum.*

2010 CHENOPODIUM album.
Chenopodium foliis rhomboideo-triangularibus erosis postice integris: summis oblongis, racemis erectis. LINN. *spec. p.* 319.
Chenopodium foliis subtus farinosis rhomboideo-dentatis, superioribus integerrimis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1579.
Chenopodium foliis rhombeo-triangularibus inferioribus superioribus lineari-lanceolatis fructificatione recta, racemo conglomerato. NEKER. *tom.* 1. *p.* 128.
Chenopodium folio sinuato candicante. BAUH. *pin.* 119. TOURN. *inst.* 506.
Atriplex sylvestris. BAUH. *hist. II. p.* 972.
Loc. In hortis, & arvis frequens. *Annuum.*

2011 CHENOPODIUM viride.
Chenopodium foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. LINN. *spec. p.* 319.
Chenopodium foliis rhomboideis dentatis, subtus incanis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1580. *gott.* 20. *Helv. p.* 175.
Chenopodium candicans. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 248.
Chenopodium sylvestre opuli folio. VAILL. *bot.* 36. *tab.* 7. *f.* 1.
Loc. Vulgatissimum locis cultis, & ruderatis. *Annuum.*
Obs. Difficile a CHENOPODIO albo sejungi potest.

2012 CHENOPODIUM hybridum.
Icon Taur. Vol. XXV. tab. 46.

Chenopodium foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. LINN *spec p.* 319.
Chenopodium foliis glabris septangulis, floribus paniculatis HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1581. *Hort Goet.* 10.
Chenopodium foliis subcordatis petiolatis sinuato-angulosis fructificationibus conglomerato-racemosis subnudis. NEKER *tom.* 1 *p.* 125.
Chenopodium angulosum LAM *Fl. Franc., tom* 3 *p* 249.
Atriplex sylvestris major anguloso folio BARR. *ic* 540.
Chenopodium Stramonii foliis VAILL. *bot paris. tab.* 7 *f* 2
Loc. Circa habitationes. *ANNUUM.*

2013 CHENOPODIUM glaucum
ICON TAUR Vol. XXI. tab. 96 *f* 1.
Chenopodium foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. LINN. *spec p.* 320
Chenopodium foliis oblongis sinuatis, subtus incanis HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1584.
Atriplex angustifolia laciniata BAUH *hist II p* 472 473
Loc Etiam ad muros nascitur, & in arvis. *ANNUUM.*

2014. CHENOPODIUM Vulvaria
ICON TAUR Vol XX. tab. 92
Chenopodium foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus LINN *syst.* 12 *p.* 195
Chenopodium caule diffuso, foliis obtuse lanceolatis HALL. *hist tom.* 2 *n* 1577.
Chenopodium foetidum foliis farinosis glaucis obtuse rhomboideis HALL. *Helv* 175.
Chenopodium foetidum TOURN *inst.* 506
Atriplex foetida BAUH. *hist. II p.* 974
Vulvaria TABERN *hist p.* 428
OFF Atriplex foetida, sive Vulvaria
Loc Ad muros praesertim, locisque maxime meridiano sole percussis *ANNUUM.*
VIR Foetidissime olens *Vulvaria* hystericos multos sedare dicitur, sed propter intolerabilem, odorem in tanta antihystericorum remediorum abundantia hujusmodi remedii genus non immerito negligitur.

2015 CHENOPODIUM polyspermum
ICON TAUR Vol. XX. tab. 82
Chenopodium foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. LINN *spec p* 321
Chenopodium caule erecto, foliis ovatis integris HALL. *hist tom* 1 *n.* 1576.
Chenopodium Betae folio TOURN *inst.* 506
Blitum polyspermon a seminis copia BAUH *pin.* 118
Blitum erectum, sive tertium Tragi BAUH. *hist II p.* 977
Loc Secus hortos, & in locis ruderatis *ANNUUM.*

2016 CHENOPODIUM Botrys
ICON TAUR Vol. XV tab. 81 *f* 2
Chenopodium foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis LINN *spec p.* 320.
Chenopodium foliis oblongis semipinnatis viscidis, dentibus rotundis HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1585 *Hort. Goet.* 10
Chenopodium ambrosioides folio sinuato TOURN *inst.* 506
Botrys ambrosioides vulgaris BAUH. *pin.* 138
Botrys DOD. *pempt.* 34.
Botr. MATTH
OFF Botrys vulgaris.
VERN Mingrana
Loc In arvis macilentis, & calidioribus, apricisque sabulosis torrentium, atque fluminum frequens est *ANNUUM*
VIR Nostrates *Mingrana* vocant, eo quod hemicraneae opituletur, ac subunt infe-

sum theiforme in hemicrania, & ventriculi imbecillitate. Tota planta paullulum acris, amara, & subaromatica est, resinosam ambrosiacam substantiam odore suo patefaciens. Humores solvit, vasa aperit, nervosque etiam recreat; carminativa est, emmenagoga, plurimumque prodest in asthmate humido, & viscido muco pulmones infarciente, si praesertim tepide cum adjuncto melle infusum theiforme propinetur.

2017 CHENOPODIUM scoparia
Icon. Taur. Vol. XXII. tab. 56.
Chenopodium foliis lineari-lanceolatis, planis integerrimis. LINN. *spec. p.* 321.
Linaria scoparia. BAUH. *pin.* 211.
Osyris. DOD. *pempt.* 151.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi* frequenter occurrit, atque a Nostratibus, data opera, colitur. *Annuum.*

2018 CHENOPODIUM maritimum.
Icon. Taur. Vol. XXIV. tab. 40.
Chenopodium foliis subulatis semicylindricis. LINN. *spec. p.* 321.
Chenopodium maritimum annuum globosum gramineo folio carnoso, & viridi atro, floribus in foliorum alis semine nigro splendente. MICH. *hort. florent. p.* 25 *append.* 128.
Chenopodium subfolio minimo facie Kali semine splendente annuum. BOERH. *ind. alt.* 2. 91. ZANNICH. *hist. p.* 64.
Kali minus album semine splendente. BAUH. *pin.* 289.
Kali minus. LOB. *ic.* 394.
Loc. In agro *Nicaeensi.* *Annuum.*

2019 CHENOPODIUM fruticosum.
Icon. Taur. Vol. XV. tab. 80. f. 2.
Salsola erecta fruticosa foliis filiformibus obtusiusculis. LINN. *spec. p.* 324.
Chenopodium maritimum semper virens fruticosum foliis vermicularis, floribus in foliorum alis semine nigro splendente. MICH. *hort. flor. p.* 25. *append. p.* 128.
Kali species vermicularis marina arborescens. BAUH. *hist. III. p.* 704.
Anthyllis chamaepithydes frutescens. BAUH. *pin.* 181.
Chamaepithys vermiculata. LOB. *ic.* 381.
Loc. In solo argillaceo ad maris littus, & secus flumen *le Var.* *Suffrutex.*

2020 CHENOPODIUM angustatum *tab.* 38. *fig.* 4.
Salsola (prostrata) fruticosa, foliis linearibus pilosis inermibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 196. JACQ. *Fl. Austr. tab.* 294.
Chenopodium foliis subulatis sericeis, florum glomerulis geminis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1575. MISC. TAUR. *tab.* 5. *p.* 93.
Kali hirsutum affinis anthyllidis forte aliqua species. BAUH. *hist. III. part.* 2. *p.* 205.
Salsola lignosa ramis filiformibus adscendentibus, floribus conglomerato-spicatis. LOEFL. *it.* 131.
Loc. Nihil vulgatius ad vias, & vinearum margines in valle *Augustae Praetoriae*, praesertim prope *Ciambava*, *Nus*, & *Villanova*. *Suffrutex.*

ATRIPLEX LINN. *gen. n.* 1021. *syst. n.* 1153. TOURN. *tab.* 286.

Flores sexu in eadem planta distincti. Mares, & foeminae, atque in etiam quandoque intermixti hermaphroditi. Mares habent calycem quinquefolium; stamina quinque. Foeminae calycem bifolium, veluti bivalvem, valvis congruentibus, & semen compressum orbiculatum continentibus. Stylus profunde bifidus est.

2021 ATRIPLEX rosea.
Icon. Taur. Vol. XXII. tab. 68.
Atriplex caule herbaceo foliis incanis serratis, fructibus quadrangularibus dentatis. LINN. *spec. p.* 1493.
Atriplex sylvestris fructu roseo compresso. BAUH. *pin.* 119. *prodr.* 58.

Atriplex monspessulana cum pulchris involucris BAUH. *hist. II. p.* 973. *Enum. Nic. p.* 208.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi*, & *Ligurio* frequens est. *SUFFRUTEX.*

2022. ATRIPLEX Halimus.
Atriplex caule fruticoso, foliis deltoidibus integris. LINN. *spec. p.* 1492.
Atriplex fruticosa foliis ovato-triangularibus integris. HALL. *gott.* 19.
Halimus fruticosus, latifolius. BAUH. *pin.* 120.
Halimus 1. CLUS. *hist. p.* 53.
Loc. Ad litus *Nicaeense.* *FRUTEX.*

2023. ATRIPLEX laciniata.
Atriplex caule herbaceo, foliis deltoidibus dentatis, subtus argenteis. LINN. *spec. p.* 1494.
Atriplex maritima laciniata. BAUH. *pin.* 120.
Atriplex marina. DOD. *pempt.* 615.
Loc. Etiam haec agri *Nicaeensis* indigena planta est. *ANNUA.*

2024. ATRIPLEX patula.
Icon TAUR. *Vol. XX. tab.* 98.
Atriplex caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. LINN. *spec. p.* 1494.
Atriplex foliis imis hamatis, reliquis lingulatis, vasculis seminalibus dentatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1616.
Atriplex annua foliis imis sagittatis, superioribus lingulatis, valvis foemineis dentatis. HALL. *hort. gott.* 19.
Atriplex caule herbaceo, valvis seminum dentatis. GMEL. *sib.* 3. *p.* 67.
Atriplex sylvestris angusto oblongo folio. BAUH. *pin.* 219.
Atriplex vulgaris angustifolia cum foliculis. BAUH. *hist. II. p.* 973.
Atriplex silvestris 1. MATTH.
Loc. Secus hortos, & in ruderatis. *ANNUA.*

URTICA. LINN. *gen. n.* 935, *syst. n.* 1034. TOURN. *tab.* 308.

Flores sexu distincti, etiam tota planta in quibusdam speciebus. Masculis calyx quadrifolius. Stamina quatuor elastica cum fructus rudimento. Foemineis calyx bifolius, semen unicum nudum includens.

2025. URTICA pilulifera.
Icon TAUR. *Vol. VI. tab.* 149. & *Vol. XVI. tab.* 7.
Urtica foliis oppositis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. LINN. *spec. p.* 1395.
Urtica urens pilulas ferens. BAUH. *pin.* 232.
Urtica 1. MATTH.
Loc. Comitatum *Nicaeensem* incolit. *ANNUA.*

2026. URTICA urens.
Urtica foliis oppositis ovalibus. LINN. *spec. p.* 1396.
Urtica utriculis, sexu disjunctis, foliis ovato-lanceolatis serratis, spicis oblongis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1613.
Urtica urens minor. BAUH. *pin.* 232.
Urtica minor annua. BAUH. *hist. III. p.* 446.
Urtica minor. LAM. *Fl. Franc. tom.* 2. *p.* 194.
Urtica tertia. MATTH.
Loc. Secus muros, & in ruderatis saepe occurrit. *ANNUA.*

2027. URTICA dioica.
Icon TAUR. *Vol. XXIV. tab.* 107.
Urtica foliis oppositis cordatis, racemis geminis. LINN. *spec. p.* 1396.
Urtica racemis sexu distinctis, foliis acutis ovato-lanceolatis productis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1614.

Urtica urens maxima. BAUH. pin. 232.
Urtica vulgaris major. BAUH. hist. III p. 445.
Urtica urens. MATTH.

Vern. *Urtica.*

Loc. Vulgaris ad sepes, hortos, & in ruderatis. *Perennis.*

Vir. URTICARUM similia principia sunt, similesque vires. Turiones edules sunt, si decoctae fuerint. Virides tactu, ut notum est, dolorem pruritum cum tuberculis sensu urentem contrahunt, & acutis spiculis, quae dum cutem vulnerant, venenatum quendam humorem transfundunt; haec vis perit in exsiccata planta. Vis medicinalis URTICÆ dependet a substantia quadam leniter glutinosa, & principio quodam acido cum alkalinis tamen aliquibus, & oleosis particulis conjuncto. Succus expressus, & non depuratus ab unciis duabus ad quatuor datus utiliter ad sistendam haemorragiam compescendam (quocunque ex loco sanguis profluat) cum in finem, ut glutinoso-acida vi hiantia vasa constringat, glutineque firmet. Liquor effusus, validum tamen adstringens non est, ita ut in haemoptoe passim adhibeatur. Verum non omni periculo expers medicamentum est in illa haemoptoes specie, quae ab acris erodentis humoris actione proficiscitur, cum ea nullius generis adstringentia remedia permittat. Radix evidentius diuretica est. Semen plus etiam, quam radix, urinam pellere dicitur. Cortex URTICÆ, instar cannabis, fili materiam praebet: ubasia etiam ex eo textilia parata sunt. Membra denique torpida, atrophica, & paralytica non sine emolumento urticis verberata sunt.

PARIETARIA. LINN. gen. n. 1010. syst. n. 1152. TOURN. tab. 289.

Flores mares, & foeminei in eodem autem plantae individuo. Maribus calyx brevis, profunde quadrifidus. Stamina quatuor elastica cum rudimento fructus. Foeminis calyx quadrifidus, segmentis conglutinatis in tubum, semen unicum includentem.

2028 PARIETARIA officinalis.

Icon. Tab. Vol. XXIV. tab. 87.

Parietaria foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. LINN. syst. 12. p. 671.

Parietaria foliis elliptico-lanceolatis hirsutis. HALL. hist. num. 1. n. 1612.

Parietaria officinarum, & Dioscoridis. BAUH. pin. 121.

Parietaria. BAUH. hist. II p. 976.

Elxine. MATTH.

Off. Parietaria, Helxine, Vitraria.

Vern. *Parietaria.*

Loc. Ad parietes ruinas frequens. *Perennis.*

Vir. PARIETARIA emollientibus stirpibus accensetur, atque clysmatum, fotuum, & balneorum emollientium, una cum *Malva*, & affinibus, materiam solet suppeditare. Tenera est substantia PARIETARIÆ, neque viscidam illam, mollemque mucilaginem habet. Continet evidenter salem nitrosum naturae, ac talem aliquem ammoniacalem. Emollit, attemperat, urinamque blande solvit. Excellit ejus usus in morbis renum ad urinam movendam, ac datur succus ab unciis duabus ad uncias tres, aut herba in jusculo tenuiori decoquitur. Emplastrum PARIETARIAM recipiens, pubi impositum, lotii excretionem promovet. In iis morbis, in quibus boraginem commendavimus, opportuna etiam est PARIETARIA: sed illa magis glutinosa est, in hac vis solvens efficacior existit.

RUMEX. LINN. *gen. n.* 407. *syst. n.* 446. TOURN. *tab.* 287.

Calyx hexaphyllus, foliolis duarum ordinum, quorum tria exteriora, tria autem interiora, fructum denique includentia. Stamina sex, styli tres; semen nudum triquetrum.

Dantur species, in quibus sexus est tota planta distinctus.

FLORIBUS HERMAPHRODITIS

2019 RUMEX patientia.

ICON TAUR. Vol. VIII. tab. 11. & *Vol. XIX. tab.* 94.

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. LINN. *syst.* 12. *p.* 154.

Lapathum hortense, folio oblongo. BAUH. *pin.* 114.

Hippolapato. MATTH.

OFF. Rumex hortensis, Lapathum sativum, s. patientia.

LOC. Ad rivulos aquarum in alpibus di Vio legit *Franciscus* PETROLERI PERRENNE.

VIR. Quamvis omnes RUMICIS species, quae ad *acetosa lapatha* non pertinent, similes praeterpropter proprietates habeant, haec tamen ea est, quae prae reliquis ad medicinalem usum commendatur. Ea igitur, quae dicentur de vi hujusce speciei, ad alias etiam transferri poterunt. Solent autem huic deficienti substitui *obtusifolius*, *acutus*, *crispus*, *maritimus*, & *pulcher*, *aquaticus* etiam, & *alpinus* in similem usum deduci possunt, sed aliquam in sua vi differentiam habent, quae tradetur. Reliquae a nobis commemoratae RUMICIS species ad *acetosam* pertinent, suisque qualitatibus a RUMICE differunt. RUMICIS planta continet principium acidum, salem aliquem alkalinum, tartarum ammoniacalem non sine substantia aliqua oleosa. Acidum principium foliis uberius inest, & in RUMICE patientia distinctius adhuc est, quam in foliis aliarum RUMICIS specierum ad *acetosam* non pertinentium. Ex conjunctione horum principiorum emergunt vires activae hujusce plantae, quae sunt antiputridinosae, saponaceae, abstergentes, & aliquantum tonicae, non calefacientes. Vis saponacea abstergens in radice major est, quae solet flavum colorem exhibere. Intestina blande quidem ita extimulat, ut alvus ea quidem non cieatur. Succus activae plantae ad sanguinem translatus, propter quandam principiorum affinitatem cum bilis elementis facile coalescit, particulas oleosas corruptione proximas corrigit, lentam bilem abstergit, & stimulo suo, quo actionem vasorum auget, ad evacuationem propellit. Per circuitum autem sanguinis ad aliarum partium minima vasa delatus, servata eadem expedit cum lentescentibus humoribus facilius adhaerens, videturque eadem proprietate, quam in bilem hepate contentam exerit, simultaneo persequi recrementa biliosa resorpta, & minimis vasis cutis haerentia, quae plures contumaces cutis calamitates solent producere. Nulla, ut diximus, inest RUMICI qualitas calefaciens sine omni aestu humores abstergit, neque vere suspicor est RUMEX generis charactere proximus est *Rheo*, sed in hoc valida vis tonica, extimulans, purgans, & calefaciens caeterum & quandam principiorum similitudinem habent. Folia *Lapathi* ulceribus imposita, eadem blande abstergendo, ad consolidationem perducunt. In jure decocta, aut per expressum succum data alvum modice ciere, sed alias etiam utilitates afferunt. Verum cum ad memoratas indicationes potentiores radices sint, ex iis medela desumitur. Radices ex aqua solent diu decoqui, ut activa dimittant principia, quae viscidiusculo succo inhaerent; ad pultaginem usque coctae laudantur impositae partibus scabie, impetigine, herpete detentis, atque unguentum ad scabiem parant, quod inter reliquas *Lapathi* radices recipit. Idem decoctum utile est intus datum in recentiori cutis morbis. In ictero etiam, atque hepatis obstructione opportunum est. Tunc autem validiora stimulantia saponacea, aut cathartica solent adjungi. Fieri decocto RUMICIS cum emolumento colluuntur ulcera oris scorbuticorum, atque aphtae a bile corrupta, & acri productae, quae in hasce partes impetum fecit. Ad scorbutum plurimum valuisse dicitur RUMEX, & magnis laudibus clarus apparuit ex, qua vera *herba*

Britannica antiquorum esse judicatur. Alvum movet, corruptosque humores emendat, ac convenit in eo praesertim scorbuto, in quo corrupta bilis ona adest, quam corrigit, & blande ad evacuationem urget. Magni certe adjumenti est externo usu in ulceribus scorbuticorum. RUMEX *alpinus* proximior est *Rhei* generi suis qualitatibus, ejus radices loco veri *Rhapontici* solent officinas ingredi. Potentius, quam aliae RUMICIS species alvum movet. Verum *Rhaponticum* magis adstringit, quam RUMEX *alpinus*. RUMICUM radices in decoctione adhibentur ab uncia una ad uncias duas, aut etiam tres. Planum est dosim validam esse debere pro RUMICIS activitate, atque semper medicamenti aut alterantis, aut purgantis.

2030 RUMEX obtusifolius

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis LINN. spec p. 478

Lapathum foliis ovatis, circa petiolum emarginatis, floribus deorsum pendulis, dentatis verrucosis. HALL. hist. tom. 2. n. 1592.

Lapathum folio minus acuto. BAUH. pin. 115.

Lapathum vulgare folio obtuso. BAUH. hist. II. p. 984.

Loc. Ad vias, & in pratis agri *Pedemontani*, locisque ruderatis. PERENNIS.

2031 RUMEX acutus

Icon Taur. Vol. XIII. tab. 57.

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis LINN. spec. p. 478

Lapathum petiolo latescente, foliis longe lanceolatis, calyce serrato HALL. hist. tom. 2. n. 1591.

Lapathum acutum SCOP. Fl. Carn. ed. 2 n. 443

Lapathum sylvestre LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 4.

Lapathum folio acuto plano BAUH. pin. 115. TOURN. inst. 504.

Lapathum acutum, s. Oxylapathum BAUH. hist. II. p. 983.

Lapathum sylvestre, s. Oxylapathum. DOD. pempt. 648.

Loc. Vulgaris ad fossas. PERENNIS.

2032 RUMEX maritimus

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis linearibus LINN. spec. p. 478.

Lapathum aquaticum, luteolae folio TOURN. inst. 504

Lapathum aquaticum angustissimo acuminato folio BOCC. mus. 2. p. 143. tab. 104.

Lapathum minus LAM. Fl. Franc., tom. 3. p. 4.

Loc. In agro *Nicaeensi.* PERENNIS.

2033 RUMEX crispus

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis LINN. spec. p. 476

Lapathum foliis crispis, imis ovatis, supremis lanceolatis, calycibus verrucosis. HALL. hist. tom. 2. n. 1589

Lapathum folio acuto crispo BAUH. pin. 115.

Lapathum acutum crispum BAUH. hist. II. p. 988

Lapathum crispum SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 441. LAM. Fl. Franc., tom. 3. p. 3.

Loc. Nascitur ad fossas. PERENNIS.

2034. RUMEX pulcher

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, unica graniferа, foliis radicalibus panduraeformibus LINN. spec. p. 477

Lapathum foliis radicalibus, utrinque emarginatis, calycibus reticulatis, ciliatis, verrucosis HALL. hist. tom. 2. n. 1593.

Lapathum sinuatum seminis denticulato, foliis supra pediculum emarginatis HALL. helv. 72.

Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum. BAUH. hist. II. p. 988.

Lapathum floribus hermaphroditis, foliis radicalibus lyratis, obtusis, caule ramosissimo. GER. p. 446. n. 5.

Loc. In agro *Pedemontano* ad vias vulgaris est. PERENNIS.

2035 RUMEX aquaticus.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 83.
Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. Linn. *spec. p.* 479.
Lapathum foliis longe lanceolatis, paniculis densissimis Hall. *hist. tom. 2. n.* 1588.
Lapathum aquaticum. Scop. *Fl. Carn. ed. 2. n.* 444. Lam. *Fl. Franc. tom. 3. p.* 5.
Lapathum aquaticum folio cubitali. Bauh. *pin.* 116.
Rumex palustris. Trag. *p.* 318.
Hippolapathum. Cam. *epit.* 232.
Hippolapathum. Matth.
Loc. Secus lacum di *Viverone* abunde; secus flavios, & fossas canalium ex iis deductorum quandoque occurrit. *Perennis.*

2036 RUMEX scutatus.
Rumex floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis, caule tereti. Linn. *syst. 12. p.* 255.
Lapathum foliis sagittatis, ad mucronem latissimis, hamis rectis divergentibus. Hall. *hist. tom. 2. n.* 1594.
Lapathum scutatum. Lam. *Fl. Franc. tom. 3. p.* 6.
Acetosa scutata repens. Triumeh. *obs. p. 26. cum icone p.* 68.
Acetosa alpina sempervirens. Zan. *hist. ven. tab.* 87.
Oxalis folio rotundiore repens. Raj. *syn. ext. p.* 300.
Oxalis rotundifolia. Dod. *pempt.* 649.
Loc. In montanis, & subalpinis inter congestos mobiles lapides maxime frequens. *Perennis.*

2037 RUMEX digynus.
Icon Taur. Vol. VIII. tab. 5. 6.
Rumex floribus hermaphroditis digynis. Linn. *spec. p.* 480.
Lapathum foliis antice emarginatis. Hall. *hist. tom. 2. n.* 1595.
Lapathum acetosum anthogynum foliis orbiculatis emarginatis. Hall. *helv.* 770.
Lapathum digynum. Lam. *Fl. Franc. tom. 3. p.* 6.
Acetosa repens rotundifolia eboracensis folio in medio deliquium patiente. Moris. *ox. 2. p. 583. tab.* 36.
Loc. In spongiosis umbrosis humidis alpium, praesertim ad scrobes humentes. *Perennis.*

2038 RUMEX bucephalophorus.
Icon Taur. Vol. XI. tab. 110. & vol. XIII. tab. 68.
Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis. Linn. *spec. p.* 479.
Acetosa ocymi folio Neapolitana. Bauh. *pin.* 114.
Loc. In arvis, & sabulosis in agro *Nicaeensi*; nascitur etiam circa *Augustam Praetoriam.* *Annuus.*

FLORIBUS SEXU DISTINCTIS

2039 RUMEX alpinus.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 89.
Rumex floribus hermaphroditis sterilibus, foemineisque valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis obtusis rugosis. Linn. *spec. p.* 480.
Lapathum foliis obtusis, circa petiolum emarginatis, paniculis dense spicatis, vaginis maximis. Hall. *hist. tom. 2. n.* 1587.
Lapathum floribus superioribus masculis, inferioribus foemineis, foliis cordatis. Zinn. *gott. p.* 38.
Lapathum hortense rotundifolium, sive montanum. Bauh. *pin.* 115.
Lapathum folio rotundo alpinum. Bauh. *hist. II. p.* 987.
Off. Rhabarbarum monachorum.
Loc. Ubique circa domos alpinas, & in pratis alpium stercoratis. *Perennis.*

2040 RUMEX nifolius N.

Lapathum sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis brevissimis, recte divergentibus. HALL. *hist.* tom. 2. n. 1598. MISC. TAUR. tom. 5. p. 94.

Acetosa montana, lato Ari rotundo folio. BOCC. *mus. di piant.* p. 165. *tab.* 125.

Loc. In pratis alpium non infrequens est. *PERENNIS.*

Descr. Ab *acetosa* differt caule humiliori, foliis non sinuatis, hamis brevioribus subrotundis, foliis sunt virentia, lucentia, mollia, triangularia *Boni Henrici* foliis similia. Dioica est, panicula coarctata, ramis simplicibus, plumae sagittatum, quae etiam rubent, longiores. Flores mares similes RUMICI *acetosae* LINNAEI, sed majores, antheris magis obtusis.

2041. RUMEX acetosa.

Icon. TAUR. *Vol. VII. tab.* 4.

Rumex floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. LINN. *spec.* p. 481.

Lapathum sexubus distinctis, foliis sagittatis, hamis retrorsum porrectis. HALL. *hist.* tom. 1. n. 1597.

Lapathum acetosa. SCOP. *Fl. Carn.* ed. 2. n. 438.

Lapathum pratense. LAM. *Fl. Franc.*, tom. 3. p. 8.

Acetosa pratensis. BAUH. *pin.* 114.

Oxalis vulgaris. BAUH. *hist. II.* p. 989.

Oxalide, ouvero *Acetosa.* MATTH.

B *Oxalis sylvatica maxima.* BAUH. *hist. II.* p. 890.

Acetosa montana maxima. BAUH. *pin.* 114.

Off. Acetosa.

Vern. *Agrivola.*

Loc. Nascitur in pratis ubique B in montibus. *PERENNIS.*

Vir. Omnes *acetosae* species viribus conveniunt, grato acido principio scatentes. Haec in Pharmacopoearum, & culinae usum solet venire. Minus aquosum, & fortius acidum habent *rotundifolius*, & *Acetosella*. Proprietates, quae tribuitae sunt *oxydi*, sive *trifolio acetoso* officinarum, eae etiam pertinent ad *acetosam* ex hujus succo similiter sal essentiale parari potest. In *Acetosa* principium acidum minus est, quam in *oxyde*. Longe autem frequentius praxis adhibetur, eo quod omni fere tempore haberi possit in hortis, & pratis familiaris planta, &, quantus quidem potest ad rem esse, succus prompte parari queat. In febribus biliosis, ardentibus, putridis, atque ubicumque adest bilis alkalescentia corrigenda, aut nimius calor attemperandus, succum *Acetosae* imperant Medici duarum, aut etiam unciarum pondere, pluribusque iteratis vicibus, si e re sit, intra nuchemerum exhibent. Utilis etiam est in febrium ipsis petecularibus, usque maxime, quae ex degeneri aut bili nascuntur. Solus interdum succus *Acetosae* sufficit ad febres intermittentes tollendas, quae primo vere, & incipiente aestate nascuntur, & cum acetositate bilis conjunctae sunt. Alias hasce in febribus, pro circumstantiarum opportunitate, amara, antiputredinosa adjunguntur. Unde contrarium auctorum cum acribus specificis antiscorbuticis jam alias commemoratum est. Frequens autem additamentum acidi medicamenti ex *Acetosa* depromitur. In sanguinis rarescentia, atque ex hac caussa nata haemorragia sanguinis multum prodest succus *Acetosae*, quantum quidem licet, copiose exhibitus. Si urinae propter eamdem caussam, aut nimium sanguinis attritum, aut actionem septicae substantiae, cohaesionem sanguinis destruentis, parce in renibus secretae fuerint hydropes motum faciant, *acetosa* utique valde utilis est, sed ubi expedit loco secretionum promovere, radices *acetosae* praeferuntur, quae praeter acidum tenent etiam aliquam majorem salis alkalini fixi quantitatem. Data utique opera, acria, ut aurea, neque calefacientia diuretica ipsi acetosae adjunguntur, si Medicus praesens jam debeat serum ad renes deducere. Ex his omnibus, quae nunc dicta sunt, jam apparebit, & in ipso alvi fluxu dysenterico, mensibusque nimium fluentibus succum *Acetosae* accommodatum, & opportunum medicamentum esse posse.

2042. RUMEX tuberosus.
Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-oblongis sagittatis, hamis patentibus LINN. *syst.* 12. *p.* 255.
Acetosa tuberosa radice. BAUH. *pin.* 114.
Oxalis tuberosa. DOD. *pempt.* 649.
Loc. In pratis agri *Nicaeensis.* *PERENNIS.*

2043. RUMEX acetosella.
Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis LINN. *spec. p.* 481.
Lapathum sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis ovatis recurvis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 1596.
Lapathum acetosella. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 439.
Lapathum arvense. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 8.
Acetosa arvensis lanceolata. BAUH. *pin.* 114.
Oxalis parva auriculata repens. BAUH. *hist. II.* 991.
β. *Acetosa arvensis minima non lanceolata.* BAUH. *pin.* 114.
Oxalide minore. MATTH.
Loc. In agris, & pascuis sabulosis. *PERENNIS.*

2044. RUMEX multifidus.
Icon TAUR. Vol. XXVIII. tab. 74.
Rumex floribus dioicis, foliis hastatis, auriculis hastatis. LINN. *syst.* 12. *p.* 255.
Acetosa minor foliis multifidis. Ejusdem BOCC. *mus. part.* 2. *tab.* 126.
Loc. Circa *Nicaeam*, & *Villafrancam* ad rupes. *PERENNIS.*
DESCR. Habitus *Acetosae pratensis* etiam dioicus est: foliis evidenter differt, quae firmiora sunt, angustiora, longius petiolata, margine crispo, & revoluto, etiam sinuato; Rami vero duplicati sunt, neque inflexi. Rami florigeri magis divaricati, neque subrecti, breviores. Sapor acidus.

POLYGONUM. LINN. *gen. n.* 445. *syst. n.* 490. TOURN. *tab.* 290. 291.

Calyx coloratus profunde quinquefidus, segmentis ovatis. Stamina a quinque ad octo. Stylus 1. 3. Semen trigonum, nudum.

2045. POLYGONUM bistorta.
Icon TAUR. Vol. X. tab. 40.
Polygonum caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. LINN. *spec. p.* 516.
Polygonum radice lignosa contorta, spica ovata, foliorum petiolis alatis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 1559.
Polygonum floribus digynis octandris, foliis caulinis cordato-lanceolatis, semine triquetro. SCOP. *Fl. Carn. p.* 451. *n.* 1.
Bistorta major radice magis intorta. BAUH. *pin.* 192.
Bistorta media folio minus rugoso. BAUH. *hist. III. p.* 539.
Polygonum simplici spica terminatum, foliis imis appendiculatis, seminibus triquetris. GMEL. *sib.* 3. *p.* 48.
β. *Bistorta radice minus intorta.* BAUH. *pin.* 192.
Bistorta. MATTH.
OFF. Bistorta major.
Loc. Ubique in pratis subalpinis, & alpinis, praecipue irriguis. *PERENNIS.*
VIR. Multum acidum tenet *bistorta*, quod longe uberius est in radice concentratum, ac gummosae substantiae inhaeret decoctione extrahendum. Radices hujusce plantae, natura, & viribus suis omnino cum radice *Tormentillae* conveniunt; valde adstringunt, fibrarum nexum firmant, atque opportunae sunt in omnibus, in quibus commendata est radix *Tormentillae*. Animadvertimus etiam in hujusce vel ejus adstringentis usu similes cautelas clinicas esse servandas. Radix *Bistortae* amara,

antisepticis, absorgentibus, aut stimulantibus aromaticis unam adjicitur non sine evidenti utilitate in iis febribus corruptivae indolis, in quibus eodem tempore & vis vitae est excitanda, aut instauranda, humores sunt in circuitum pulsandi, & collabascens massa humorum in sua cohaesione sustinenda. Haec autem indicatio saepius occurrit in febribus quibusdam malignis, quae non superantur, nisi vincat cunctos sudor quo motu perpetuo victuram avocat alvi fluxus symptomaticus. Radix eadem in pulverem redacta praescribitur a drachma semisse ad drachmam unum, vel duas, in decocto a drachmis duabus ad drachmas sex, aut unciam ad unciam unam.

1046 POLYGONUM viviparum
Icon Taur. Vol. III tab. 61. 10. 13. 14 f. u. 3. 4.
Polygonum caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis LINN. *spec. p.* 516
Polygonum radice lignosa contorta, foliis nervosis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis linearibus. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1558
Polygonum floribus trigynis octandris spicatis, foliis radicis lanceolatis, semine subrotundo SCOP. *Fl. Carn. p.* 422. *n.* 3. *ed.* 2. *n.* 470.
Bistorta alpina media BAUH. *pin.* 192
Bistorta minima BAUH. *hist. III p.* 539
Loc. In pratis, & pascuis alpium etiam editissimis ubique frequens. *PERENN.*

1047 POLYGONUM amphibium.
Icon Taur. Vol. XVI tab. 99.
Polygonum floribus pentandris semidigynis, spica ovata. LINN. *syst.* 10. *p.* 275
Polygonum foliis ovato-lanceolatis ultimis, spicis ovatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1565.
Potamogeton salicis folio BAUH. *pin.* 193
Loc. Vulgare ad lacus, etc. *PERENN.*
VIR. POLYGONI *amphibii* radices, incidentes, abstergentes, saponaceas virtutes celsaeparillae aemulas possidere scripserunt *Cl. Viri* COSTE, & VILLEMET Ex propria experientia nihil dicere possum

1048 POLYGONUM persicaria
Icon Taur. Vol. XXIII tab. 95.
Polygonum floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis LINN. *spec. p.* 518 SCOP. *Fl. Carn. p.* 420 *n.* 1
Polygonum foliis ovato-lanceolatis subhirsutis, spicis ovatis, vaginis ciliatis. HALL. *hist. tom.* 1 *n.* 1557
Persicaria mitis maculosa, & non maculosa BAUH. *pin.* 101
Persicaria mitis BAUH. *hist. III. p.* 779
Persicaria. MATTH.
Off. Persicaria mitis
Loc. Locis umbrosis, & ruderatis. *ANNUUM*
VIR. Licet manifeste acida sit, non omnis tamen acrimoniae expers est, atque aliquam etiam amaritiem explicat. In usum venit, & suis etiam laudibus celebratur propter qualitates suas aliqua adstrictoria vi abstergentes, vulnerarias, & epoticas. Extus *Persicariae* folio ulceribus cum utilitate apponuntur. Ejusdem succus, aut decoctum laudatur in viscerum obstructionibus, sed non admodum activum deobstruens est, neque cum Saponaria, aliisque simplicibus comparandum. Ubique interim apozemata, quae hunc in finem praescribuntur, ingredi potest. Antiscorbuticis etiam praesidiis non sine utilitate pariter adjungitur, ut leniter humores abstergantur, ac solvantur. Ad sanguinem, ut ajunt, depurandum in vitiis chronicis cutis symbolum etiam suum confert cum aliis aptis vegetabilibus. Specierum succus *Persicariae* datur ab unciis duabus ad uncias tres, aut quatuor ad renes arenososabulosa congestione liberandos, calculosque sine aestu, ac magna irritatione expellendum.

1049 POLYGONUM alpinum *tab.* 68. *fig.* 1.
Icon Taur. Vol. III tab. 10.

Polygonum caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, subhirsutis spicis paniculatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1564. MISC. TAUR. *tom* 5 *p* 94.
Persicaria alpina persicae folio, non maculoso flore albo Compl. SPICILEG *p* 19.
Persicaria alpina folio nigricante, floribus albis. BOCC. *mus di piant. tab.* 47. SEG. PEDEM. *p.* 41 *tab.* 8.
Persicaria alpina altera auxerilis, foliis duorioribus et atro BOCC. *mus di piant. p.* 108 *tab.* 83.
Polygonum spicis paniculatis, dense constipatis, floribus octandris trigynis, foliorum lanceolatorum vaginis hirsutis GMEL. *sibir* 3 *p.* 56 *tab.* 10.
Loc. In pratis alpium, & ad eorum convalles minime rara est. *PERENNE*
Vir. Cum minori acrimonia superiori acidius est. *Cl. Bartholomaeus* CACCIA meus olim Praeceptor in dysenteria cum emolumento adhibuit.

2050. POLYGONUM Hydropiper.
Icon Taur Vol. XXIII tab 96
Polygonum spicis stringosis laxis foliis lanceolatis, seminibus obtuse triangulis, vaginis debilibus GMEL *sibir* 3 *p.* 50
Polygonum floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. LINN. *spec p.* 517.
Polygonum foliis ovato-lanceolatis, spicis filiformibus, vaginis calvis truncatis HALL *hist. tom.* 2. *n* 1554.
Polygonum floribus digynis hexandris, foliis lanceolatis. SCOP *Fl. Carn p.* 410. *n* 2. *ed.* 1 *n.* 467.
Polygonum acre LAM *Fl. Franc*, *tom* 3 *p.* 234.
Persicaria urens, sive Hydropiper BAUH *pin* 101.
Persicaria acris, sive Hydropiper BAUH *hist III p* 780.
Hydropiper MATTH
OFF. Persicaria urens, s. Hydropiper.
VERN *Erba bruna*
Loc Ad fossas abunde. *ANNUUM*
VIR. Tantam linguae acrimoniam imprimit, ut eam urere videatur. Succum expressum ab uncia una ad uncias duas in juscuio dedi sine incommodo in hydrope, ac vidi copiosiores, & limpidiores urinas effluxisse. Potenter humores incidit, atque acidis, praesertim vegetabilibus, adjunctum etiam in ipso scorbuto non contemnendum mihi remedium videtur.

2051. POLYGONUM strictum N *tab.* 67 *fig.* 1
Icon TAUR. Vol. XVI tab. 107 & *Vol. XVIII tab.* 58.
Polygonum spicis interruptis tenuissimis, foliis ex lineari-lanceolatis, seminibus obtuse triangulis GMEL. *sibir* 3 *p* 49
Polygonum foliis ovato-lanceolatis glabris, spicis strigosis vaginis ciliatis. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1555 MISC. TAUR *tom* 5 *p* 94.
Persicaria pusilla repens. LOB *ic.* 316.
Persicaria pumila. TABERN *hist p.* 858
Polygonum (minus) floribus hexandris digynis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis, caule divaricato patulo HUDS *fl. angl. p.* 148
Persicaria angustifolia. BAUH. *pinax* 45.
Loc. In fossis semper humentibus, tum ad stagnorum margines minime rara: ad lacus vero *Eporedienses* abunde *ANNUUM*
Descr. Caules rotundi, ex viridi rubentes, parum ramosi, procumbentes. Folia alterna ex vaginis ciliatis, geniculis nodosis, subtus albis pallidiuscula, supra intense viridia, petiolata, petiolo dilatato amplexicauli, nervo foliorum albicante. Glabra tota planta est, foliorum ora subtilissime serrulata. Sepes nullas. Flores spicati ex dorbus, aut tribus floribus subsessilibus, vaginis exceptis, atque ciliatis. Color floris intus albus, extus purpureus; petala ovatis quinque. Stamina quinque, petalis breviora. Styli duo.

2052 POLYGONUM Bellardi † *tab.* 90. *f.* 2
Polygonum erectum floribus axillaribus octandris trigynis, foliis elliptico-lanceolatis, vaginis ciliatis

Loc. In arvis inter *Bussolinum*, et *Burdascum* primo vere florens. *Annua.*
Descr. Ex radice, alba, tortuosa, pauca fibrosa, exurgunt haec Polygoni species ad duorum, & ultra pedum altitudinem, caule erecto firmulo, glaberrimo, striato, rotundo. Caulis plurimi per alternam dichotomiam dividitur. Rami omnes floriferi floribus subsessilibus alternis. Folia elliptico-lanceolata, sed in imma lacinia acuto fine etiam aristato, glaberrima sunt, nervo subtus eminente, breviter petiolata, internodia sunt foliis duplo longiora. Folia floribus subjecta caeteris breviora sunt, & subsessilia, caeterum similia, solet autem ramus interdum ab uno ad alium florem angulosus flecti. Flos primum albus, sed per aetatem roseus ex petalis quinque. Stylus trifidus. Stamina octo. Flos brevissime pedunculatur, saepius solitarius, sed interdum bini, aut tres adsunt. Semen trigonum, maturum corollis majus, rufescit. Vagina argenteo colore nitens ad basim fusca in oris lacera, & secta, caulem, atque petiola foliorum amplectantur.

1053. POLYGONUM aviculare.
Icon Taur. Vol. XIII tab. 38. & Vol. XXII tab. 57.
Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo Linn. spec. p. 519. Ger. *Fl. Galloprov.* p. 447. n. 1.
Polygonum procumbens foliis linearibus, acutis floribus solitariis Hall. *hist.* tom. 2. n. 1560.
Polygonum caule herbaceo annuo Boehm. *Fl. Lips.* p. 145. n. 589.
Polygonum floribus subsolitariis, in alis foliorum sessilibus, staminibus octo. Gmel. *sib.* 3. p. 40.
Polygonum avicularium Lam. *Fl. Franc.* tom. 3. p. 237.
Polygonum latifolium. Bauh. *pin.* 281.
Polygonum, sive centumnodia Bauh. *hist. III.* p. 377.
β. *Polygonum brevi, angustoque folio.* Bauh. *pin.* 281.
Polygono mascho. Matth.
Off. Polygonum, s. Centinodia.
Vern. *Erba rabiosa.*
Loc. Ad vias, & ruderata frequentissime occurrit. *Annuum.*
Vir. Saporis est herbacei, sed tamen stiptici. Inter stirpes adstringentes & suum locum meretur, licet valide non adstringat, viribus adstringentibus etiam antispasmodicas adjungit, atque in alvi fluxu etiam biliosa coercendo adhibetur, quia bilis acrimoniam eodem tempore emendat. Opportunum enim est in mensium immodico fluxu, alboque fluore mulierum, si adstringentibus locus sit. Faustius usum hujus plantae laudare possim, eo quod ad valida adstringentia, quae saepe non sine periculo imperari possunt, *centinodia* non sit referenda. Praescribitur ex aqua decocta, aut ejusdem succus ab unciis duabus ad uncias tres, aut quatuor.

1054. POLYGONUM maritimum.
Icon Taur. Vol. XXVII tab. 68.
Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis ovali-lanceolatis sempervirentibus, caule fruticoso Linn. spec. p. 519.
Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente, suffruticoso. Ger. *Fl. Galloprov.* p. 448. n. 2.
Polygonum maritimum latifolium. Bauh. *pin.* 281.
Polygonum maritimum. Bauh. *hist. III.* p. 376.
Loc. In littoris, & sabulosis agri *Nicaeensis*. *Suffrutex.*
Vir. Fortius adstringit, quam aviculare, cum minus aquosa, dilutaque activa principia habeat.

1055. POLYGONUM convolvulus.
Polygonum foliis cordatis, caule volubili angulato floribus obtusatis Linn. *syst.* 12. p. 276.
Polygonum caule volubili, foliis sagittatis Hall. *hist.* tom. 2. n. 1561.

Polygonum floribus trigynis, octandris, lateralibus glomerulatis, caule volubili, semine triquetro. SCOP. *Fl. Carn.* p. 423. n. 5. *ed.* 2. n. 469.
Fagopyrum vulgare scandens. TOURN. *inst.* 511.
Polygonum convolvulaceum. LAM. *Fl. Franç.* tom. 3. p. 239.
Convolvulus minor semine triangulo. BAUH. *pin.* 294.
Helxine semine triangulo. BAUH. *hist.* II. p. 157.
Loc. In arvis, & ad sepes abunde. *ANNUUM.*

2. ANGIOSPERMÆ

FLORIBUS HERMAPHRODITIS

HERNIARIA. LINN. *gen.* n. 272. *syst.* n. 305. TOURN. *tab.* 288.

Calyx quinquepartitus. Stamina decem, quinque fertilibus. Tuba bifida. Capsula monosperma.

2056 HERNIARIA glabra.
Icon. TAUR. *Vol.* VII. *tab.* 86.
Herniaria glabra, glomerulis multifloris. HALL. *hist.* tom. 1. n. 1552.
Herniaria glabra. LINN. *syst.* 12. p. 194. *Hort. Cliff.* 40. HALL. *helv.* 282.
Herniaria glabra herbacea. LINN. *spec.* p. 317. BAUH. *hist.* III. p. 378.
Polygonum minus, 1. Millegrana major. BAUH. *pin.* 281.
Herba turca. LOB. p. 182.
Anthyllis valentina Clusi. LOB. *ic.* 421. *obs.* 230.
Poligono minore. MATTH.
Off. Herniaria, s. Herba turca.
Loc. Ubique in glareosis aridis, & saxosis, praesertim collinis. *ANNUA.*
Vir. HERNIARIÆ nomen profectum est ex ea virtute, quam hoc vegetabile dicitur habere ad herniae sanationem, sive intus detur, sive externecus applicetur. Licet vis major adstringens, & tonica ab illius medicamentis obtineri possit, stipticum tamen principium inest HERNIARIÆ, illudque cum aliqua vi mucilagine, & abstergente conjunctum. Eas igitur utilitates, quas externecum applicitae dare possunt plures adstrictoriae stirpes, praebere potest HERNIARIA. Peculiariter laudatur, ac adhibetur ad urinas pellendas, laxitatem vasorum renalium collendam, renesque sabulo expurgandos; eodem nimirum tempore principio stiptico eorum fibris addit, serum solvit, mucumque blande abstergit. Solet adhiberi decoctum totius herbae dosi manipuli semissis, aut unius. Indiscriminatim ad usum recipiuntur *glabra*, & *hirsuta*.

2057 HERNIARIA hirsuta.
Herniaria hirsuta. LINN. *syst.* 12. p. 194.
Herniaria hirsuta glomerulis paucifloris. HALL. *hist.* tom. 1. n. 1553.
Poligono minore. MATTH.
Loc. In aridis montanis soli expositis frequentior adhuc in Comitatu *Nicaeensi*, & *Liguria*. *PERENNIS.*
Obs. Distinguenda a priori non modo foliis totis hirsutis, confertioribus, sed praesertim radice perenni.

2058 HERNIARIA lenticulata.
Herniaria suffruticosa foliis ovato-oblongis pilosis. REICH. *syst. pl.* 1. p. 617.
Polygonum minus lentifolium. BAUH. *prodr.* p. 131.
Polygonum maritimum longius radicatum nostras serpilli folio crasso nitente. PLUK. *alm.* 300. *tab.* 33. *f.* 3.
Loc. In apricis collibus, ac etiam ad vias secus sabulosa fluminum occurrit, superioribus longe rarior. *PERENNIS.*

ILLECEBRUM. Linn *gen. n* 256, *syst. n.* 287. Tourn *tab.* 188.

Calyx pentaphyllus, cartilagineus Stamina quinque Stylus unus Capsula monosperma.

2059 ILLECEBRUM Paronychia
Illecebrum floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus, foliis laevibus. Linn *syst.* 11 *p.* 187
Polygonum minus candicans. Bauh. *pin.* 281
Paronychia argentea Lam. *Fl. Franc*, *tom.* 3 *p.* 230.
Loc In sterilibus Comitatus *Nicaeensis*. *Perennis*.

2060 ILLECEBRUM capitatum.
Illecebrum floribus bracteis nitidis occultantibus capitulo terminalia, caulibus erectiusculis, subus villosis Linn *syst* 12 *p.* 187.
Paronychia narbonensis erecta Tourn *inst* 508
Paronychia capitata Lam *Fl. Franc*, *tom.* 3 *p.* 229
Polygonum montanum, niveum, minimum Lob *ic* 420.
Loc Non modo in agro *Nicaeensi*, sed etiam in locis arenosis montanis, & subalpinis calidioribus, ut in valle *Augustae Praetoriae*, *Segusii*, in valle *Ulciensi*, *Fenestrellarum* &c provenit. *Perennis*

ORTEGIA. Linn. *gen. n.* 49 *syst. n.* 51.

Calyx pentaphyllus. Stamina tria Stylus unus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma

2061 ORTEGIA dichotoma
Icon Taur. Vol. 19 *tab* 54
Ortegia dichotoma, axillis ramorum unifloris. Misc Taur. *tom.* 3. *p.* 176
Ortegia floribus solitariis, caule dichotomo Linn *mant alt. p* 174.
Loc. Nascitur circa *Gravees*. *Perennis*

CAMPHOROSMA. Linn. *gen n.* 152. *syst n.* 164.

Calyx quadrifidus segmentis alternis majoribus reflexis Stamina quatuor Stylus bifidus. Capsula monosperma.

2062 CAMPHOROSMA monspeliaca
Icon Taur Vol. XVIII tab 21
Camphorosma foliis hirsutis linearibus Linn. *spec p.* 178.
Camphorata foliis lanceolatis hirsutis ciliatis, glomerulis florum laxe spicatis Zinn. *Goett. p.* 36
Camphorata caulibus adscendentibus ramosis, foliis alternis linearibus. Gmel *Sib.* 3. *p.* 116 *n.* 91 *tab.* 22
Camphorata hirsuta. Bauh. *pin.* 486.
Loc In arenosis, & aridis agri *Nicaeensis*, praesertim inter *Villafranca*, & *la Lanterna*. *Suffrutex*
Vir. Camphoram olet tota planta, atque inde nomen habuit Acris, calefaciens, extimulans est, sale volatili oleoso referta Ejusdem infusum prodest in asthmate humido, leucophlegmatia, aliisque morbis, in quibus opportunum pituitam solvere, lotii vias aperire, & sanguinis actionem instaurare. Dosis est ab uncia semisse ad unciam unam, & ultra.

GLAUX. LINN. *gen. n.* 257. *syst. n.* 288

Calyx quinquefidus, coloratus. Stamina quinque. Stylus unus. Capsula unilocularis, quinque-valvis, pentasperma.

2063 GLAUX maritima.
Glaux maritima LINN. *spec. p.* 301.
Glaux maritima. BAUH. *pin.* 215
Glaux exigua maritima. BAUH. *hist. III. p.* 373.
Loc. In agro *Nicaeensi* lectam habeo. *PERENNIS.*

SALSOLA. LINN. *gen. n.* 275. *syst n.* 308. TOURN. *tab.* 118.

Calyx profunde quinquefidus, quodammodo coloratus, persistens. Stylus simplex semibifidus. Stamina quinque. Capsula globosa. Semen unicum, cochleiforme.

2064 SALSOLA Kali.
Icon TAUR. Vol. II tab. 133.
Salsola herbacea decumbens foliis subulatis spinosis scabris, calycibus marginatis axillaribus LINN. *syst.* 12. *p.* 196.
Kali spinoso affinis. BAUH. *pin.* 189.
Salsola decumbens LAM. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 240.
Tragum CAM. *epit.* 779.
Kali soda. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 285.
Tragus MATTH.
Loc. GIUDICE circa *Nicaeam*, TERRANEUS in maritimis prope *Uneliam* legerunt. *ANNUA.*

2065 SALSOLA soda
Salsola herbacea patula foliis inermibus LINN. *spec. p.* 323.
JACQ. *Hort. Vindob. tab.* 68.
Salsola longifolia. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 241.
Kali majus cochleato semine. BAUH. *pin.* 189.
Soda, Kali magnum, sedi medii folio, semine cochleato. LOB. *ic.* 394.
Kali vulgare BAUH. *hist. III. p.* 701.
Kali MATTH.
Loc. In agro *Nicaeensi*. *ANNUA.*
VIR. Pleraeque SALSOLÆ species combustae dant salem alkalinum sub nomine *Soda* notum, cujus usus magnus est ad saponem, & opera vitriariorum. Hic sal emetat affinium urinam movet, sed & ipsa planta aut decocta, aut acetariis recepta urinae ciet. Usus est SALSOLA aliis antiscorbuticis conjuncta, si nimias hydropas sdat, in cachexia scorbutica ad lotus secretiones promovendam.

ISNARDIA. LINN. *gen. n.* 145. *syst. n.* 156.

Calyx quadrifidus, ovarium arcte cingens. Stamina quatuor. Stylus unus. Capsula quadrilocularis, polysperma.

2066 ISNARDIA palustris LINN. *spec. p.* 175.
Icon TAUR. Vol. XVI tab. 49.
Dantia foliis subovatis pedicellatis, floribus in foliorum alis sessilibus. GOET. *obs.* 2. *p.* 115.
Glaux major palustris flore herbaceo. BOCC. *mus.* 105. *tab.* 84.
Alsine palustris rotundifolia repens, foliis portulacae pinguibus. LINN. *alsot.* 114 *tab.* 2.
Loc. Vulgaris admodum est ad lacus, & secus fossas aquarum lente fluentium. *PERENNIS.*

CHRYSOSPLENIUM. LINN. *gen. n.* 493. *syst. n.* 553. TOURN. *tab.* 60.

Calyx coloratus, persistens, 4-vel 5-fidus. Stamina octo ad decem. Styli duo. Capsula birostris, unilocularis, polysperma.

1267 CHRYSOSPLENIUM alternifolium

Chrysosplenium foliis alternis. LINN. *spec. p.* 569. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1548.
Chrysosplenium foliis pediculis oblongis innitentibus. TOURN. *inst. p.* 146.
Sedum palustre luteum majus foliis pediculis longis insidentibus. MORIS. *hist.* 3. *p.* 477. *s.* 12. *tab.* 8. *f.* 8.

Loc. Ad fontium scaturigines locis montanis, & umbrosis; copiosissime supra *Giaveno*, PERUNNA.

Vir. Aliquantum amara, & gustu subacris planta pro antiscorbutica habetur, atque *sisymbrio aquatico* substitui posse dicitur.

ULMUS. LINN. *gen. n.* 281, *syst. n.* 313. TOURN. *tab.* 372.

Calyx quinquefidus. Stamina quinque. Styli duo. Capsula compressa, foliacea, ovalis, semen unicum includens. ARBOR.

1268 ULMUS campestris

Ulmus foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus. LINN. *spec. p.* 327.
Ulmus foliis ovato-lanceolatis dentatis, dentibus serratis. HALL. *hist. tom.* 1. *n.* 1586.
Ulmus campestris, & Theophrasti. BAUH. *pin.* 426.
Ulmus. DOD. *pempt.* 837.
Olmo. MATTH.

VERN. Olm, s. Ourm.

Loc. Ubique & sata, & spontanea frequens est. ARBOR.

Vir. Nostris temporibus virtutum medicinalium ULMI magna fama percrebuit; sed & antiquissimis jam haec planta propter usum medicamentosum laudata est. Arbor ULMI succo quodam glutinoso donatur, principia fixa continente, quorum quaedam manifeste acida sunt, alia vero ad substantiam media cujusdam salis sunt redigenda. Hic activus succus sponte etiam quibusdam in regionibus primo vere ex hiante cortice stillat; colligitur etiam in vesicis tuberculis, quae in superficie foliorum hujusce plantae excitantur ab *aphidis* quadam specie, intra eorumdem parenchyma progeniem suam deponente. Succus sponte stillans ex cortice, maximeque succus hisce vesiculis amplificatis contentus insigniter vulnerarium celebratur, & specificum male dicitur in morbis oculorum. Vulnerum certe consolidationem promovere potest glutine suo, atque vi tonica leviter abstergente. Folia ipsa ULMI similiter vulneraria sunt. Secundus cortex, sive liber majorem continet hujusce succi quantitatem, ut in hoc cortice magna fiducia posita sit ad curandas plurimas diffiles aegritudines, cujusmodi sunt scabies, herpes, impetigo, omnisque fere foeditas cutis. Rheumatismus, ischiadicum malum, scorbutus, scirrhus, atque cancer. In hisce morbis solet imperari decoctum corticis ULMI, quod ita paratur, ut libra una aquae unciam unam corticis habeat, atque decoquendo ad medietatem redigatur. Cortex ipse applicitus in ambustis magnae utilitatis esse dicitur. Decoctum autem longa ebullitione paratum, etiam ad ulcera abstergenda, & consolidanda multis laudibus effertur. Profuisse vidi ea aphtis, ulceribusque oris, quando opportunum extant easdem vulnerario, & abstergente remedio eluere, saepe autem in acutis praesertim febribus aphtae in ore apparent, quarum si curetur cita sanatio per repercutientia remedia, saepe vitiosa materia ad tracheam, aut tubum intestinalem translata, gravia, & difficilia mala gignuntur. Decoctum idem corneas, corroborantes, abstergentes vires habet. Specialiter urget lentos humores in cute haerentes; vidi propulsam scabiem retropulsam, ac impetiginem eruisse. Sine emolumento usurpatus est in scirrhis; ulceri canceroso externe adhibitum decoctum corticis ULMI evidenter nocuit saniem repressa, auctisque doloribus. Constans, & diutinus hujusce decocti usus denique

viscidam, & foetidum undecem propellit, qui certo magni adjumenti esse potest ad nonnullas difficiles aegritudines superandas, quae requirunt crasse perspirabilis restitutam excretionem.

ASARUM. LINN. *gen. n.* 522. *syst. n.* 589. TOURN. *tab.* 289.

Calyx coriaceus, coloratus, ovarium cingens, trifidus, segmentis acutis, inflexis. Stamina duodecim. Stigma sexfidum. Capsula sexlocularis, polysperma.

2069 ASARUM europaeum.
Asarum foliis reniformibus obtusis binis. LINN. *spec. p.* 633.
Asarum foliis reniformibus subhirsutis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1547.
Asarum. BAUH. *pin.* 197. BAUH. *hist. III p.* 548.
Asaro. MATTH.
Off. Asarum.
Loc. Circa thermas *Valderianas*, *Vinadiensis*, reperit TERRANEUS inter *Marmoriana*, & *Pausana*. Vulgare in umbrosis *Montisregalis*, similibusque locis circa *Pramol*, *Villar*, *la Pouse* etiam nascitur, & supra *Gye* in *Sabaudia* Seu FARENNE.
Vir. Tota ASARI planta emeticum agit, sed in radice activa principia fortiora, & copiosiora sunt. Suis qualitatibus ASARUM affine est *Helleboro nigro*, minorem tamen habens virulentiam, majoremque principiorum stimulantium testitatem. Amarum est, & linguam distincta acrimonia vellicat. Radices odorem aromaticum habere, fortiusque linguam feriunt. Multiplicis naturae generis sunt principia, a quibus virtutes ASARI proficiscuntur, acidum habent evidenter, cum ab eo charta caerulea rubescat; non exiguam etiam combustae radices salis alkalini fixi quantitatem. Vis autem primaria sedes in principio tenui, resinoso, tenente particulas volatiles, multum stimulantes, a quibus emesis, & catharsis excitantur. In exsiccata, & vetusta radice pars vis emetica, & cathartica sola protracta supra cineres calidas infusione, disparet emetica virtus, ac, si operatio majori calore procedat, diutinaque ebullitioni hujus plantae radices subjiciantur, non modo emetica, sed etiam cathartica proprietate orbantur. Quae vero diximus de radicibus, ea etiam de foliis intelligenda sunt, cum similis naturae principia in iisdem existant. Decoctio ASARI per ebullitionem memoratis principiis destituta ejus tantummodo fixa ad residuum, & alkali proprium potissimum pertinentibus. ASARUM errhinum est ejusdem pulvere, aut etiam succo naribus attracto; at cum validum errhinum sit, solet praeferri radix diligenter siccata, in pulverum reducta, & paucorum granorum pondere naribus indita, ad cujus majorem gratiam, mitiorem que stimulum cum pulvere aromaticorum aliquorum jungitur. Effunduntur ubere mucosa ex membrana pituitaria. Infusum ASARI, seu calore paratum, aut *asarum tabulatum*, quod nullam volatilium particularum jacturam passa sit, intus data vomitum fortiter movet, alvumque vehementer ducit: sive vomitu autem cathartica persistit, si decoctioni subjectum fuerit, ubi ad tertiae, aut dimidiae partis, ut dicitur, consumptionem menstruum aquae redactum fuerit, jam non amplius cathartica est, sed aperiens, & diuretica. Generatim commendatur in iis morbis, in quibus *Helleborus niger* laudatus est, sed speciatim adhibetur in continuantibus febribus intermittentibus, summaque efficaciae medicamentum habetur in febre quartana. Multiplici autem ratione juvat tanquam emetico-catharticum emoveri viscera sua vermis, atque fomitem, qui in primis viis, ut dicitur, existat, excutit, adhuc que protractus radicum ASARI usus, tanquam remedium diuretico-aperiens, minima vasa aperit, coactum serum poterit incidi, saepius per renes, interdum etiam & per auctam perspirationem evacuat. Sicut vero notissimum est, non solet quartanam febrem debellare, nisi humorum tenacitas resolvetur. Radices ASARI, pro scopo diuretico datae, non modo apprime ad obstructiones reserandas, verum etiam, propulso latice, hydropis curationem foecerunt. Magni omnino faciendae sunt hujusmodi radicum prudenter, & convenienter adhibitae, atque pro ratione circumstantiarum cum roborantibus, aromaticis, & corroborantibus conjunctae, in iis contumacibus febribus, quae jam ad

cachexium aegros dodaxerum, & hydropis metum fecerunt. Vis tonica, operiens ASARI usum opportunum ut ad sustinendos munus supplumos ex mitco lento, minima via obstruuntur. Quod ad maniam pertinet, etsi minime negaverim *Hellebori nigri* effluvium cumulum, in hoc majorem fiducium ponendam esse puto. Uteri gerentibus foeminis, propter abortus metum, ASARUM prudentes Med ci non exhibent. Folia ASARI in infusione dantur numero sex, aut octo. Radix in substantia, ut diximus, praescribitur a scrupulo uno ad duos; in infuso vero a drachma una ad drachmas duas. Pro scopo diuretico utera decoque potest.

CITINUS. LINN. *syst. n.* 1115. TOURN. *tab.* 477.

Calyx tubuloso-campanulatus, limbo quadrifido colorato. Antherae sessiles sexdecim, adnatae stylo sub stigmate. Germen inferum. Stylus unicus. Stigma octofidum. Fructus, & bacca octolocularis, loculis polyspermis.

2070 CITINUS Hypocistis.

Asarum foliis tunicibus imbricatis, floribus quadrifidis. LINN. *spec. p.* 633

Asarum aphyllum squamosum. SAUV. *monsp.* 4.

Hypocistis BAUH. *pin. p.* 465. CAM. *epit.* 96. 97. CLUS. *hist.* 1. *p.* 68. 79.

Loc. Circa *Barre* in Comitatu *Nicaeensi*, & circa *Nicaeam*, *Eizae* arborem, atque *Cistorum* radicibus innascens. *ANNUUS*

Obs. Flori subjacent squamae duae oppositae, per aetatem purpurascentes. Floris color candido-luteus. Antherarum numerus, & stigmatis divisionum variant: antherarum numerus duplus est.

Vis. Viribus usitatus succus *hypocistidis*, valdum adstringens constituens, ab hacce planta suppeditatur.

JUNCUS. LINN. *gen. n.* 396. *syst. n.* 433. TOURN. *tab.* 127.

Calyx hexaphyllus, persistens ex foliolis coloratis, siccis, glumosis. Stamina sex. Stylus profunde trifidus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

CULMIS NUDIS.

2071 JUNCUS acutus.

Juncus culmo subnudo tereti mucronato terminali involucro diphyllo spinoso. LINN. *spec. p.* 463.

Juncus acutus capitulis Sorghi BAUH. *hist.* II. *p.* 510. MORIS. *hist.* 3. *p.* 232. *s.* 8. *tab.* 10. *f.* 13.

Juncus culmo subnudo tereti mucronato, panicula terminali bractea duplici spinosa GOU. *h.* 182. *n.* 1.

Loc. In locis maritimis *Uneliae*, & *Nicaeae* PERENNIS.

Obs. IUNCUS *maritimus anglicus* mera varietas est.

2072 JUNCUS conglomeratus.

Juncus culmo nudo stricto capitulo laterali LINN. *spec. p.* 464.

Juncus caule nudo, foliis teretibus mollibus, panicula conglomerata HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1310.

Juncus culmo nudo tereti, panicula laterali densa globosa sessili SCOP. *Fl. Carn. p.* 224. *n.* 1. *ed.* 2. *n.* 417.

Juncus laevis panicula non sparsa BAUH. *pin.* 12. *theatr.* 183.

Juncus laevis panicula conglomerata. SCHEUCHZ. *gram.* 343.

Juncus CAM. *epit.* 780. MATTH. *p.* 1036. BAUH. *hist.* II. 520.

Loc. Locis uliginosis, & spongiosis in agro *Pedemontano* PERENNIS.

2073 JUNCUS effusus.

Juncus culmo nudo stricto, panicula laterali LINN. *spec. p.* 464.

Juncus culmo nudo tereti, panicula laterali sparsa. Scop. *Fl. Carn.* 203 *n.* 1. *ed.* 2. *n.* 418.
Juncus laevis panicula sparsa major. Bauh *pin.* 12 *theatr.* 182. Scheuchz. *agrost.* 341.
Loc. In pascuis humidis frequens. *Perennis.*

2074. JUNCUS inflexus.
Juncus culmo nudo, apice membranaceo incurvo, panicula laterali. Linn. *spec. p.* 464.
Juncus caule nudo, foliis teretibus stricteis, panicula laterali sparsa. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1311.
Juncus acumine reflexo, major. Bauh. *pin.* 12. *prodr.* 24. Barr. *ic.* 224.
Loc. In pascuis humidis, locisque inundatis ubique. *Perennis.*

2075. JUNCUS filiformis.
Juncus culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. Linn. *spec. p.* 465.
Juncus caule nudo, foliis mollibus teretibus, panicula laterali pauciflora. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1313.
Juncus culmo nudo nutante, panicula laterali. Roy. *lugd. p.* 44. *n.* 13.
Juncus laevis panicula sparsa, minor. Bauh. *pin.* 12. *theatr.* 183. Scheuch. *agrost.* 347. *t.* 7. *f.* 1.
Loc. In alpibus d' *Ussey* lectam habeo. *Perennis.*

2076. JUNCUS trifidus.
Icon Taur. Vol. I. tab. 93.
Juncus culmo nudo, foliis, floribusque tribus terminalibus. Linn. *spec. p.* 465.
Juncus acumine reflexo trifidus. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1315.
Juncus acumine reflexo minor, & trifidus. Bauh. *pin.* 12. *prodr.* 22. *tab.* 22. *theatr.* 186.
Juncoides alpinum trifidum. Scheuch. *agrost.* 325.
Loc. Frequens in pascuis alpium. *Perennis.*

2077. JUNCUS squarrosus.
Juncus culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. Linn. *spec. p.* 465.
Juncus rigidus panicula spicata, floribus cartilagineis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1317.
Gramen junceum foliis, & spica junci. Bauh. *pin.* 5.
Loc. Incolit loca spongiosa montana, editiora. *Perennis.*

CULMIS FOLIOSIS

2078. JUNCUS bulbosus.
Juncus foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. Linn. *spec. p.* 466.
Juncus foliis extimis, panicula sparsa, fructu globoso. Hall. *hist. tom.* 2. 1318.
Juncus foliis linearibus canaliculato-concavis, capsulis ovatis, culmo compresso. Jacq. *Vind.* 235.
Juncus parvus cum pericarpiis rotundis. Bauh. *hist. II. p.* 520.
Juncus foliis angulatis, culmo subnudo, panicula terminali prolifera, capsulis ovatis. Roy. *Lugdb.* 43.
Juncus septus upocarpos minor. Barr. *ic.* 114.
Loc. In uteridibus montanis pascuis occurrit. *Perennis.*

2079. JUNCUS bufonius.
Juncus culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. Linn. *spec. p.* 466.
Juncus palustris humilior, panicula laxissima. Rupp. *jen.* 130. *Fl. Lapp.* 122.
Juncus caule brachiato, foliis setaceis, floribus solitariis ad ramos sessilibus. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1319.
Loc. Locis humidis, umbrosis, spongiosisque frequens est. *Annuus.*

2080. JUNCUS triglumis.
Juncus foliis planis, gluma triflora terminali. Linn. *spec. p.* 467.
Juncus gluma triflora, culmum terminante. *Fl. Lapp.* 115. *tab.* 10. *f.* 5.

Juncus caule folioso nudo, foliis teretibus, floribus terminalibus ternis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1314.

Loc. In pratis humidis editioribus alpium, usque ad fontium scaturigines. *PERENNIS.*

2081. JUNCUS Jacquini.

Juncus caule unifolio, petiolis bifloris, floribus umbellatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1316.

Juncus (biglumis) *folio subulato, capitulo subquadrifloro terminali.* LINN. *mant.* 63.

Juncus alpinus capitulo glomerato, & nigro splendente. SCHEUCHZ. *it.* 1. *p.* 40. *tab.* 5. *f.* 4.

Juncoides alpinum flosculis junci glomeratis atrofuscis. SCHEUCHZ. *agr. p.* 323. *tab.* 17. *f.* 9.

Juncus biglumis JACQ. *vind. p.* 237. *tab.* 4. *fig.* 4. *fl. austr. tab.* 441.

Loc. In uliginosis alpium Granoni, & Ussey. *PERENNIS.*

2082. JUNCUS pilosus.

Icon TAUR. *Vol. XIII. tab.* 10. *f.* 2. & *tab.* 14.

Juncus foliis planis hirsutis, floribus umbellatis solitariis petiolatis aristatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1325.

Juncus foliis planis pilosis, corymbo ramoso. LINN. *spec. p.* 468.

Juncus foliis planis pilosis, pedunculis simplicibus, & umbellatis. GER. *p.* 141. *n.* 13.

Loc. In sylvaticis collibus vulgaris. *PERENNIS.*

2083. JUNCUS spadiceus.

Juncus planifolius panicula laxa, petalis mollibus breviter aristatis. HALL. *hist.* 2. 1326.

Gramen hirsutum nemorosum alpinum angustifolium, paniculis obscure rufescentibus. SCHEUCHZ. *it. alp.* 6. *p.* 458.

Loc. Locis subhumidis, & umbrosis editiorum alpium non infrequens est. *PERENNIS.*

Obs. In tanto consensu Auctorum, variis *Juncoides* conjungentium sub specie *pilosi*, nolo ab iisdem dissentire, sed hanc recte ab alia separasse videtur *Cel.* HALLER.

2084. JUNCUS niveus.

Juncus foliis planis subpilosis, corymbis foliis brevioribus, floribus fasciculatis. LINN. *spec. p.* 468.

Juncus planifolius panicula umbellata, petalis exterioribus duplo longioribus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1328.

Juncus niveus. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 259. *n.* 436.

Juncoides montanum, nemorosum, flore niveo. SCHEUCHZ. *agr. p.* 310. *tab.* 7. *f.* 7.

Juncus angustifolius, villosus floribus albis paniculatis. TOURN. *inst. p.* 247.

Gramen hirsutum minus, paniculis albis. BAUH. *pin. p.* 7. *theatr.* 106.

Gramini luzulae affine flore albo. BAUH. *hist. II. p.* 491.

Loc. Ubique in sylvis collinis, & montibus. *PERENNIS.*

2085. JUNCUS luteus N.

Juncus planifolius glaber panicula patente, floribus obtusis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 173. *n.* 1319.

Juncoides latifolium alpinum glabrum, panicula sublutea splendente. SCHEUCHZ. *agrost. p.* 314.

Loc. Ad oras sylvarum in editioribus alpibus. *PERENNIS.*

2086. JUNCUS campestris.

Juncus foliis planis subpilosis, spicis sessilibus, pedunculatisque. LINN. *spec. p.* 468.

Juncus planifolius spicis petiolatis nutantibus, petalis aristatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1330.

Juncus foliis planis subpilosis, spicis paucis subrotundis. GER. *p.* 140. *n.* 40.

Juncus villosus capitulis psyllii. TOURN. *inst.* 246.

Juncoides villosum capitulis psyllii. SCHEUCHZ. *gram.* 310.

Gramen hirsutum capitulis psyllii. BAUH. *pin.* 7. *theatr.* 103.

Loc. Frequens in sylvis montanis, & collibus. *PERENNIS.*

2087. JUNCUS spicatus.
Juncus foliis planis, spica racemosa nutante. LINN. *spec. p.* 469.
Juncus alpinus latifolius panicula racemosa nigricante pendula. TILL. *pis.* 91.
Loc. In editioribus alpibus nascitur. *PERENNIS.*

2088. JUNCUS sylvaticus.
Juncus foliis teretibus articulatis, panicula repetito-ramosa. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1323.
Gramen junceum foliis articulatis, sylvaticum. BAUH. *theatr. p.* 75. 76. SCHEUCHZ. *p.* 334.
Loc. Frequens locis humidis, praesertim montanis. *PERENNIS.*

2089. JUNCUS aquaticus.
Juncus foliis compressis articulatis, panicula semel ramosa. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1322.
Gramen junceum, foliis articulatis, aquaticum. BAUH. *Theatr. p.* 76. SCHEUCHZ. *agr. p.* 331.
Gramen junceum panniculatum humilius, utriculis frequentius donatum. MORIS. *oxon.* 3. *p.* 227. *tab.* 9. *f.* 2.
Loc. In fossis, & udis ad oras aquarum stagnantium. *PERENNIS.*

ACORUS. LINN. *gen. n.* 390. *syst. n.* 430.

Clava ex sinu folii enascens, digitiformis, flosculis sessilibus undique tecta. Calyx hexaphyllus, foliolis obtusis, superne crassioribus, persistentibus. Stylus brevissimus. Capsula triangularis, trilocularis, seminibus tribus foeta.

2090. ACORUS calamus. LINN. *spec. p.* 462.
Acorus verus, s. calamus aromaticus officinarum. BAUH. *pin. p.* 34.
Thypha aromatica clava rugosa. MORIS. *hist.* 3. *p.* 246. *s.* 8. *tab.* 13. *f.* 4.
Loc. Locis spongiosis in valle *Maira* lectus est a *Francisco* PETROLERI. *PERENNIS.*
VIR. Hic non est *calamus* antiquorum, suas tamen & insignes virtutes habet, non infrequenter in usum veniens. Radix est, quae in usum recipitur, ac eligi debet, quam cariem non praehenderit, & aromatica gratia sese commendat. Vetusta non modo in pulverem carie confecta fatiscit, verum etiam plurimum imbecilla redditur, dissipata tenui aromatica substantia. Radix ACORI optime servata fractu tenera est, amara, ac aromatica acrimonia linguam vellicat, salivamque plurimam elicit. Principia activa, praeter resinosam aliquam vim, pertinent ad acres salino-volatiles particulas cum oleo etiam aethereo conjunctas, quorum nonnullae spiritus vini, plerasque aqua secum abripit. Proprietates ACORI existimantur mucum incidunt, viscidum abstergunt, acrimoniam fibrarum excitant, atque instaurant, vasa aperiunt, ac secretiones promovent. Multum valent in stomachi imbecillitate, atque anorexia, & memoratae superius infarctiones adsint. Prodest quidem usus in cachexia, mensium diminutione, febribus anomalis intermittentibus, atque speciatim in febre quotidiana, non illa quidem, quam sustineant viscositas lymphae phlogistica, & congestiones internae ab humore acri, quae aut in abscessum vertunt, aut ipsius meatum inferant, sed lymphae quaedam tenacitas, praesertim ex diuturna moestitia profecta. Hisce autem in casibus pro varia natura morborum, atque aegri circumstantiarum, amara, tonica, incidentia, febrifuga, emmenagoga, aut potentia saponacea solent adjungi. In hydrope etiam incipiente cum opportunis tonicis aperientibus utilissime *calamus aromaticus* administratur. Dari solet in substantia a scrupulo uno ad drachmam unam, aut in infuso a drachma una ad drachmas duas, vel tres. Diuturna ebullitio ejusdem virtutem debilitat. Radix masticata, efficax, & suave sialagogum facit.

b. FLORIBUS SEXU DISTINCTIS

THELIGONUM Linn gen n. 947 syst n. 1068.

Flores sexu in eadem planta distincti. Maribus calyx bifidus. Stamina duodecim, aut plura Foeminis calyx minor, etiam bifidus Stylus unus Fructu est capsula coriacea monosperma.

2091 THELIGONUM Cynocrambe
Icon Taur Vol XXII tab. 50
Theligonum Cynocrambe Linn spec. p. 1411
Cynocrambe dioscoridis. Bauh prodr. 59 Tourn cor. 50.
Alsine facie plena nova. Col phyt 18.
Theligonum alsinoideum. Lam Fl. Franc. tom. 2 p 198.
Loc. Ad muros, & sepes *Nicaeae.* In fossis circa *Crevoja* etiam provenit. *Annuum.*

AMARANTHUS. Linn gen. n. 941. syst. n 1060. Tourn tab. 118

Flores sexu in eodem plante distincti. Calyx triphyllus, vel pentaphyllus. Stamina tria, vel quinque. Styli tres. Capsula monosperma, horizontaliter dehiscens.

2092 AMARANTHUS Blitum.
Icon. Taur Vol. XXII tab 63.
Amaranthus glomerulis lateralibus trifidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso Linn spec. p. 1405.
Amaranthus procumbens foliis ovatis emarginatis Hall. hist tom. 2. n 1606
Amaranthus floribus triandris glomeratis, foliis cuboroso triquetris, caule diffuso. Scop. Fl. Carn. p 405. n 1
Blitum majus Scop Fl. Carn. ed. 1 n 1178
Amaranthus caule decumbente, foliis subrhomboideis petiolis retusis, alternis spicis triandris Neker. tom. 1 p 386
Blitum album majus. Cam epit 236.
Blitum rubrum minus Bauh. hist. II p. 967
. *Loc.* Ad vias, & in cultis, maceriisve frequens est. *Annuum.*

2093 AMARANTHUS viridis.
Amaranthus glomerulis triandris floribus masculis trifidis, foliis ovatis emarginatis, caule erecto. Linn spec p 1405.
Blitum album minus Bauh. pin. 118 Bauh hist. II p 967.
Blitum sylvestre spicatum. Tourn parit 1 p 173
Amaranthus spicatus Lam. Fl. Franc tom. 2 p 192
Loc. Secus *Duriam* utramque Cl. Bellardi *Annuus,*

MERCURIALIS. Linn gen. n 998. syst n. 1125. Tourn tab 308

Sexus est tota planta divisus Maribus calyx trifidus, etiam quadrifidus Stamina duodecim, & ultra, antheris didymis. Foeminis calyx triphyllus, aut tetraphyllus, Styli duo. Capsulae gemellae, monospermae, sive, ut ajunt, capsula dicocca

2094 MERCURIALIS annua.
Icon Taur. Vol. XIII. tab 46
Mercurialis caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis Linn. spec p. 1465
Mercurialis caule annuo brachiato, foliis conjugatis ovato-lanceolatis glabris. Hall. hist tom. 2 n. 1600
Mercurialis caule brachiato erecto annuo Scop Fl. Carn p. 429. n 1.
Mercurialis spicata, & testiculata Bauh. pin. 121
Mercurialis mas, & foemina Bauh hist. II p. 977.

Mercurialis mascula, & femina. MATTH.

OFF. Mercurialis mas, & foemina.

VERN. *Mercurella.*

Loc. Secus hortos, & ruderatis frequens. *ANNUA.*

VIR. MERCURIALIS *herba* non modo emollit, & lubricat, sed salino-acri suae naturae principio intestina irritat, atque alvum sollicitat. Clysteribus ingredi solet cum aliis emollientibus stirpibus MERCURIALIS. Fortem syrupus MERCURIALIS ad alvum ciendam. Extat in officinis nostris syrupus MERCURIALIS compositus, quo non modo alvus ciencii, sed propter additamentum aliarum stirpium mucum ventriculi abstergit. Succus ex tota herba expressus dari potest ab uncia semisse ad unciam unam. Frequentius in jusculo culente infunditur dari manipuli semissis, eaque ratione propinatur ad alvum laxandam. Solent Medici MERCURIALEM praescribere in iis aegris, qui purgantia aegre ferre possunt. Licet autem inter mitia purgantia recenseri debeat, cavendum tamen foeminis hystericis, & teneriore sensibilitatis praescribenda haud planta est, cum viderim non modo dolores, sed & spasmodicas contractiones intulisse. Propter hanc rationem gravidis, & puerperis non sine magna circumspectione imperanda. Mel *mercuriale* mitissimum est medicamentum clysteribus receptum ad emollientem eorundem vim acuendam, ut non modo faeces emolliant, sed & alvum lubricent.

2094 MERCURIALIS perennis.

ICON TAUR. Vol. XIII tab. 47

Mercurialis caule simplicissimo, foliis scabris LINN. *spec. p.* 1465.

Mercurialis caule perenni simplici, foliis ovato-lanceolatis hirsutis HALL. *hist. tom.* II, *n.* 1601

Mercurialis caule simplici SCOP. *Fl. Carn. p.* 429. *n.* 1

Mercurialis cynocrambe SCOP. *Fl. Carn. ed.* II, *n.* 1203.

Mercurialis montana. BAUH. *pin.* 100

Cynocrambe mas, & foemina BAUH. *hist. II. p.* 977. & 979.

Cynocrambe. MATTH.

Loc. In sylvis montanis caeduis frequens est. *PERENNIS.*

VIR. Similis habita suo superiori est; sed omnium auctorum consensu, ac certorum experimentorum testimonio virulenta, & narcotica est, intestinisque multum infensa. Haec autem ideo in finem indicantur, ut caveant diligenter Pharmacopolae, & Rhizotomi, ne hanc pro superiori colligant, adhibeantque.

CERATONIA. LINN. *gen. n.* 983 *syst. n.* 1167 TOURN. *tab.* 344.

Flores sexu, & tota planta distincti, sed dantur etiam flores hermaphroditi,
Hermaphrodito calyx quinquepartitus; stamina quinque; stylus filiformis.
Fructus est siliqua magna, compressa, pulpa repleta, isthmis
intus rupta, semina compressa, ovata, continens.

2095 CERATONIA siliqua.

Ceratonia siliqua LINN. *spec. p.* 1513.

Siliqua edulis. BAUH. *pin.* 402.

Siliqua arbor, sive Ceratia BAUH. *pin.* 413.

Carobas siliqua Ceratia LOB. *adv. p.* 419.

Siliqua. MATTH.

OFF. Carobe, sive Siliqua edulis.

VERN. *Carrobe.*

Loc. Ubique circa *Nicaeam.* *ARBOR.*

VIR. Siliquae gratum equis, & mulis cibum constituunt. Eaedem semina sua in pulpa quadam comprehenduut, quae demulcens, & pectoralis habetur. *Nicaeenses* ad pectorales decoctiones eas recipiunt. Syrupus unum ex ipsis paratur, qui multum laudatur in tussi, faucium asperitate, morbisque pectoris scopo leniendi, demulcendi, leniterque abstergendi.

BUXUS LINN *gen. n.* 934. *syst. n.* 1053. TOURN *tab.* 15.

Flores sexu distincti in eadem planta. Flores mares, & foeminae saepius ex eadem gemma, sed mares longe plures; Masculo calyx pentaphyllus; Stamina quatuor, thalamo tetragono adnata; Foemineo calyx heptaphyllus, Germen cum stylis tribus evadit capsula prismatica valvis tribus rostratis, triloculari, loculis dispermis.

2997 BUXUS sempervirens.
Buxus HALL. *hist. n.* 1612.
Buxus arborescens. TOURN. 578. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 2. *p.* 203.
Buxus MATTH.
VERN. *Martel*.
Loc. In montibus *Liguriae* ad rupes. Sylvulas etiam facit inter *Garressum*, & *Orme-aum* ex *Montevian*. Cl. BELLARDI inter *Rebelium*, & *Rossanum*. FRUTEX, aut ARBOR.
Vir. Ponderosum Buxi lignum aquae fundum petit. Non modo tornatoribus opportunum est ad pixides, manubria cultrorum, aliaque utensilia conficienda, sed & Sculptoribus inservit ad icones incidendas. Vires *Guajaci* aemulae, quae huic ligno tributae sunt, nullo vero fundamento nituntur. *Oleum Buxinum* nostris temporibus exolevit. Nauseosa, amara, atque cum aliqua acrimonia abstergentia sunt folia Buxi, ac duo manipuli semissi in aqua decocta alvum efficaciter cieunt. Nauseosa cum sint, in usum venire non solent.

LEMNA LINN. *gen. n.* 923. *syst.* 1038.

Flores sexu in eadem planta distincti; Utrique flori calyx monophyllus, subrotundus, latere dehiscens, Masculo stamina duo cum germine ovato, stylo brevi, & stigmate obsoleto obtuso, abortiente, Foemineo germen subovatum cum stylo brevi, & stigmate simplici, quod evadit capsula globosa, unilocularis, semina oblonga continens.

2998 LEMNA trisulca.
Lemna foliis petiolatis lanceolatis. LINN. *spec. p.* 1376.
Hydrophace caule filiformi, foliis ellipticis lanceolatis vomparis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1901.
Lenticula trisulca. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1143.
Lenticula ramosa. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 2. *p.* 189.
Lemna aquatica trisulca. BAUH. *pin.* 362.
Loc. In aquis lente fluentibus. PERENNIS.

2999 LEMNA minor.
Lemna foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. LINN. *spec. p.* 1376.
Hydrophace monorhiza, foliis planis ovatis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1900.
Lenticula minor. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1141.
Lenticula minor monorhiza foliis subrotundis utrinque viridibus. MICH. *gen.* 16. *tab.* 11. *f.* 3.
Lens palustris. CAM. *epit.* 852.
Loc. Nihil frequentius ad stagnantes aquas in fossis, & ocis lacuum. ANNUA.

3000 LEMNA gibba.
Lemna foliis sessilibus subtus hemisphaericis, radicibus solitariis. LINN. *spec. p.* 1377.
Hydrophace monorhiza foliis pulvinatis inferne convexissimis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1898.
Lenticula palustris major inferne magis convexa, fructu polyspermo. MICH. *gen.* 15. *tab.* 11. *f.* 1.
Lenticula vulgaris. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 2. *p.* 189.
Loc. Ad oras lacuum. ANNUA.

3001 LEMNA polyrhiza.
Lemna foliis sessilibus, radicibus confertis. LINN. *spec. p.* 1377.
Hydrophace polyrhiza foliis ovatis planis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1899.
Lenticula major polyrhiza, inferne atro-purpurea. MICH. *gen.* 16. *tab.* 11. *f.* 2.

Lenticula polyrrhiza LAM. *Fl. Franc.* tom. 2 p. 189
Loc. In aquis stagnantibus. *ANNUA.*

CHARA LINN. *gen. n.* 1066. *syst. n.* 1403

Flores sexu in eadem planta distincti. Plantæ palustres, ramosæ, foliis verticillatis. Foemineus calyx tetraphyllus, germen cum stigmate quinquefido, fructus ovatus monospermus. Ad basim calycis externe assidet anthera globosa, nuda, vices masculi floris faciens.

2102 CHARA tomentosa.
Chara articulis caulinis ovatis. LINN. *spec. p.* 1624.
Chara caule tomentoso fragili HALL. *hist.* tom. 3. *n.* 1683.
Equisetum fragile majus subcinereum aquis immersum. MORIS. *hist.* 3. *p.* 621. *s.* 15 *tab.* 4. *f.* 9.
Equisetum, s. Hippuris lacustris, foliis mansu arenosis PLUK. *alm.* 135 *tab.* 9 *f.* 4.
Loc. Scoen il Pò morto, Cl. BELLARDI in aquis lente fluentibus de *Borgo Masino*, & agri *Vercellensis*. *PERENNIS.*

2103 CHARA hispida.
Chara articulis caulinis capillaribus confertis LINN. *spec. p.* 1624.
Chara caule fragili spinoso HALL. *hist.* tom. 3 *n.* 1681.
Chara caulibus aculeatis. HALL. *Cliff.* 477. ROY. *Lugdb.* 214.
Chara major caulibus spinosis VAILL. *act.* 1719. *p.* 18. *tab.* 3. *f.* 5.
Equisetum, s. Hippuris muscosus sub aqua repens. PLUK. *alm.* 135. *tab.* 193. *f.* 6.
Loc. In fossis circa *Sanctum Taurinis*. *PERENNIS.*

2104. CHARA vulgaris.
Chara caulibus laevibus, frondibus interne dentatis LINN. *spec. p.* 1624.
Chara caule laevi fragili HALL. *hist.* tom. 3 *p.* 1682.
Chara caulibus laevibus ROY. *lugdb.* 1533.
Chara vulgaris foetida. VAILL. *act.* 1719. *p.* 43. *tab.* 3. *f.* 1.
Equisetum foetidum sub aqua repens. BAUH. *pin.* 16. *prodr.* 45. *Theatr.* 231. BAUH. *hist.* III *p.* 731.
Loc. Ubique in aquis, sive stagnantibus, sive lente fluentibus. *PERENNIS.*

NAJAS. LINN. *gen. n.* 974. *syst. n.* 1096.

Flores sexu in eadem planta distincti. Masculus flos pedunculatus prodit ex sinu duarum squamarum, profunde quadrifidus, habens stamen unicum. Foemineus flos nudus est, & constituitur e germine ovali, subsessili, in ala alterius folii, & stylo unico, aut tribus terminato, quod evadit capsula 1-4locularis, loculis monospermis.

2105 NAJAS major. N.
Fluvialis latifolia fructu minus obtuso monospermo. MICH. *gen.* 11. *tab.* 8. *f.* 1. & MISC. TAUR. *tom.* 5 *p.* 55.
Najas fructu monospermo. HALL. *hist.* tab. 1 *n.* 556.
Fluvialis vulgaris latifolia VAILL. *act.* 1719. *p.* 17. *tab.* 1. *f.* 4.
Potamogeton fluviatile Sargazo simile lucens, foliis margine dentatis PLUK. *alm.* 304. *tab.* 216. *f.* 4. RAI. *suppl.* 141.
Loc. Ad oras lacuum *Canapiciensium*, & praesertim ad exitum aquarum. *PERENNIS.*

2106. NAJAS minor. N.
Fluvialis minor foliis angustissimis denticulatis, deorsum reflexis, fructu acuto, tenuiori, monospermo MICH. *nov. pl. gen. p.* 11. *tab.* 8. *f.* 3. MISC. TAUR. *tom.* 5. *p.* 55.
Fluvialis angusto, longoque folio. VAILL. *nov. pl. gen.* in *Comm. Ac. R. Scient.* an. 1719. 17.
Loc. In aquis stagnantibus, aut lentissime fluentibus in agro *Canapiciensi* Cl. BELLARDI in lacu *di Moncrivello*, ubi deest major. *ANNUA.*

CERATOPHYLLUM. Linn *gen. n.* 944. *syst n.* 1265.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masculi calyx multifidus. Antherae plures conglomeratae, subsessiles. Foeminei calyx idem. Stylus nullus. Germen evadit capsula monosperma.

2107 CERATOPHYLLUM demersum.
Ceratophyllum foliis dichotomo-bigeminis, fructibus trispinosis. Linn *spec p.* 1409.
Ceratophyllum foliis subquinis, capsula inermi. Hall. *hist.* tom. 2 *n.* 1599.
Ceratophyllum asperum. Lam *Fl. Franc.* tom. 2 *p.* 196.
Equisetum sub aqua repens foliis bifurcis. Loes. *pruss.* 67 *tab* 12.
Hydroceratophyllum folio aspero, quatuor cornibus armato. Vaill. *mém de l' Acad. anno* 1719 *p* 21 *tab* 2 *f* 2.
Loc. In stagnis aquarum frequentissimum. *Perenne.*

ZANNICHELLIA. Linn *gen. n.* 920. *syst. n.* 1034.

Flores sexu in eadem planta distincti. Masculum florem constituit filamentum unicum, anthera ovata instructum, juxta quod adjacet foemineus flos. Huic calyx monophyllus, bidentatus, ventricosus, continens germina quatuor ad sex, quae singula stylo instruuntur cum stigmate foliaceo. Haec germina evadunt capsulas uniloculares, muricatas, monospermas.

2108 ZANNICHELLIA palustris. Linn *spec p* 1375.
Zannichellia palustris major foliis gramineis acutis, flore suo apice quadricuspidato, embryonis clypeolo integro, & vasculo non barbato, capsulis seminibus ad unum dentatis. Mich. *tab* 11 *f.* 1.
Potamogeton capillaceum capitulis ad alas trifidis Bauh. *pin. p* 193 *prodr.* 101.
Potamogeton minus graminifolium ramosum, & ad genicula polyceratos. Pluk. *alm.* 305. *tab* 102 *f* 7.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi* ad rivulos. Cl. Bellardi in fossis circa *Demont. Perennis.*

RUPPIA. Linn *gen n.* 161 *syst. n.* 175.

In summis ramulis prodeunt apices ferentes antheras octo reniformes, sessiles. Inter has nascuntur pediculi octo, tenues, singuli sustinentes germen parvo stigmate instructum, quod abit in capsulam acuminatam, asperam, monospermam.

2109 RUPPIA maritima Linn *spec p.* 184.
Buccaferrea maritima foliis acutissimis. Mich. *gen* 72 *tab.* 35.
Potamogeton maritimum gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato Raj. *angl.* 3. *p* 134. *tab.* 6 *f.* 1.
Loc. Ad litus maris *Nicaeensis. Perennis.*

ZOSTERA. Linn *gen. n.* 919. *syst. n.* 1032.

Flores sexu in eadem planta distincti. Ex vagina folii prodit spadix linearis, stamina ferens octo in uno latere, in altero vero germina, quae in capsulas monospermas mutantur.

2110 ZOSTERA oceanica.
Zostera pericarpiis pedunculatis olivaeformibus. Linn *syst.* 12 *p* 605 *& mant.* 123. Ger. *prov.* 121.
Alga angustifolia vitrariorum Bauh *pin* 364.
Alga marina Lob. *ic* 251.
Loc. Ad maris *Nicaeensis* litus. *Perennis.*

2111 ZOSTERA marina.
Zostera pericarpiis sessilibus. LINN. syst. 10 p. 605.
Alga angustifolia vitriariorum. BAUH. pin. 364.
Fucus, s. Alga marina graminea angustifolia, seminifera ramosior. RAJ. angl. 3. p. 52.
Loc. Ad litus maris *Nicaeensis*. PERENNIS.

3 FRUCTU PULPOSO

BLITUM. LINN. gen. n. 14. syst. n. 14. TOURN. tab. 288.

Calyx trifidus. Stamen unicum. Germen unum stylis duobus excrescit in fructum, calyce pulsiliente, & baccato continente. Fructus baccam refert: flores cotto plures in glomerem colliguntur.

2112 **B**LITUM capitatum.
Blitum capitellis spicatis terminalibus. LINN. syst. p. 6.
Blitum foliis semitrilobis rariter dentatis. HALL. hist. tom. 2. n. 1571.
Atriplex sylvestris lappulas habens. BAUH. pin. 119.
Atriplex mori fructu minima. MORIS. hist. ox. tom. 2. p. 606. tab. 32. f. 11.
Monocarpus capitatus. SCOP. Fl. Carn. ed. 2. n. 3.
Loc. Non infrequens mihi in Comitatu *Nicaeensi* secus arva. Circa *Taurinum* in maceriis vidit Cl. BELLARDI. ANNUUM.

2113 BLITUM virgatum.
Blitum capitellis sparsis lateralibus. LINN. spec. p. 7.
Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis foliosis. ROY. Lugdb. 226.
Atriplex sylvestris, mori fructu. BAUH. pin. 119.
Loc. Legit Cl. BELLARDI ad sepes prope *Lanebourg*. ANNUUM.

FICUS. LINN. gen. n. 1030. syst. n. 1168. TOURN. tab. 420.

Fructificationes in cavo pomi unicae, sive calycis communis contentae, cujus umbilicum obliquè squamis clauditur. Flori masculino calyx tripartitus; Stamina tria. Foemineo calyx quinquefidus; Stylus bifidus, Semen subrotundum. Flores quandoque hermaphroditi in simplici planta, alias sexu distincti in eadem, vel distincta planta.

2114 **F**ICUS carica.
Ficus foliis palmatis. LINN. spec. p. 1513.
Ficus communis. BAUH. pin. 457.
Ficus. DOD. pempt. 811.
Ficus communis. LAM. Fl. Franc. tom. 3. p. 652.
Fico. MATTH.
VERN. Fic. Fruct. *Fi.*
Loc. Duro specie, & facile colitur ubique: sponte etiam nascitur circa *Fenestrelle*, & in collibus calidioribus. ARBOR.
VIR. Arbor FICI, quocumque loco vulneretur, fundit lac escaroticum, quod verrucas abstergit. Involucrum ipsum fructus, nisi ad magnum maturitatem pervenerit, lac etiam dat in inferiori parte, quae proxior pedunculo est. Ob hanc rationem, dum fructus comedantur, hujusmodi cortex abjicitur. Pulpa FICUUM edulis mucilaginosam, nutrientem substantiam largitur, ac una mellitum liquorem unitum rumine mixtum. FICUUM cibus multum confert ad unmulta pinguefaciunda, non parvi certe aestimandus in quibusdam macilentis hominibus. Si fructus hi fuerint diligenter exsiccati, propter aquearum particularum jacturam, conectam tunc tenent mutuam substantiam, unque plures ad rem medicam usus rursu praebent. Conferunt ad maturandos tumores vi solvente, & emolliente, variaque epithemata, & emplastra ingrediuntur. Leute infusa, eodemque imbuta intra os tenentur in odontalgia, ac illa angina specie, in qua e re sit relaxare, atque suppurationem adjuvare. Decoctionum pectorales FICUS siccatas recipiunt

propter easdem vires. Ficus exsiccat aliquam vim calefacientem eequarunt propter uberem, coactamque melleam substantiam. Haec substantia mellea tractu temporis, calore praesertim adjuvante, fermentationem subit, ac Ficus acres, subamaras, exulceratrasque reddit. Ii, qui temperamenti biliosi sunt, facileque a bile solutam alvum habent, ab usu Ficuum maxime siccatorum laeduntur.

SMILAX. Linn. *gen. n.* 990. *syst. n.* 1160. Tourn. *tab.* 420.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx profundissime sexfidus, coloratus, patens, segmentis reflexis; Stamina sex. Foemineo calyx idem, germen cum stylis tribus. Bacca triloculares, saepius disperma.

2115 **SMILAX** aspera

Icon Taur. Vol. VII tab. 37

Smilax caule aculeato, foliis dentato-aculeatis cordatis novemnerviis. Linn. *spec. p.* 1458.

Smilax aspera fructu rubente. Bauh. *pin.* 196. Tourn. *inst.* 654.

Smilax aspera. Bauh. *hist. II p.* 115.

Smilace aspra. Matth.

Vern. *Smilace*, o *Gramon de Montagna*,

Off. Smilax aspera.

Loc. Vulgaris est in Comitatu Nicaeensi. *Suffrutex.*

Vir. Non modo genere charactere cum *Salsaparilla* convenit, verum etiam praecipuorum suorum natura, licet pares non habeat vires. Radices Smilacis asperae etiam farinosae sunt, teretes, & *Salsaparillam* referentes, minus tamen succulentae. Blande viscidam lympham solvunt, & eamdem aperiendo perspirationem promovent; sicut etiam lotium iis maxime, quibus ea est densa et Tenue, & infirmum remedium est ad lues venereae effectus corrigendos. Vere utilis existit in chronicis quibusdam morbis cutis, uti herpete, impetigine, atque humorem indole rheumatica corrigenda. Radix ipsa ex aqua decoquitur ab uncia una ad uncias duas, lenteque igne diu decoquenda est, ut sensim emollita sua activa principia dimittat.

TAMUS. Linn. *gen. n.* 991. *syst. n.* 1119. Tourn. *tab.* 18.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx patens profunde sexfidus, persistens; Stamina sex. Foemineo calyx idem, sed minus profunde divisus. Germen inferum cum stigmate trifido evadit bacca trilocularis, calyce coronata, loculis dispermis.

2116 **TAMUS** communis

Icon Taur. Vol. VII tab. 36

Tamus foliis cordatis indivisis. Linn. *spec. p.* 1458. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1620.

Vitis nigra. Cam. *epit.* 998.

Vitis sylvestris, s. Tamus. Dod. *pempt.* 400.

Vite nera. Matth.

β. *Bryonia laevis, s. nigra baccifera.* Bauh. *hist. II p.* 149.

Loc. Scandens vulgatissima haec planta in sylvis ubique frequens. *Perennis.*

RUSCUS. Linn. *gen. n.* 1008. *syst. n.* 1139. Tourn. *tab.* 15.

Calyx profunde sexfidus segmentis alternis angustioribus. Nectarium adest centrale, ovatum, superne apertum, tres antheras basi coalitas in apice sui continens. Germen tuba una instructum evadit bacca globosa, trilocularis, trisperma. Datur flores sexu distincti.

2117 **RUSCUS** aculeatus

Icon Taur. Vol. VII. tab. 39

Ruscus foliis supra floriferis nudis. Linn. *spec. p.* 1474.

Ruscus foliis ovato-lanceolatis pungentibus, petiolis brevissimis vaginosis. HALL. *hist.* tom. 2. n. 1258

Ruscus myrtifolius aculeatus TOURN. inst. 79.

Ruscus. BAUH. *pin.* 470. BAUH. *hist.* p. 579.

Ruscus DOD. *pempt.* 474.

Ruscus. MATTH.

Off. Ruscus, s. Bruscus.

Loc. Ad radices montium, & intra sylvarum: abunde in agro *Canapicensi*, & *Bugellensi* secus *Sesiam*, atque in valle *Segusii*. In collibus *Liguriae*, & *Montisferrati* etiam nascitur. SUFFRUTEX.

Vir. Turiones Rusci instar *Asparagorum* edules sunt, ac urinam similiter palluunt. In cibo adhibiti utiles affirmantur ad renes saburra calculosa expurgandos. Radicem hujusce plantae inter radices quinque aperientes majores adnumerantur, neque aliquantum acerbae, amarae, & subacres sunt, abstergentem, saponaceam, solventem, & aperientem qualitatem habentes. Non sine emolumento aliis opportunis remediis adjunguntur in viscerum imi ventris obstructionibus. Spectatum laudatur ad urinam pellendam, ad renes nebulo, calculoque liberandos. Certae etiam observationes habentur hydropis, propulsa urina, superati sola radicis Rusci decoctione. Ex aqua radix decoquitur, sed dentura ebullitio ejusdem virtutes infirmat; dosis est ab uncia semisse ad uncias duas. Si in pulverem trita eadem exhibeatur, datur a drachma una ad drachmas duas. In hydrope assiduo praeferunt infusum vino albo paratum. Folia Rusci in pulverem contrita, aut vino infusa similes etiam habent utilitates, sed potentior radix est. Baccae, sive fructus utique abstergunt, sed evidentius adstringunt, atque laudantur ad contumacem gonorrheam sistendam: tostae autem coffeae modo adhibitae urinam pelluut.

2118. RUSCUS Hypoglossum.

Ruscus foliis supra floriferis sub foliolo. LINN. *spec.* p. 1474.

Ruscus caule simplici, floribus pedunculatis, foliolo tectis. SCOP. *Fl. Carn.* p. 321. n. 1.

Laurus alexandrina fructu pediculo insidente. BAUH. *pin.* 304.

Hypoglossum. LOB. *adv.* p. 264.

Hypoglossum. MATTH.

Off. Hypoglossum, Bislingua, Laurus alexandrina.

Loc. LOBELIUS in saxosis, asperis, incultis sterilibus *Nicaeae*, & *Liguriae*. SUFFRUTEX.

Vir. Folia *Lauri alexandrinae* propter vulnerariam vim celebrantur. Abstergunt autem avidentiur vi adstrictoria, & ulceribus exsiccandis inserviunt. Radices eas praebent utilitates, quas e Rusci radicibus obtineri diximus.

OSYRIS. LINN. *gen.* n. 978. *syst.* n. 1101.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx trifidus, Stamina tria. Foemineo calyx idem; Germen stylo carens evadit drupa unilocularia, monosperma. Mascula planta praebet quandoque flores hermaphroditos fertiles, atque calyx non semper trifidus est, quadrifidus nempe, & quinquefidus, 4. aut 5. stamina profert.

2119. OSYRIS alba. LINN. *spec.* p. 1450. GOU. *hort. monsp.* p. 502. SAUV. *meth. fol.* p. 56. *Icon* TAUR. *Vol. VII.* tab. 31.

Osyris frutescens baccifera. BAUH. *pin.* 212.

Casia poetica monspeliensium. CAM. *epit.* 26. LOB. *ic.* 432. MAGN. *bot. monsp.* 54. TOURN. inst. 664.

Casia latinorum. ALP. *exot.* p. 41. 42.

Loc. In Comitatu *Nicaeensi*, praesertim ad *Villaefrancae* muros, & sepes vulgaris. FRUTEX.

HIPPOPHAE. LINN *gen. n.* 982. *syst. n.* 1106.

Flores sexu, & tota planta distincti. Masculo calyx bifidus; Stamina quatuor. Foemineo calyx idem; Germen unico stylo instructum evadit bacca globosa monosperma.

2150 **HIPPOPHAE** Rhamnoides.
Hippophae foliis lanceolatis. LINN. *spec. p.* 1452.
Hippophae foliis linearibus, subtus rubiginosis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1603.
Osyris Rhamnoides. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1216.
Rhamnoides fructifera, & floriferа folio salicis, baccis leviter flavescentibus. TOURN. *Cor.* 53.
Rhamnus salicis folio angustiore, fructu flavescente. BAUH. *pin.* 755.
Loc. Abunde in ostiaris torrentium, & fluviorum. FRUTEX.

ELÆAGNUS LINN. *gen. n.* 148. *syst. n.* 159.

Calyx quadrifidus, campanulatus, interne coloratus, epicarpius. Stamina quatuor brevissima, ex incisuris calycis nata. Germen unico stylo instructum evadit drupa unilocularis, monosperma.

2151 **ELÆAGNUS** angustifolia.
Icon TAUR. *Vol.* 1. *tab.* 133.
Elæagnus foliis lanceolatis. LINN. *spec. p.* 176.
Olea sylvestris folio molli incano. BAUH. *pin.* 472.
Elæagnus CAM. *epit.* 106.
Elæagnus incanus. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 476.
Loc. In valle *Augustae Praetoriae*, & copiosissime circa oppidum *d'Aviso*. ARBOR.

CELTIS. LINN. *gen. n.* 1012. *syst. n.* 1243. TOURN. *tab.* 383.

Calyx quinquepartitus. Stamina quinque. Germen duobus stylis praeditum evadit drupa globosa, monosperma. Praeter flores hermaphroditos adsunt etiam flores masculi, quibus calyx sexfidus, aut septemfidus cum staminibus sex.

2152 **CELTIS** australis.
Celtis foliis ovato-lanceolatis. LINN. *spec. p.* 1478.
Celtis foliis oblique ovatis serratis acuminatis. GOU. *hort. monsp. p.* 152. *n.* 1.
Celtis foliis asperis serratis longissime lanceolatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1619.
Lotus fructu Cerasi. BAUH. *pin.* 447.
Lotus arbor fructu cerasi. BAUH. *hist. I.* 229.
Lotus. MATTH.
VERN. *Copandre*, aut *Trasche*.
Loc. In sylvis prope *Insula d'Ast*, & circa *Eporedium* in collibus *Canapiciensibus* frequens, etiam in provinciis *Bagiliensi* similibus locis. ARBOR.
VIR. Baccae non insuaves, dulces, avide a montanibus pueris comeduntur.

VISCUM. LINN. *gen. n.* 979. *syst. n.* 1105.

Flores sexu in eadem planta distincti. Mari calyx quadrifidus segmentis ovatis, quibus quatuor antherae sine filamentis adhaerent. Foeminео calyx similis ovario insidens, stylus brevis. Fructus sunt baccae globosae glutine plenae, quae semen compressum, cordatum continet.

2153 **VISCUM** album.
Icon TAUR. *Vol. XXI. tab.* 10.
Viscum foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus. LINN. *spec. p.* 1451.
GER. *Fl. Galloprov. p.* 47. *n.* 1.
Viscum baccis albis. BAUH. *pin.* 423.

Viscum quercinum, & aliarum arborum. BAUH. *hist. I part. 2. p.* 89.
Visco. MATTH.
Off. Viscum quercinum.
Loc. In collibus *Taurinensibus* occurrit *Quercubus*, *Malis*, *Pyris*, *Salicibus* &c. innascens. In valle *Augustæ Prætoriæ*, & circa *S. Front* observavit *Cl.* DANA. Abunde quoque nascitur in *Sabaudia* a *Mageve* ad *Conflans* adnotante *Cl.* BELLARDI. Frequens autem provenit in collibus circa *Bursgliera*, *Uneliae* tamen, & locis maritimis frequentior, quam in Pedemontio. FRUTEX.
Vir. VISCUM corpus est parasyticum, variis arborum speciebus innascens, quarum non modo corticem, sed & lignum depascitur, arboremque ipsam, non modo eas infirmat, verum etiam enecat. Ejus fructus quorumdam avium cibus est, præsertim turdorum, qui tamen immutatam maturitas plantam dissaminant, quia viscum capiendis avibus suppeditat, unde vetus adagium — *Turdus ipse sibi malum cacat.* Visci albi folia manifeste acida, acerbaque sunt, quamdam amaram acrimoniae sensum in gustu relinquentia. Cortex longe debiliora principia ostendit, sed similia. Lignum minoris adhuc saporis est. Baccae primo quidem subdulces, vel potius sine gustu esse percenientur, sed brevi fortiorem nauseosam quamdam amaritiem explicant sine acidi principii manifestatione, eaedem ab humano ventriculo non digeruntur, infusae sunt indissolubili suo glutine, amaroque stimulo etiam nocere queunt. Minime tamen crediderim ammoniacum habere aptam ad hypercatharsim producendam. Folia rapas solent, sed sine justa caussa. Lignum autem tamquam antiepilepticum etiam antiquissimis temporibus adhibitum est aut in pulverem ratum a drachma semisse ad drachmam unam, aut decoctum a drachmis duabus ad unciam semissem. Multum est nostro seculo disputatum de viribus antiepilepticis ligni Visci, qualitates sensibiles nihil magni promittunt. Experientia mihi monstravit neque hystericas curaturisse, nullamque evidentem in apoplexia utilitatem indicatam. In spasmodicis nervorum motibus ex nervorum mobilitate, ac in vertigine ex eadem causa aliquid emolumentum adnotavi. Puto igitur blande posse humores solvere, sed præsertim stipticas aliqua vi fibrarum laxitatem emendare. Si vero hujusmodi medicamentum per morbo caepisse novant, certe in morbis convulsivis non nocet. Nocent autem saepius nervina relaxantia, aeriumque gignentia, cum frequentissimae convulsiones sanguinis aestum, densitatem, plethoricam, aut particularem stimulantium irritationem subsequuntur, & morbus talium remediorum usu exasperetur. Officinae solent eligere VISCUM, quod in *Quercu* adolevit. Fortassis arboris nutrientis natura nonnullam vim in Visco adauget.

LAURUS. LINN. *gen. n.* 452. *syst. n.* 498. TOURN. *tab.* 367.

Laurus nostra dioica est. Variat numero staminum, & corollae calycinae divisione. Corolla calycina 4-6 partita. Nectarium ex glandulis tribus bisetis, germen cingentibus. Filamenta novem trium ordinum, interioribus glanduliferis. Germen stylum simplicem habet cum stigmate acuto. Fructus est drupa monosperma, corolla calycina comprehensa.

2124 LAURUS nobilis.
Icon. TAUR. *Vol.* XXII. *tab.* 62.
Laurus foliis venosis lanceolatis perennantibus, floribus quadrifidis dioicis. LINN. *spec. p.* 529.
Laurus foliis ovato-lanceolatis, ramis florigeris foliis brevioribus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1602.
Laurus vulgaris. BAUH. *pin.* 460.
Lauro. MATTH.
Vern. *Laur.*
Off. Lauri.
Loc. Ubique locis collinis, sed tantummodo in vicinis domuum occurrit, atque dicta opera primum exculta fuisse videtur. ARBOR.
Vir. Maxima medicamenta largitur LAURI genus, ut *Camphoram*, *Cinnamomum*, *Cassiam*, *Sassafras* &c. LAURUS autem nobilis tamquam Europaeum aroma habe

ri potest, cujus folia non modo propter aromaticam gratiam, sed ad cibos flatulentos corrigendos, frequens condimentum constituunt. Aromatica sunt, stimulantia, calefacientia, carminativa. Ad usum internum medicinalem usum Medici adhibent ipsius baccas, in quibus concentrata est activa aromatica virtus. Multum eae continent olei unguinosi crassioris, & aetherei aromatici cum subsitnitu gummoso adstringente una cum sale alkalino fixo. Haec autem contra ea intime mixta sunt, ut aqua etiam sola in ebrium eius activis principiis possit. Baccae ipsae multum cum baccis Juniperi conveniunt, sed in his minor est vis carminativa, aromatica; sed efficacior vis diuretica aperiens. Lauri baccarum summae utilitatis sunt in intestinorum morbis ad totum spasmum sanandum, nervorum spasmum leniendum, ac flatus praesertim discutiendos. Menses etiam propellunt, foetus, & secundinarum expulsionem adjuvant, atque dolores, qui partum subsequuntur, mitigant mirifice alimentorum concoctionem adjuvant, quando ea potissimum a flatibus incommodis perturbatur. In tympanite, illa quidem, quae calefacientia, & stimulantia permittit, utilissime sunt in colica flatulenta injecti clysteres solent hujus Lauri recipere Folia, & baccae ad vitiosum aërem corrigendum comburuntur, ut in foro adhibentur ad serosos tumores resolvendos, & dissipandos. Oleum per destillationem e baccis Lauri elicitum unguum carminativum, & resolvens est, valde proficuum ad paralyticorum membra cum frictione illinendo. Baccae Lauri solent contundi, & conteri, ut facilius ab aqua earum diru substantia penetretur. Decoquuntur vero a numero octo ad viginti pro una dosi in sufficienti menstrui quantitate.

ARUM. LINN. *gen. n.* 915. *syst. n.* 1008. TOURN. *tab.* 69.

Calyx est spatha monophylla, magna, basi convoluta, interne colorata. Spadix spatha brevior, clavatus, simplicissimus, supra nudus, ad suam basim cinctus plurimorum germinum teretibus, quae sine stylo stigmate barbato donantur. Supra germina duplex sedet ordo antherarum tetragonarum, quae sessiles in Aro sunt cum interjectis filamentis, in Arisaro filamentis insident. Germina mutantur in baccas polyspermas.

1115 ARUM Dracunculus
Arum foliis pedatis, foliolis lanceolatis integerrimis superantibus spatham spadice breviorem. LINN. *spec. p.* 1368.
Arum foliis palmatis, foliolis lanceolatis integerrimis spatham spadice clavato breviorem superantibus. ROY. *Lugd. p.* 1 *n.* 4
Dracunculus polyphyllus. BAUH. *pin.* 195.
Draconium. DOD. *pempt.* 319.
Dragontea minor. MATTH.
OFF. Dracunculus, Draconium, & Serpentaria
Loc. Circa *Montaldo di Mondovì Ignatius* MOLINERI, collibus etiam *Taurinensium* indigena planta est. *PERENNE.*

1116 ARUM maculatum
Icon. TAUR. Vol. VI. tab. 145. & 146.
Arum acaule foliis hastatis integerrimis, spadice clavato. LINN. *spec. p.* 1370.
Arum foliis sagittatis, spatha recta clava cylindrica. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1302.
Arum foliis sagittatis, cucullo recto. HALL. *helv.* 161
Arum vulgare. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 537.
Arum vulgare non maculatum. BAUH. *pin.* 195.
Arum. BAUH. *hist. II. p.* 783.
B *Arum venis albis.* BAUH. *pin.* 195.
Arum. MATTH.
OFF. Arum.
Loc. Ad sepes, & in umbrosis locis sylvis collium *Taurinensium*, & ad radices montium subalpinorum enascitur. *PERENNE.*
VIR. Tota Ari planta acris est, caustica, mordax, urens sale quodam volatilioleoso singularis naturae. Folia Ari labiis, & linguae imposita cum mordacitate contumaci ustionis sensum imprimunt, cutis applicita eam rubefaciunt, atque

verucas exertant. Radix crassa est, tuberosa, substantiam farinaceam, & succum lacteum copiosum fundum, et vulnerata sit, aut expressa, similem lacteum liquorem, sed minori copia dant etiam foliorum petioli. Hic lacteus succus continet praeacutum acres, aureas plantae particulas. Eadem radix per exsiccationem non parum suae acrimoniae amittit, fungitam vero usum, si maxime vetusta extiterit, aut in clibano insignem calorem passa sit. Quamvis maxime acris planta sit, prudenter tamen adhibita tutus dari potest, ac insignem praebet utilitatem. Mucum potenter abstergit, solida fortiter exstimulat, tenaciumque serum solvit. Convenit non parum viribus suis, & principiorum natura cum *Sinapis* seminibus, ac in iisdem morbis, iisdem servatis cautelis, adhiberi potest, opportuna imprimis est radix Ari cachecticis, frigidis, pituitosis. Speciatim laudant in asthmate humido melli adjuncta ejusdem decoctio. Aliqui autem ficus, pastulas, aut liquiritiam Medici adjungunt, ut acris medicamenti saepe stomacho infensi stimulum leniant. Radix hujus plantae probe siccata, cum minorem acrimoniam habeat, solui unusfiduntur adhiberi. Haec ingreditur pulverem stomachicum, cujus utilitas non exigua est ad mucum abstergendum, ne stomachi actionem exercitandam. Utiliter etiam alius apud remedii adjuvitor in febribus lentis, & quotidianis, in quibus saepissima oportet stomachi vim urgeri, lentosque mucoris humorus solvere. Substantia Ari, acribus, volatilibus partiuclis extra dis maturem insulsam, farinaceam, nutrientem initar *Colokassiae*, *Maniot*, aliarumque radicum acerrimarum, ex quibus per calorem ab acribus particulis liberatis panis conficitur. Ipsa *fecula* Ari, quae nihil aliud est, nisi sedimentum, quod succus expressus, & quiescens deponit, adeo insulsa est evadit, siccata cum fuerit, ut inter inertia medicamenta nostris temporibus referatur. Substantia farinosa Ari propter albedinem suam te se commendat ad cutis nitorem, & alborem augendum. Eadum parte, cum non sine glutine sit, *amyli* usum praestare potest. Infusum radicis hujusce recentis, aut ejus, quae per exsiccationem acrimoniam suam non amisit, utile est ad eluendas, ac dissipendas maculas cutis, easque praesertim, quae ab insolatu proveniunt. Pictones etiam mulieres loco saponis radice Ari utuntur ad sordes linteorum abstergendas. Radix eadem convenienter siccata dari potest a granis quinque ad grana quindecim, in infuso a drachma semissa ad drachmas duas. Recens vero caute admodum est praescribenda, convenientique vehiculo diluenda.

2127. ARUM Arisarum.

Arum acaule foliis cordato-oblongis, spathae apertura ovata. LINN. *syst.* 12 *p.* 604.

Arisarum latifolium majus. BAUH. *pin.* 296.

Arum incurvatum. LAM. *Fl. Franc.*, *tom.* 3. *p.* 538.

Arisarum latifolium alterum. CLUS. *hist.* 2. *p.* 73.

Loc. In sylvis Nicaeensibus copiose. TERRANEUS in collibus *Unellae*. *PERENNE*.

CLASSIS XI.

I. GRAMINA LEGITIMA.

A. FLORIBUS HERMAPHRODITIS

1 DIANTHERÆ

ANTHOXANTHUM. LINN *gen n. 40. syst n. 42.*

Avenæ proximum est Anthoxanthum, sed duobus tantum staminibus a reliquis graminum generibus distinguitur.

2128 ANTHOXANTHUM *odoratum*
Icon TAUR. *Vol. I tab. 64.*
Anthoxanthum spica oblonga ovata, flosculis subpedunculatis, arista longioribus LINN *syst. 12. p. 67.* SCHREB. *gram. p. 49 tab 5*
Avena diandra folliculo villoso, calycis glumis inaequalibus, altera de imo dorso, altera de summo aristata HALL. *hist. tom. 2 n. 1491*
Gramen pratense, spica flavescente BAUH *The p 44.* SCHEUCHZ. *gram 88.*
Gramen avenaceum odoratum spica flavescente MONTI *prodr. ic 84.*
Loc Nihil in pratis vulgatius. Varietatem, spicam multo longiorem, atque interruptam, ferentem legit *Cl.* BELLARDI in graminosis prope *Tendam*, aliisque locis subalpinis *PERENNE*

2 TRIANTHERÆ

a. Locusta uniflora, & calyce nullo

NARDUS LINN *gen. n. 65 syst. n. 69.* SCOP *introd. n. 63*

Flores solitarii, spicati. Glumæ folliculi lineæ, angustæ, acuminatæ, aut etiam aristatæ.

2129 NARDUS *stricta*
Nardus spica setacea recta secunda LINN. *syst 12 p. 84* SCHREB *gram pag. 65. tab. 7*
Gramen sparteum juncifolium BAUH *pin. 5.* SCHEUCHZ. *gram. 90.*
Nardus spica secunda lineari recta compacta. GOU *h. 32 n. 1*
Nardus spica setacea recta HALL. *hist tom. 2 n. 1410.*
Gramen sparteum junciifolium BAUH. *theatr p. 69* SCHEUCHZ. *agrost. p 90. tab 2. f 10.*
Loc In pascuis montanis, & subalpinis frequens. *PERENNIS.*

2130 NARDUS *aristata*
Nardus calycibus aristatis LINN *spec p. 78*
Nardus spica incurva aequali, calycinæ gluma exteriore aristato-acuminata longissima, floribus distantibus alternis GOU *h p 33 n 1*
Agrostis incurvata SCOP *Fl Carn. ed 2 p. 62 n. 88*

Gramen caule arundinaceum minimum, arista reflexum SCHEUCHZ. BOCC. *mus.* 2. *p.* 74. *tab.* 57.
Gramen junceum nodosum minimum capillare BARR. *ic.* 117. *n.* 1.
Loc. In agro *Nicaeensi*. Secus macilenta pascua, & ad vias locis declivibus non modo in *Liguria*, & *Montesferrato*, sed etiam in collibus *Taurinensibus*, & agro *Taurinensi* occurrit. *ANNUUS*.

HOMALOCENCHRUS. HALL. *hist.* 2. *p.* 201.

Flores paniculati, glumae corollinae, sive folliculi ovatae.

2131 HOMALOCENCHRUS oryzoides
Phalaris panicula effusa, glumarum carinis ciliatis LINN. *spec. p.* 81. SCHREB. *gram. part.* 2. *pag.* 6. *tab.* 22.
Homalocenchrus HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1411.
Gramen miliaceum palustre oryzinum, paniculis ex locustis compressis compositis. MONTI *prodr. pag.* 51. *ic.* 58.
Loc. Ad fossas, aquaeductus, & secus aquas in agro *Canapiciensi*, & *Vercellensi* admodum frequens. Provenit etiam in agro *Pedemontano* secus fossas aquarum lente fluentium. Circa *Marenti* observavit *Cl.* BELLARDI. *PERENNIS*.
OBS. HOMALOCENCHRI genus primus constituit *Cl.* MIEG. (*act. helv. IV. p.* 317.) planamque accurate descripsit.

b. *Locusta uniflora, & calyce biglumi.*

PHLEUM. LINN. *gen. num.* 71. *syst. num.* 77.

Calycis glumae cuspidatae, & intus truncatae.

2132 PHLEUM pratense
Icon TAUR. *Vol.* I. *tab.* 68. *& Vol.* XXII. *tab.* 87.
Phleum spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. LINN. *syst.* 22. *p.* 88. SCHREB. *gram. p.* 101. *tab.* 14.
Phleum caule erecto, spiculis cylindricis longissimis, glumis calycinis oblique truncatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1528.
Gramen typhoides maximum spica longissima. BAUH. *pin.* 4. SCHEUCHZ. *gram.* 60. MORIS. *hist.* 3. *p.* 188. *s.* 8. *tab.* 4. *f.* 1.
Phleum spica cylindrica longissima, glumis ciliatis. HUDS. *p.* 22. *n.* 1.
Loc. Abunde in pratis. *PERENNE*.

2133 PHLEUM viride †
Phleum spica cylindrica laevi, culmo erecto.
OBS. Differt a praecedenti spica viridi laevi constanter non ciliata, neque aspera, deinde breviore, dentes calycis breviores sunt, quam in aliis speciebus. A PHLEO *nodoso* radice non bulbosa, foliis non obliquis. In PHLEO *viridi* glumae calycinae leu-
ii vitreae ope asperiusculae observantur, & duobus nervis eminentibus instructae sunt.
Loc. Cl. BELLARDI ad sepes agrorum locis sterilibus prope *Moncalieri*. *ANNUUM*.

2134 PHLEUM alpinum
Icon TAUR. *Vol.* XIII. *tab.* 22. *f.* 4. 6.
Phleum spica ovata cylindrica. LINN. *spec. p.* 88.
Phleum spica ovata hirsuta, locustis longe bicornibus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1529.
Gramen typhoides alpinum spica brevi densa, & velut villosa. SCHEUCHZ. *agr. p.* 64.
Loc. In pascuis, & pratis editioribus alpium non infrequens. *PERENNE*.

2135 PHLEUM Gerardi N.
Phleum spica subrotunda, glumis ciliatis, caule simplici, foliorum vaginis ventricosis. GER. *Fl. Galloprov. p.* 78. *n.* 4.

Phleum capitatum. SCOP *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 79.
Loc. Nascitur in summis alpium pratis; montis Cenisii; *Vinadio*; *della Vanoese*. *Perenne*.

2135 PHLEUM nodosum
Phleum spica cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. LINN. *syst.* 12. *p.* 88.
Phleum caule imo bulboso declinante, glumis calycinis oblique truncatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1530.
Gramen nodosum spica parva. BAUH. *pin.* 2. *prodr.* 6. *theatr.* 20.
Phleum spica cylindrica breviori glabra, radice bulbosa. GER. *p.* 78. *n.* 2.
Loc. In pascuis, & ad vias in montanis. *Perenne*.

2136 PHLEUM arenarium
Phleum spica ovata ciliata, culmo ramoso. LINN. *syst.* 12. *p.* 77.
Gramen typhinum maritimum minus PLUK. *alm.* 177. *tab.* 33. *f.* 8. SCHEUCHZ *gram.* 63.
Phalaris spica ovata, calyces valvulis dorso ciliatis, culmo ramoso. HUDS. *p.* 21. *e.* 2.
Loc. Locis arenosis, & maritimis. *Annuum*.

2137 PHLEUM schoenoides
Phleum spicis ovatis obvolutis, foliis brevissimis mucronatis amplexicaulibus. LINN. *spec. p.* 88.
Gramen maritimum typhinum brevi, & crassiori spica ad singula genicula prodeunte, sive secundum SCHEUCHZ. *gram.* 86.
Loc. In agro Nicaeensi. *Annuum*.

2138 PHLEUM Michelii N.
Phleum spicis paniculatis hirsutis, calycibus lanceolatis. HALL. *hist. n.* 1532.
Gramen typhinum junceum perenne. BARR. *ic.* 21. *n.* 2.
Gramen spicatum saxatile glabrum perenne, spica cylindracea flavescente longa, locustae acutae ciliis tenuior pilosae. HORT. *Pisan.*
Loc. Cl. BELLARDI in pascuis montanis di *Borgomanero*; locis siccis di *Borgo d'Ale*. *Perenne*.

PHALARIS. LINN. *gen. n.* 96; *syst. n.* 74.

Calycis valvae carinatae, acuminatae, non tinneatae, glumas corollae, sive folliculi includunt.

2139 PHALARIS canariensis
Icon. Tav. Vol. I. tab. 67.
Phalaris panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. LINN. *spec. p.* 79. SCHEUCH. *gram. pag.* 83. *tab.* 10. *fig.* 2.
Phalaris major semine albo. BAUH. *pin.* 28.
Gramen spicatum semine miliaceo albo. TOURN. *inst. p.* 518.
Loc. In Comitatu Nicaeensi. *Annua*.

2140. PHALARIS phleoides
Phalaris panicula cylindrica spiciformi glabra passim variegata. LINN. *syst.* 12. *p.* 86.
Phleum culmo recto, spicis cylindricis glabris, calycibus brevissime mucronatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1531.
Phalaris panicula cylindrica spiciformi longiore glabra. GER. *p.* 77. *n.* 5.
Gramen typhoides asperum primum. BAUH. *theatr.* 57. *pin.* 4. SCHEUCHZ. *agrost. p.* 61.
Gramen cum cauda muris, minus. BAUH. *hist. II. p.* 470.
Gramen spicatum spica cylindracea tenuiori longa. TOURN. *inst. p.* 520.
Loc. Ad limites agrorum, & vias. *Annua*.

2141 PHALARIS utriculata.
Icon. Taur. Vol. XXII tab. 84
Phalaris panicula spicata, petalis arista articulata, vagina suprema folii spathiformi. LINN. *spec. p.* 80
Gramen pratense spica purpurea ex utriculo prodeunte, sive Gramen folio spicam amplexante. BAUH. *pin.* 3. *theatr.* 44.
Loc. In pratis collinis, atque ad vias non infrequens: etiam circa *Taurinum* nascitur. In pratis di *Borgomanae* frequentem observavit *Cl.* BELLARDI. *Annua.*

2142 PHALARIS paradoxa.
Phalaris spica cylindrica, flosculis mucronatis neutris pluribus, infimis praemorsis. LINN. *spec. app.* 1665. *dec.* 35. *t.* 18. SCHREB. *gram. p.* 95. *tab.* 12.
Gramen phalaroides spica brevi arclinata ex utriculo prodeunte. PLUK. *alm.* 177. *tab.* 33. *f.* 5.
Phalaris panicula ovato-oblonga, apice delatato. GER. *prov.* 75.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi.* *Annua.*

2143 PHALARIS arundinacea.
Phalaris panicula oblonga ventricosa ampla. LINN. *syst.* 12. *p.* 86.
Arundo locustis angustis fasciculatis imbricatis, glumis floralibus nitentibus subhirsutis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1524.
Gramen arundinaceum spicatum. BAUH. *pin.* 6. *theatr.* 94
Gramen arundinaceum acerosa gramine? RAI. *angl.* 3. *p.* 400. MORIS. *hist.* 3. *p.* 203. *s.* 8. *tab.* 6. *f.* 42.
Loc. Frequens ad fossas aquarum, & secus aquaeductus. *Perennis.*

ALOPECURUS. LINN. *gen. n.* 76. *syst. n.* 78.

Gluma corollae, sive folliculi univalvis.

2144 ALOPECURUS bulbosus.
Alopecurus culmo erecto, spica cylindrica, radice bulbosa. LINN. *syst.* 12. *p.* 89. *Spec. app. p.* 1665.
Alopecurus culmo spicato erecto, radice bulbosa. GOU. *hort.* 37.
Alopecurus spica cylindrica, culmo erecto, radice bulbosa. HUDS. *p.* 14.
Gramen typhinum phalaroides, pilosa spica, aquaticum, bulbosum. BARR. *ic.* 699. *f.* 1. & 680. *f.* 1. 2.
Loc. In pratis udis *Liguriae.* *Perennis.*

2145 ALOPECURUS pratensis.
Alopecurus culmo spicato erecto, glumis villosis, corollis muticis. LINN. *syst.* 12. *p.* 89. SCHREB. *gram. p.* 135. *tab.* 19. *fig.* 1.
Alopecurus spica ovata. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1539.
Alopecurus panicula cylindrica spiciformi, culmo recto. HUDS. *p.* 25. *n.* 1.
Alopecurus culmo spicato erecto, glumis ciliatis. GER. *p.* 74. *n.* 2.
Gramen phalaroides majus, seu italicum. BAUH. *pin.* 4. *theatr.* 55. MORIS. *hist.* 3. *s.* 8. *tab.* 4. *f.* 8.
Gramen Alopecuro simile, glabrum cum pilis longiusculis in spica, bucordon. BAUH. *hist.* II. *p.* 475.
Gramen phalaroides spica molli, sive germanicum. BAUH. *pin.* 4. *prodr.* 10.
Gramen Alopecurum viridi, & molli spica. BARR. *ic.* 123.
Loc. In pratis montanis, & collinis subhumidis frequens. *Perennis.*

2146 ALOPECURUS agrestis.
Icon. Taur. Vol. I. tab. 65.
Alopecurus culmo spicato erecto, glumis laevibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 89. SCHREB. *gram. p.* 140. *tab.* 19. *fig.* 2.
Alopecurus culmo recto spicato, calyce ciliato. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1540

Alopecurus culmo erecto ROY *Leyd* p. 54. n. 1.
Alopecurus culmo spicato ovato, glumis glabris. GER. p. 74. 11.
Gramen typhoides spica angustiore. BAUH. pin. 4. theatr. 53.
Gramen typhinum plantaginis spica, aristis geniculatis. BARR. ic. 699. f. 2.
Loc. Ad limites agrorum. *Annuus*.

2247 ALOPECURUS geniculatus.
Alopecurus culmo spicato infracto, corollis muticis. LINN. syst. 12. p. 89.
Alopecurus culmo infracto, aristis gluma longioribus. ROY. *Lugdb.* 54.
Gramen aquaticum geniculatum spicatum. BAUH. pin. 3. SCHEUCHZ. gram. 76.
Gramen typhinum aquaticum molle spica glauca. MORIS. prod. 49.
Loc. Secus Burgos, aquaeductus, fossasque aquarum. *Perennis*.

2248 ALOPECURUS monspeliensis.
Icon TAB. *Vol. XXII.* tab. 77.
Alopecurus panicula subspicata, calycibus scabris, corollis aristatis. LINN. syst. 12. p. 89.
Phleum aristatum. SCHREB. gram. p. 151. tab. 20. fig. 3.
Gramen alopecurum majus, spica virescente divulsa, pilis longioribus. BARR. ic. 115. f. 2. SCHEUCHZ. gram. 135.
Alopecurus (aristatus) panicula erecta ovata, glumae calycinae ovatae aristatae, ore vaginae foliorum stipulaceo. GOU. h. p. 37. n. 1.
Agrostis panicula oblonga, calycibus aequalibus teretiusculis, aristis longis rectis. GER. p. 80. n. 3.
Loc. Ad limites agrorum in Comitatu *Nicaeensi*, & Provincia *Aquensi*. *Annuus*.

2249 ALOPECURUS panniceus.
Alopecurus panicula subspicata, glumis villosis, corollis aristatis. LINN. spec. p. 90.
Gramen Alopecurus minus spica longiore. BAUH. pin. p. 4. theatr. 57. SCHEUCHZ. agr. p. 154.
Loc. In pascuis declivibus agri *Pedemontani* frequenter advenitur. *Annuus*.

2250 ALOPECURUS ciliatus †
Alopecurus culmo spicato erecto, glumis ciliatis. GER. *Fl. Galloprov.* p. 74.
Gramen spicatum spica cylindrica, longioribus villis donata. TOURN. p. 520.
Gramen phalaroides majus, a caulium. BAUH. pin. 4. theatr. 55.
Loc. Cl. BELLARDI in pratis elatioribus di *Breglio*. *Annuus*.

2251 ALOPECURUS litoreus. †
An? Gramen typhinum maritimum longius, radicatum. BARR. ic. 717.
Phalaris calyce divaricato plano ovato ciliato, gluma florali interiori bidentata. HALL. append. a. suppl. agrost. p. 60.
Loc. Cl. BELLARDI ad litora maris a *Nicaea* ad flumen *le Var*. *Annuus*.

MILIUM. LINN. *gen. n.* 75. *syst. n.* 79.

Corolla bivalvis, calyce brevior. Stigmata penicilliformia.

2252 MILIUM lendigerum.
Milium panicula subspicata floribus aristatis. LINN. spec. p. 91. SCHREB. gram. part. 1. pag. 14. tab. 23. f. 3.
Gramen alopecuro accedens ex culmi geniculis, spicas in petiolis longiusculis promens. PLUK. alm. 177. tab. 33. f. 6.
Agrostis (ventricosa) calycibus inferne ventricosis, valvula exteriore acuminata longitudine aristae. GOU. h. p. 39. n. 1. tab. 1.
Loc. In Comitatu *Nicaeensi*. *Annuum*.

2253 MILIUM effusum.
Milium floribus paniculatis dispersis muticis. LINN. spec. p. 90.

Milium panicula varia longissime petiolata HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1529.
Gramen sylvaticum panicula miliacea sparsa. BAUH. *pin.* 8. *Theatr.* 141. *gram.* 133. MORIS. *hist.* 3 *s.* 8 *tab.* 5 *f.* 10.
Loc. In sylvis opacis. *PERENNE.*

2154 MILIUM paradoxum.
Milium floribus paniculatis aristatis. LINN. *spec. p.* 90. SCHREB. *gram. part.* 2. *pag.* 50 *tab.* 28 *fig.* 2.
Milium paradoxum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 58. *tab.* 1.
Agrostis panicula patente, petalorum arista terminali recurva. GER. *p.* 81. *n.* 4.
Agrostis racemis ternatis pendulis, spiculis aristatis, arista undulata longa. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 1. *p.* 186.
Poa uniflora calycis glumis ovato-lanceolatis sublevibus, semine nitente. HALL. *append. ad agrost. p.* 51.
Gramen miliaceum saxatile angustifolium glabrum perenne, panicula fusca, semine nigro splendente MICH. *hort. pis. p.* 73.
Milium nigrum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 568.
Loc. In agro *Nicaeensi Cl.* BELLARDI ad rupes mari proximas. *PERENNE.*

AGROSTIS LINN. *gen. n.* 74. *syst. n.* 80.

Glumae calycis, & folliculi acuminatae, aut etiam aristatae, sed glumae folliculi, calycinis glumis longiores.

ARISTATÆ

2155 AGROSTIS spica venti.
Agrostis petalo exteriori, arista recta stricta longissima, panicula patula. LINN. *syst.* 12. *p.* 98. HUDS. *gram.* 26.
Avena monantha, panicula adscendente multiflora, calyce laevi florali, arista longissima. HALL. *hist. tom.* 2 *n.* 1488.
Gramen agrorum Lobelii BAUH. *hist. II p.* 461.
Gramen agrorum spica venti PARK. 1157.
Gramen segetum altissimum panicula sparsa. SCHEUCHZ. *agr.* 144 *tab.* 3 *fig.* 10.
Gramen segetum panicula arundinacea. BAUH. *theatr. p.* 54. 55 TOURN. *inst. p.* 524.
Loc. Vulgatissima in agris. *ANNUA.*

2156 AGROSTIS bulbacea.
Agrostis petalo exteriori, arista terminali recta stricta mediocri LINN. *spec. p.* 91.
Loc. Circa *Nicaeam* legit *Cl.* BELLARDI. Habeo etiam in *Liguria* lectam circa *Garresium*, & *Ormea*. *PERENNIS.*

2157 AGROSTIS serotina.
Agrostis panicula flosculis oblongis mutronatis, culmo obtecto, foliis brevissimis LINN. *mant.* 30.
Gramen folaceum serotinum, panicula drepanea. SEGU. *Veron.* 3. *pag.* 146 *tab.* 3 *f.* 2.
Loc. In pascuis, & ad vias locis collinis calidioribus frequens. *PERENNIS.*

2158 AGROSTIS rubra.
Agrostis paniculae parte florente patentissima, petalo exteriori glabro, arista terminali tortili recurva. LINN. *spec. p.* 91.
Panicum serotinum arvense spica pyramidata. TOURN. *inst.* 515.
Agrostis panicula lanceolata spiciformi, calyce flosculi triplo longiore, petalorum arista dorsali recurva. HUDS. *pag.* 26. *n.* 3.
Loc. In pascuis, & pratis macilentis submontanis saepe occurrit. *PERENNIS.*

2159 AGROSTIS canina.
Agrostis calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. LINN. *syst.* 12. *p.* 98.

Avena monantha panicula diffusa multiflora adscendente; gluma calycina exasperata. HALL. *hist. tom. 2. n.* 1479.
Agrostis calycibus coloratis, petalorum arista dorsali recurva. HUDS. *fl. angl. p.* 26.
Gramen supinum caninum paniculatum folio varians SCHEUCHZ. *gr. p.* 1
Gramen paniculatum supinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium fasciculis donatum SCHEUCHZ. *agr. p.* 141. *tab.* 3. *f.* 9.
Loc. In pascuis humidis agri Pedemontani frequens. *PERENNIS.*

2160. AGROSTIS alpina. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 60. *n.* 86.
Avena monantha paniculata, gluma calycina exasperata, arista florali, aequali. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1477.
Gramen parvum paniculatum alpinum, panicula spadicea aristatum. SCHEUCHZ. *agr. p.* 140. *prodr. p.* 22. *tab.* 4. *f.* 2.
Loc. In pascuis summarum, & editiorum alpium. *ANNUA.*

2161. AGROSTIS rupestris N.
Avena monantha paniculata foliis setaceis gluma calycina exasperata, arista flore duplo longiori. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1478.
Gramen paniculatum, capillaceo folio, locustis parvis spadiceo-fuscis aristatis. SCHEUCHZ. *agr. p.* 142.
Loc. In rupibus montanis apricis. *ANNUA.*

MUTICÆ

2162. AGROSTIS stolonifera.
Icon Tab. Vol. XXII. tab. 80.
Agrostis paniculae ramulis patentibus muticis; culmo repente; calycibus aequalibus. LINN. *syst.* 15. *p.* 90.
Poa stolonifera monantha, calycibus laeviter exasperatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1473.
Agrostis culmo repente, vagina supremi folii ventricosa. ROY. *Lugd. p.* 59. *n.* 2.
Gramen caninum supinum minus. SCHEUCHZ. *agr. p.* 128.
Agrostis culmo repente, foliis radicalibus brevioribus, folii supremi vagina ventricosa, flosculis muticis. GORTER. *ingr. p.* 10.
Agrostis paniculae ramulis divaricatis muticis culmo repente; calycibus aequalibus. HUDS. *fl. angl. p.* 27.
β *Gramen radice repente, panicula densa spicata spadiceo-viridi; locustis exiguis muticis.* SCHEUCHZ. *gram.* 130.
Loc. Ad vias locis sterilibus; & sabulosis. *PERENNIS.*

2163. AGROSTIS pungens.
Agrostis panicula coarctata mutica, foliis involutis rigidis pungentibus superioribus oblique appositis. SCHREB. *gram. pag.* 46. *tab.* 27.
Loc. Legit Cl. BELLARDI locis aridis mari Nicaeensi proximis. *PERENNIS.*

2164. AGROSTIS aculeata. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 89.
Schoenus (aculeatus) culmo tereti ramoso capitulis terminalibus, involucro triphyllo brevissimo rigido patente. LINN. *spec. p.* 63.
Gramen album capitulis aculeatis italicum BAUH. *pin. p.* 7. *Theatr.* 108. SCHEUCHZ. *agr. p.* 85.
Gramen spicatum spicis in capitulum foliatum congestis. TOURN. *inst. p.* 519.
Loc. In agro Nicaeensi. *PERENNIS.*

2165. AGROSTIS capillaris.
Agrostis panicula capillari patente, calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. LINN. *spec. p.* 93.
Poa monantha caule erecto, panicula diffusa; calycibus exasperatis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1475.
Agrostis panicula compressa; calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis. ROY. *Lugd. p.* 59. *n.* 1.

Agrostis panicula capillari patente, spiculis coloratis muticis. Scop. *Fl. Carn.* 182.
Gramen montanum panicula spadicea delicatiore. Bauh. *pin.* 3. *prodr.* 12. Scheuchz. *gram.* 119.
Loc. In pratis humidis montanis. *Annua.*

2166 AGROSTIS alba.
Agrostis panicula laxa, calycibus muticis aequalibus. Linn. *spec.* p. 93.
Gramen miliaceum majus panicula spadicea, & viridi. Rai *angl.* 3. p. 404.
Loc. In sylvis montanis. *Perennis.*

2167. AGROSTIS pumila.
Agrostis panicula mutica secunda, culmis fasciculatis erectis. Linn. *mant.* 31.
Poa minantha foliis setaceis, calycibus dense exasperatis. Hall. *helv.* n. 1474.
Gramen minimum paluste, panicula spadicea delicata, tenuifolium. Scheuchz. *agrost.* 131.
Loc. Reperta est circa *Lucingo.* *Annua.*

2168. AGROSTIS minima.
Agrostis panicula mutica filiformi. Linn. *spec.* p. 93. Huds. p. 28.
Gramen minimum, panicula elegantissima. Bauh. *pin.* 2. *Theatr.* 26. Scheuchz. *agr.* p. 40. Moris. *hist.* 3. p. 200. s. 8. tab. 2. f. 10.
Gramen sparteum capillaceo folio minimum. Dill. *append.* 173.
Loc. In agro *Nicaeensi.* *Annua.*

ROTTBOLLA. Linn. *suppl. gener.*

Locustae uniflorae, flexuosi caulis scrobibus appressae. Calyx biglumis, sed glumis juxta se positis, ita ut uniglumis calyx videatur folliculus biglumis.

2169. ROTTBOLLA incurvata.
Rottbolla spica tereti subulata, gluma calycina subulata appressa bipartita. Linn. *suppl.* p. 114.
Agrostis incurvata. Scop. *Fl. Carn.* p. 60. n. 88.
Aegilops (incurvata) spica subulata mutica laevi incurva, calycibus unifloris. Linn. *spec.* p. 1490.
Gramen loliaceum maritimum scorpioides. Scheuchz. *agr.* p. 42.
Gramen myuros erectum minimum nodulosum. Bocc. *mus.* 70. *tab.* 59.
Nardus spica subulata disticha. Roy. *lugdb.* 58.
Loc. *Vachae*, & *Niceae* in agris mari proximis. *Annua.*

DIGITARIA. Hall. *hist. tom.* 2. p. 244.

Receptaculum flores sustinens se habet ut in Tritico, & Rottbolla. Calyx biglumis ex glumis oppositis folliculum continet, qui etiam bivalvis est, valvis difficile superchilibus semen arcte involventibus. Non potest inter Panica manere propter defectum tertiae glumae calycinae.

2170. DIGITARIA dactylon.
Icon Taur. Vol. XIII. tab. 10. *fig.* 2.
Panicum (dactylon) spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus. Linn. *spec.* p. 85.
Digitaria culmibus reptantibus, foliis patulis glabris, spicis digitatis. Hall. *hist. tom.* 2. n. 1517.
Gramen dactylon folio arundinaceo, majus aculeatum forte Plinii. Bauh. *pin.* 7.
Gramen dactylon radice repente, s. officinarum. Scheuchz. *gram.* 104.
Digitaria dactylon. Scop. *Fl. Carn.* 18. 2. n. 73.
Loc. In pascuis, & agris passim. *Perennis.*

2171 DIGITARIA sanguinalis.
Icon. Taur. Vol. XXIV. tab. 79.
Panicum (sanguinale) *spicis digitatis basi interiore nodosis flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis* Linn. *spec. p.* 84. Schreb. *gram. p.* 119. *tab.* 16.
Digitaria foliis subhirsutis, caule debili, spicis verticillatis, scapo ancipite. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1526.
Gramen dactylon folio latiore. Bauh. *pin.* 8. *theatr.* 114. Scheuchz. *gram.* 101.
Digitaria sanguinalis. Scop. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 71.
Loc. In arvis ubique, Julio & Augusto floret. *Annua.*

STIPA. Linn. *gen. n.* 84. *syst. n.* 98.

Folliculi gluma una, termino aristata, locustam multoties superante.

2172 STIPA pennata.
Icon. Taur. Vol. I. tab. 80.
Stipa aristis lanatis. Linn. *spec. p.* 115.
Festuca aristis paniculae exterior longitudine plumosis. Roy. *lugdb.* 68.
Bromus corniculatus. Lam. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 628.
Loc. E rupium fissuris locis apricis, & montanis solet prodire. *Perennis.*

2173 STIPA capillata.
Icon. Taur. Vol. XXI. tab. 93.
Stipa aristis nudis curvatis, calycibus semine longioribus, foliis intus pubescentibus. Linn. *syst.* 14. *p.* 98.
Festuca longissimis aristis. Bauh. *pin.* 10. *Theatr.* 153.
Loc. Circa *Segusium* in valle *Augustae Praetoriae*, & in monte *Sancti Michaelis della Chiusa* locis apricis. *Perennis.*

LAGURUS. Linn. *gen. n.* 86, *syst. n.* 91.

Calycis glumae aristatae oritur villosa. Folliculus biglumis valvula majori terminata duplici arista cum tertia ad dorsum accedente, valvula altera minori acuminata. Semen oblongum folliculo arcte inclusum, aristatum.

2174 LAGURUS ovatus.
Icon. Taur. Vol. XIII. tab. 44. & *Vol. XXII. tab.* 7. *fig.* 2.
Lagurus spica ovata aristata. Linn. *spec. p.* 119. Schreb. *gram. p.* 143. *tab.* 19. *fig.* 3.
Gramen alopecuroides, spica rotundiore. Bauh. *pin.* 4. *Theatr.* 56.
Gramen alopecurum molle, spica incana acuta minore. Barr. *ic.* 116. *n.* 1.
Gramen spicatum tomentosum longissimis aristis donatum. Tourn. *inst.* 527. Scheuchz. *agrost.* 58.
Loc. In agro *Nicaeensi* frequens. *Annuus.*

2175 LAGURUS cylindricus.
Lagurus spica cylindrica mutica. Linn. *spec. p.* 120.
Gramen alopecuros, spica longa tomentosa candicante. Bauh. *hist. II. p.* 474.
Gramen tomentosum spicatum. Bauh. *pin.* 4.
Lagurus spica cylindrica longissima mutica. Ger. *p.* 103. *n.* 1.
Gramen pratense alopecurum sericea panicula. Barr. *ic.* 6.
Loc. Etiam agri *Nicaeensis* indigena planta est. *Perennis.*

C. LOCUSTA UNIFLORA, ET CALYCE TRIGLUMI

PANICUM LINN *gen. n. 72. syst. n. 76.*

Calyx ex glumis binis majoribus, quibus tertia minor post alteram posita accedit. Folliculus biglumis.

2176. PANICUM verticillatum
Panicum spica verticillata racemulis quaternis, involucellis unifloris bisetis, culmis diffusis LINN. *spec. p. 82*
Panicum spica antica paniculata setis paucioribus HALL. *hist. tom. 2. n. 1543*
Gramen paniceum, spica aspera BAUH. *pin 8. theatr. 139 tab 139* SCHEUCHZ. *gram. 47.*
Panicum asperum. LAM *Fl. Franc. tom. 3 p. 577*
Loc. Ad vias, & limites agrorum in arvis passim. *Annuum*

2177. PANICUM glaucum
Panicum spica tereti involucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis. LINN *syst. 11 p 87*
Panicum (glaucum) *spica tereti involucellis bifloris fasciculato-setosis, seminibus undulato rugosis.* SCHREB *gram tab. 23*
Panici effigie gramen simplici spica LOB *ic 13.*
Loc. In arvis frequens. *Annuum*

2178. PANICUM viride
Panicum spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus nervosis LINN. *spec p. 83*
Panicum spica antica, flosculis sessilibus solitariis, setis numerosis. HALL. *hist tom. 2. n. 1541*
Panicum cynosuroides. SCOP *Fl Carn ed. 2 p 50. n 68*
Gramen paniceum, sive panicum sylvestre spica simplici. BAUH. *pin. 8,* SCHEUCHZ. *gram. 46*
Panicum laevigatum LAM *Fl. Franc tom 3. p. 578.*
Loc In pratis feracibus, atque ad limites agrorum *Annuum*

2179. PANICUM crus galli.
Panicum spicis alternis, conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. LINN *spec p. 83*
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 41.
Typha foliis subensiformibus, spica mascula, foemineaque approximatis. Linn. *spec. p.* 1377.
Typha clava unica. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1305.
Typha palustris major. Bauh. *pin.* 20. Moris. *hist.* 3. *p.* 246. *s.* 8. *tab.* 13. *fig.* 1.
Loc. Ubique in aquis stagnantibus. *Perennis.*

2349. TYPHA angustifolia.
Icon Taur. Vol. XIX. tab. 40.
Typha foliis semicylindricis, spica mascula, foemineaque remota. Linn. *spec. p.* 1377.
Typha clava mascula a foeminea remota. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1306.
β *Typha palustris minor.* Bauh. *pin.* 20.
Loc. In alveis fluminum locis inundatis, praesertim secus flumen *Dora.* *Perennis.*

SPARGANIUM. Linn. *gen. n.* 925. *syst. n.* 1041. Tourn. *tab.* 302.

Flores masculi in amento subrotundo, dense imbricato, calycem habent triphyllum, & stamina tria. Foeminae habent amentum, & calycem maris, stylum brevem, bicornem. Fructus est drupa sicca, bilocularis, disperma.

2350 SPARGANIUM erectum.
Icon Taur. Vol. XVI. tab. 36.
Sparganium caule, foliisque erectis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1303.
Sparganium foliis erectis triquetris. Linn. *spec. p.* 1378.
Sparganium ramosum. Bauh. *pin.* 15. *theatr.* 228.
Loc. Ad aquas stagnantes frequens. *Perenne.*

2351 SPARGANIUM natans.
Sparganium foliis decumbentibus planis. Linn. *spec. p.* 1378.
Sparganium non ramosum minus. Dill. *giess.* 130. *spec.* 58.
Sparganium minimum. Rai. *hist.* 1910.
Sparganium foliis planis mollibus decumbentibus. Hall. *hist. tom.* 2. *p.* 163. *n.* 1304.
Loc. In monte *Cenisio* loco dicto il *Barracon*, & frequens ad lacus in alpibus *Tarantasiae.* *Perenne.*

B. FLORIBUS OMNIBUS PERFECTIS HERMAPHRODITIS

CYPERUS. LINN *gen. n.* 61. *syst. c.* 66. TOURN *tab.* 293.

Flores in capitulum congestae spicae multiflorae, complanatae, distichae, & appressae, imbricatae, constatae squamis ovatis, carinatis, ex quarum sinu prodeunt filamenta tria, sedet autem ovulum stylo longissimo trifido instructum, quod abit in semen triquetrum, nudum.

2352 CYPERUS glomeratus.
Icon. Taur. Vol. XVII. tab. 56.
Cyperus culmo triquetro nudo, umbella triphylla supradecomposita, spicis glomeratoteretibus, apiculis subulatis. LINN *spec. p.* 68.
Cyperus aquaticus italicus procerior, locustis tenuissimis in racemum densum congestis. MICH. *gen.* 45. SEGU *Veron.* 3. *p.* 68. *tab.* 2. *fig.* 1.
Cyperus capitulis glomeratum congestis, cernuis cristatis MONT. *gram.* 14. *tab.* 1. *fig.* 1.
Loc. Frequens locis inundatis secus flumina, & lacus, atque etiam in fossis aquarum stagnantium. *Annuus.*

2353 CYPERUS longus.
Cyperus culmo triquetro folioso, umbella foliosa supra decomposita, pedunculis nudis, spicis alternis. LINN *spec. p.* 67.
Cyperus odoratus radice longa, seu cyperus officinarum. BAUH *pin.* 14. SCHEUCHZ. *gram.* 378.
Loc. In paludosis circa lacus de Viverone, & de Candia. *Perennis.*
Vir. Radices CYPERI sunt aromaticae, stomachicae, carminativae, & exstimulantes, menses movent, urinae etiam secretionem promovent, utiles in stomachi imbecillitate chlorosi, & cachexia, generatim iis in morbis locum habere possunt, in quibus *Helenii* radices commendavimus.

2354. CYPERUS flavescens.
Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 36. *fig.* 3.
Cyperus culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis. LINN *spec. p.* 68.
Cyperus umbella trifolia, spicis sessilibus umbellatis, glumis obtusis. HALL. *hist. tom.* 2. *p.* 181. *n.* 1348.
Cyperus culmo triquetro nudo, umbella triphylla, spicis subsessilibus lanceolatis. SCOP. *Fl. Carn. p.* CCII. *n.* 1.
Cyperus minimus panicula sparsa subflavescente. TOURN *inst.* 527. SCHEUCHZ *agr. p.* 385.
Gramen cyperoides minus, panicula sparsa subflava. BAUH. *theatr.* 88.
Gramen pulchrum parvum panicula late compressa. BAUH *hist. II. p.* 470.
Loc. Locis spongiosis, & humectis, atque in fluminum alveis. *Annuus.*

2355. CYPERUS fuscus.
Icon. Taur. Vol. I. tab. 89.
Cyperus culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus. LINN *spec. p.* 69.
Cyperus umbella trifolia, spicis petiolatis congestis, glumis ovato-lanceolatis. HALL. *hist. p.* 181. *tom.* 2. *n.* 1349.
Cyperus minimus panicula sparsa nigricante. TOURN *inst. p.* 527. SCHEUCHZ. *agr. p.* 384.
Gramen cyperoides minus panicula sparsa subnigra nigricante. BAUH *Theatr.* 88.
Gramen parvum pulchrum cum panicula compressa nigricante. BAUH. *hist. II. p.* 471.
Cyperus minor pulcher panicula compressa nigricante. MORIS *hist.* 3. *p.* 239. *s.* 8. *tab.* 9. *f.* 38.
Loc. Iisdem locis, ubi Cyperus flavescens nascitur. *Annuus.*

2356 CYPERUS Monti.
Cyperus culmo tereti umbella supradecomposita, foliis carina laevibus. LINN. *suppl. p.* 102.
Cyperus aestivus odoratus radice longa, paniculis ex locustis latis ferrugineis composita. MICH. *gen. plant. p.* 45. *n.* 9. MONTI *Cat. plant. agr. Bon. prodr.* 12. *tab.* 1. *n.* 2. & SCHEUCHZ. *hist. gram. p.* 380.
Gramen cyperoides aquaticum panicula Cyperi longi ex ecastaneis glumis compacta, & brevibus petiolis donata. RAI *hist. tom.* 3. 616.
Loc. Frequens locis inundatis secus flumina, & lacus, atque etiam in fossis aquarum stagnantium. PERENNIS.

2357 CYPERUS compressus.
Cyperus culmo triquetro nudo, umbella universali triphylla, glumis mucronatis, lateribus membranaceis. LINN. *syst.* 12. *p.* 81.
JACQ. *hort. vindob. Cent.* 3. *tab.* 12.
Cyperus culmo triquetro, panicula foliosa, pedunculis complectibus, spicis alternis subulatis distichis. ROY. *Lugdb.* 51.
Cyperus rotundus gramineus fere inodorus, panicula sparsa compressa viridi. SLOAN. *jam.* 35. *hist.* 1. *p.* 117. *tab.* 76. *f.* 1. RAI *supp.* 623.
Loc. Cl. BELLARDI locis udis, & spongiosis agri *Vercellensis.* *Petrus* MOLINERI detulit ex agro di *Fossano* repertum sabulosis locis. PERENNIS.

2358 CYPERUS glaber.
Cyperus culmo triquetro nudo laevi, umbella triphylla, floribus glomeratis, rasecoribus brachiatis, foliis glabris. LINN. *Mant.* 179.
Cyperus parvus, panicula conglobata, spicis compressis spadiceo-viridibus. SEGU. *suppl.* 66. *tab.* 2. *f.* 1.
Loc. Non infrequens in locis spongiosis, & ad oras lacuum in agro *Pedemontano.* ANNUUS.

SCIRPUS. LINN. *gen. n.* 61. *syst. n.* 67. TOURN. *tab.* 300.

Differt a Cypero spicis non distiche imbricatis, & non complanatis, sed ubiquis, & semine setulis circumvallato.

SPICA UNICA

2359 SCIRPUS palustris.
Icon TAUR. *Vol. XIX. tab.* 35. *fig.* 3.
Scirpus culmo tereti nudo, spica subovata terminali. LINN. *spec. p.* 70. HUDS. *Fl. Angl. p.* 16.
Scirpus caule tereti, spica unica tereti multiflora. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1336.
Scirpus culmo tereti nudo, spica oblonga terminali. SCOP. *Fl. Carn. p.* 222. *n.* 1.
Scirpus equiseti capitulo majore. TOURN. *inst. p.* 528. SCHEUCHZ. *agr.* 360.
Juncus capitulis equiseti major, aliquis lanoribus. BAUH. *pin.* 12.
Juncus capitulis longis, seu clavatus. BAUH. *hist. II. p.* 513.
Loc. Secus aquas stagnantes, & lacus. PERENNIS.

2360 SCIRPUS fluitans.
Scirpus culmis teretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. REICH. *p.* 132. HUDS. *p.* 17.
Scirpus foliis linearibus planis alternatim fasciculatis, spica terminali. GUETT. *obs. p.* 141.
Scirpus caule folioso flaccido, scapis alternis capitatis. LEID. *prodr. p.* 49.
Scirpus equiseti capitulo minori. T. SCHEUCHZ. *gram.* 365. *tab.* 7. *fig.* 20.
Juncus capitulis equiseti, minor, fluitans. BAUH. *pin. prodr.* 23. *theatr.* 187.
Loc. In rivulo agri *Taurinensis* loco dicto la *Mulinetta* observavit Cl. BELLARDI. PERENNIS.

2361 SCIRPUS cespitosus.
Icon. TAUR. *Vol. XIII. tab.* 13. *fig.* 4.

Scirpus culmo tereti nudo, spica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus squamulis interstinctis. Linn. spec. p. 71. Huds. *Fl. Angl.* p. 16.
Scirpus caule tereti aphyllo, spica pauciflora, acuminata, calycinae glumae longitudine. Hall. hist. tom. 2. n. 1334.
Scirpus montanus capitulo breviore. Tourn. inst. p. 528. Scheuchz. agr. p. 363.
Juncus montanus cum paucis capitulis latis. Bauh. hist. II. p. 313.
Gramen juncoum, foliis, & spica junci minus. Bauh. pin. 6.
Loc. Loca spongiosa alpium inhabitat. Perennis.

2362 SCIRPUS acicularis.
Scirpus culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, seminibus nudis. Linn. syst. 13. p. 82.
Mariscus foliis setaceis mollibus, spica nuda, pauciflora. Hall. hist. tom. 2. n. 1346.
Juncus minimus, spica breviore squamma spadicea. Scheuchz. agr. 364. tab. 7. f. 4.
Juncellus minimus, capitulis equiseti. Plux. alm. 201. tab. 40. f. 7.
Loc. Locis inundatis ab aqua lente fluente agri *Canapiciensis*. Perennis.

2363 SCIRPUS setaceus.
Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 33. f. 4. 5.
Scirpus culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subsolitariis sessilibus. Linn. spec. p. 73.
Mariscus setaceus, capitulis lateralibus paucissimis. Hall. hist. tom. 2. n. 1343.
Scirpus omnium minimus, capitulo breviore. Tourn. inst. 528. Scheuchz. agr. 338.
Scirpus foliaceus humilis. Dill. giss. 3. p. 43.
Gramen junceum minimum, capite squamoso. Bauh. pin. 6. prodr. 13.
Loc. Frequens in agro *Canapiciensi* locis ab aqua lente fluente inundatis. Cl. Bellardi in agro *Bugellensi* circa *Candel*. Perennis.

CULMO TERETI POLYSTACHIO

2364 SCIRPUS lacustris.
Icon. Taur. Vol. XXII. tab. 93.
Scirpus culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. Linn. spec. p. 72. Huds. *Fl. Angl.* p. 17.
Scirpus caule tereti, panicula laterali ramosa, locustis ovatis. Hall. hist. tom. 2. n. 1337.
Scirpus culmo tereti nudo, panicula laterali, spicis ovatis. Scop. *Fl. Carn.* p. 121. n. 2.
Scirpus palustris altissimus. Tourn. inst. p. 528. Scheuchz. agr. p. 334.
Juncus maximus, s. Scirpus. Bauh. theatr. 178.
Loc. Lacus, & stagnantes aquas inhabitat. Perennis.

2365 SCIRPUS holoschoenus.
Scirpus culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inaequali mucronato. Linn. spec. p. 72.
Scirpoides montanum capitulis sparsis glomeratis. Scheuchz. agr. 271. tab. 8. f. 2. 3. 4. 5.
Scirpus montanus capitulis rotundioribus glomeratis. Tourn. inst. p. 528.
Juncus acutus maritimus capitulis rotundis. Bauh. pin. 2. theatr. 174.
Loc. In pascuis subhumidis agri *Pedemontani*. Perennis.

CULMO TRIQUETRO PANICULA NUDA

2366 SCIRPUS triqueter.
Scirpus culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus, pedunculatisque, mucronem aequantibus. Linn. syst. 13. p. 83. mant. 29.
Scirpus cyperus palustris, caule molli, panicula sparsa minore capitulis subrotundis, plurimis simul junctis subfuscis. Mich. gen. 47.
Juncus acutus maritimus, caule triquetro molli procerior. Plux. alm. 200. tab. 40. fig. 2. Rai. suppl. 629.
Loc. Locis paludosis circa *Padum* frequentissime occurrit. Cl. Bellardi reperit in paludosis *Eporediae* circa *Donam*, & in agro *Casalensi* similibus locis. Perennis.

2367 SCIRPUS mucronatus.

Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 35 *f.* 2.

Scirpus culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus Linn. *syst.* 12 *p.* 83.

Scirpus caule triquetro, panicula laterali ramosa, locustis ovatis. Hall. *hist. tom.* II. *n.* 1338.

Scirpo-cyperus maritimus Mich. *gen.* 47.

Juncus acutus maritimus caule triangulo Bauh. *pin.* 2. *prodr.* 12.

Juncus acutus maritimus caule triquetro rigido, & molli. Pluk. *alm.* 200. *tab.* 4. *f.* 1.

Loc. Nascitur in maritimis *Nicaeae*, & *Oneliae*, & vulgaris circa flumina. *Perennis.*

CULMO TRIQUETRO PANICULA FOLIACEA

2368 SCIRPUS maritimus.

Icon. Taur. Vol. XXII tab. 91.

Scirpus culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis, intermedia subulata. Linn. *spec. p.* 74.

Scirpus locustis ovatis nutantibus, caule triquetro, panicula foliosa ramosa, glumis duorum aristatis. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1339.

Cyperus panicula sparsa, e spicis longioribus teretibus composita. Scheuchz. *agr.* 398.

Cyperus panicula compacta, e spicis teretibus crassioribus composita. Scheuchz. *agr. p.* 400 *tab.* 9. *f.* 9 no.

Scirpus cyperoides Lam. *Fl. Franc. tom.* 3 *p.* 331.

Loc. In arenosis inundatis agri *Pedemontani*, atque etiam in Comitatu *Nicaeensi* frequens, & ad ripas fluviorum ubique. *Perennis.*

2369 SCIRPUS sylvaticus.

Icon. Taur. Vol. XXII tab. 83.

Scirpus culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis Linn. *spec. p.* 73.

Scirpus planifolius, panicula ramosissima, locustis ovatis. Hall. *hist. tom.* II. *n.* 1340.

Cyperus gramineus. Bauh. *hist.* II *p.* 504. Scheuchz. *agr.* 393.

Gramen cyperoides miliaceum Bauh. *pin. p.* 6.

Loc. Ubique frequens secus lacus, flumina, & loca inundata. *Perennis.*

2370 SCIRPUS michelianus.

Icon. Taur. Vol. XIX. tab. 35 *fig.* 1.

Scirpus culmo triquetro, capitulo globoso, involucro polyphyllo longo. Linn. *spec. p.* 76.

Cyperus italicus omnium minimus. Till. *pis.* 52. *tab.* 20 *f.* 3.

Loc. Frequens in pratis paludosis di *Bolengo*, & *Azeglio*, locis sabulosis humentibus ad lacus, & lente fluentes aquas. *Annuus.*

2371 SCIRPUS annuus N.

Scirpus culmo triquetro nudo, involucro diphyllo, pedunculis nudis, spicis solitariis.

Scirpo-Cyperus aquaticus annuus minimus, capitulo ferrugineo, semine striato pulchro Mich. *gen. plant. p.* 49.

Cyperus supinus minor, sparsa panicula ex rarioribus locustis conferta. Mont. *Cat. plant. agr. Bon. prodr.* 13.

Loc. Circa lacus, & locis humidis agri *Canapiciani* frequens est. Copiose circa lacum di *Viverone*, & in pratis paludosis di *Bolengo*, & *Azeglio*. *Annuus.*

Descr. Radix fibrosa. Folia laevia, striata, linearia, mollia. Culmus simplex, triquetter, striatus, foliis parum altior se se erigit: ab unicis radix ad sex (plures autem ex una radice prodire solent) spicae umbellatae, terminales, involucrum diphyllum ex foliolis inaequalibus, quorum brevius vix pedunculum aequat, longius totam umbellam quandoque metitur. Spiculae ex ovato-acuminatae. Sedet una in centro umbellae, reliquae pedunculatae propriis pedunculis triquetris

inaequalibus insident. Plerumque pedunculi unam spicam ferunt, interdum prolifert sunt, eoque alteram inferius positam sessilem spiculam porrigunt, aut etiam pedunculatam, cui ad basim foliolum subjicitur coetaneum spicae, & pedunculi nudi sunt. Numerus pedunculorum in umbella varius, a duobus ad septem, locustarum glumae uppressae, acutae, spadiceae, nervo viridi percursae, sed inferiores, & quae spicam veluti ad basim complectuntur, sunt aristatae, nervo in aristam producto. Semen ellipticum, cinereum, striatum.

SCHOENUS. Linn. *gen. n. 60. syst. n. 65*

Differt a Cypero glumis folliculi incerti numeri, laxe sine ordine congestis, aut laxe imbricatis. Locusta, sive spica multiflora.

2372 SCHOENUS Mariscus.
Icon Taur. *Vol.* XX. *tab.* 26.
Schoenus culmo tereti, foliis margine, dorsoque aculeatis Linn. *spec. p.* 61.
Mariscus panicula ramosa, foliorum oris, dorsoque serratis Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1343.
Pseudo-cyperus palustris, foliis, & carina serratis. Scheuchz. *gram.* 375.
Cyperus longus inodorus germanicus Bauh. *pin.* 14.
Cyperus longus inodorus major, foliis, & carina serratis Moris. *hist.* 3. *p.* 237. *s.* 8. *tab.* 11. *f.* 14.
Loc. Abunde ad oras lacuum, & locis paludosis. *Perennis*

2373 SCHOENUS mucronatus.
Schoenus culmo tereti nudo, spiculis ovatis fasciculatis, involucro subhexaphyllo, foliis canaliculatis Linn. *spec. p.* 63.
Juncus maritimus panicula subrotunda glumosa Barr. *ic.* 203. *fig.* 1.
Melanoschoenus maritimus humilis Cyperi effigie Mich. *gen.* 46.
Scirpus maritimus capite glomerato Tourn. *inst. p.* 528. Scheuchz. *agr. p.* 367. *tab.* 8. *fig.* 1.
Gramen cyperoides maritimum Bauh. *pin.* 6. *theatr.* 95.
Gramen marinum cyperoides Bauh. *hist. II. p.* 498.
Schoenus maritimus Lam. *Fl. Fran. tom.* 3. *p.* 543.
Loc. Terraneus in incultis *Unelline* Cl. Bellardi ad litora maris a *Monaco* ad *Menton.* *Perennis*
Obs. Schoenus *mucronatus* Cypero proximus, quam Schoeno est; spiculae enim componuntur ex glumis laxe quidem, sed tamen, ut in Cypero, sibi alternatim succedentibus, & imbricatis.

2374 SCHOENUS nigricans.
Schoenus culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli valvula altera subulata. Linn. *spec. p.* 64.
Cyperus spicis conglomeratis, calyce multifolio Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1347.
Junco affinis capitulo glomerato nigricante Scheuchz. *p.* 349. *tab.* 7. *f.* 13. 14. 15.
Loc. Ad scaturigines aquarum locis montanis, & collinis frequens. *Perennis*

2375 SCHOENUS compressus.
Schoenus culmo subtriquetro nudo, spica disticha, involucro monophyllo Linn. *spec. p.* 65. Huds. *Fl. Angl. p.* 15.
Scirpus planifolius, spica terminante disticha. Hall. *hist. tom.* 2. *n.* 1341.
Gramen cyperoides, simplici compressa, disticha. Pluk. *tab.* 34. *f.* 9. *p.* 178. Scheuchz. *agr. p.* 490. *tab.* 11. *f.* 6.
Cyperella montana spicata, radice repente, caule rotundo triquetro, spica fusca compressa disticha, nomine tenero Mich. *gen.* 53. *ord.* 2. *tab.* 33. *K.*
Loc. In pratis spongiosis praesertim montanis, tum etiam secus flumina non infrequens. *Perennis*
Obs. Schoeni etiam *compressi* spiculae ita componuntur, ut ab aliis Schoeni speciebus longe recedant, atque Cyperi spiculas repraesentent.

2376 SCHOENUS albus
Schoenus culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis. LINN. *spec. p.* 65. HUDS. *Fl. Angl. p.* 15.
Scirpus foliis setaceis, panicula plana, locustis teretibus. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1341.
Gramen cyperoides palustre, Leucanthemum SCHEUCHZ. *p.* 503. *tab.* 11. *f.* 11.
Gramen Iuzulae accedens glabrum, in palustribus proveniens, paniculatum. PLUK. *alm.* 178. *tab.* 34. *f.* 11.
Cyperella palustris capitulo umbellato, primum albo, deinde fulvo. MICH. *gen.* 55.
Loc. Circa lacus Canapicianos frequens. *PERENNIS.*

ERIOPHORUM. LINN. *gen. n.* 63. *syst. n.* 68.

Spica brevis, pauciflora, imbricata, squamis oblongis: pappus longus basi seminis circumpositus adeo longus, & densus est, ut super glumam longe emineat, & capitulum reddat tomentosum. Stamina etiam tria habet, stylum trifidum, & semen triquetrum, acuminatum.

2377 ERIOPHORUM polystachion.
Icon. TAUR. Vol. I. tab. 94.
Eriophorum culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. LINN. *spec. p.* 76.
Eriophorum foliis planis, spicis pendulis. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1331.
Eriophorum culmo teretibus, floribus paniculatis nutantibus. GOU. *hort.* 32. *n.* 2.
Linagrostis polystachia. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 66.
Linagrostis paniculata. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 555.
Linagrostis panicula ampliore. TOURN. *inst. app.* 66.
Gnaphalium Tragi, ö Juncus bombycinus. BAUH. *hist. II.* 514.
Gramen pratense tomentosum, panicula sparsa. BAUH. *pin.* 4. GARID. *aix. tab.* 44.
Gramen eriophorum. DOD. *pemp.* 562.
Loc. Ubique locis spongiosis, praesertim montanis, & subalpinis. *PERENNE.*

2378 ERIOPHORUM vaginatum.
Icon. TAUR. Vol. I. tab. 91.
Eriophorum culmis vaginatis teretibus, spica scariosa. LINN. *spec. p.* 66.
Eriophorum caule tereti, foliis caulinis vaginalibus, spica erecta ovata. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1332.
Linagrostis vaginata. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 64. LAM. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 555.
Gramen tomentosum alpinum, & minus. BAUH. *pin.* 5. *prodr.* 10.
Juncus alpinus capitulo lanuginoso, s. Schoeno-lagurus. BAUH. *pin.* 12. *prodr.* 23. *theatr.* 188. SCHEUCHZ. *gram.* 302. *tab.* 7. *fig.* 1. 2. 3.
Loc. Locis spongiosis, & frigidis alpium frequens. *PERENNE.*

2379 ERIOPHORUM alpinum.
Icon. TAUR. Vol. I. tab. 90.
Eriophorum caule, foliisque triquetris, spica pauciflora. HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1333.
Eriophorum culmis nudis triquetris, spica pappo brevi. LINN. *spec. p.* 77.
Linagrostis alpina. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 65.
Linagrostis juncea alpina, capitulo parvo, tomento rariore. SCHEUCHZ. *gram.* 305. *tab.* 7. *f.* 4. *prodr. tab.* 8.
Juncus alpinus bombycinus. BAUH. *pin.* 12. *prodr.* 23.
Loc. In summis alpibus di Viù locis spongiosis a nive deliquescente irrigatis. *PERENNE.*

CLASSIS XII.

PLANTÆ FLORE OBSCURO, AUT INCONSPICUO, SIVE CRYPTOGAMIA LINN.

FILICES

EQUISETUM. LINN. *gen. n.* 1053. *syst. n.* 1169. TOURN. *tab.* 307.

Spica fructificationibus peltatis, basi dehiscentibus multivalvi.

2380. EQUISETUM sylvaticum.
Equisetum caule spicato, frondibus compositis. LINN. *spec. p.* 1516. HUDS. *Fl. Angl. p.* 380.
Equisetum foliis repetito-ramosis, vaginis laxissimis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1680.
Equisetum caule sulcato, frondibus ramosis. SCOP. *Fl. Carn. p.* 173. *n.* 2. *ed.* 2. *p.* 289. *n.* 1252.
Equisetum sylvaticum tenuissimis setis. BAUH. *pin.* 16. TOURN. *inst. p.* 533.
Equisetum, sive hippuris tenuissima non aspera. BAUH. *hist. III. p.* 730.
Loc. Passim in sylvis subhumidis, sive montanis, sive subalpinis. *PERENNE.*

2381. EQUISETUM arvense.
Equisetum scapo fructificante nudo, sterili frondoso. LINN. *spec. p.* 1516. HUDS. *Fl. Angl. p.* 380.
Equisetum caule floringero nudo, sterili verticillato, radiorum duodecim. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1676.
Equisetum arvense. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1253.
Equisetum arvense longioribus setis. BAUH. *pin. p.* 16. TOURN. *inst. p.* 533.
Equisetum minus terrestre. BAUH. *hist. III. p.* 730.
Off. Equisetum minus, s. Cauda equina minor.
Loc. Ubique in arvis, & ad vias locis subhumidis. *PERENNE.*

2382. EQUISETUM palustre.
Equisetum caule angulato, frondibus complexibus. LINN. *spec. p.* 1516. HUDS. *Fl. Angl. p.* 380.
Equisetum caule sulcato, ramis multifloris foliis indivisis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1677.
Equisetum caule sulcato, frondibus complexibus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 173. *n.* 2. *ed.* 2. *n.* 1254.
Equisetum palustre, brevioribus setis. BAUH. *pin. p.* 15. TOURN. *inst. p.* 533.
Equisetum palustre. LOB. *ic.* 795.
Loc. In pratis spongiosis. *PERENNE.*

2383. EQUISETUM fluviatile.
Equisetum caule striato, frondibus subcomplexibus. LINN. *spec. p.* 517. HUDS. *Fl. Angl. p.* 381.

Equisetum caule floriferο nudo, sterili verticillato, radiorum quadraginta. HALL. *hist. tom.* 3. n. 1675.
Equisetum caule laevi subnudo. SCOP. *Fl. Carn. p.* 171. *ed.* 1. *ed.* 2. *p.* 286. *n.* 1255.
Equisetum palustre longioribus setis BAUH. *pin. p.* 15. TOURN. *inst. p.* 533.
Equisetum majus aquaticum. BAUH. *hist. III. p.* 728.
Equisetum maximum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 7.
Off. Equisetum majus, s. Cauda equina major.
Loc. Secus fluvios, & torrentes. *PERENNE.*

2384 EQUISETUM limosum.
Equisetum caule subnudo laevi. LINN. *spec. p.* 1517. HUDS. *Fl. Angl. p.* 381.
Equisetum nudum laevius nostras. RAJ. *angl.* 3. *p.* 131.
Loc. Abunde locis inundatis secus Ticinum. *PERENNE.*

2385 EQUISETUM hyemale.
Equisetum caule nudo scabro, basi subramoso. LINN. *spec. p.* 1517. HUDS. *Fl. Angl. p.* 381.
Equisetum caule subnudo asperrimo, vaginis caulinis indivisis, ramis coluticis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1679.
Equisetum foliis nudum, non ramosum, sive junceum Hippuris aphyllos. BAUH. *pin.* 16. *theatr. p.* 282. TOURN. *inst. p.* 533.
VERN. Raspariello.
Loc. Secus fluvios, atque locis, quae per inundationem fluminis aluere. *PERENNE.*
VIR. Omnes EQUISETI species cum evidenti acrimonia adstrictionem vim habent, stomacho infensae sunt, diarrhaeam facile inferentes. Si stomachus ferat, urinam certo promovent, atque in hunc scopum profuisse observavi. EQUISETI protractus usus maciem etiam infert, atque in minima copulatione, ac minore potestate opem praebere potest nullatenus. In pulverem istius herbae dosis est a drachma semisse ad drachmam unam. Si ex aqua decoquatur, praescribi potest dosi a manipulo semisse ad manipulum unum. EQUISETI species omnes ita asperitate insigniuntur ad polienda vasa. Nostrae familiae solent adhibere EQUISETUM *hyemale*.

OPHIOGLOSSUM. LINN. *gen. n.* 1035. *syst. n.* 1172. TOURN. *tab.* 325.

Spica articulata, disticha, articulis transversim dehiscentibus.

2386 OPHIOGLOSSUM *vulgatum.*
Ophioglossum fronde ovata. LINN. *spec. p.* 1518.
Ophioglossum folio unico ovato lanceolato obtuso. HALL. *hist. n.* 1685.
Ophioglossum vulgatum. BAUH. *pin.* 354. TOURN. *inst. p.* 548.
VERN. Erba senza costa.
Loc. In pratis, & pascuis subhumidis collium passim occurrit. Abunde nasci in pratis *Vercellensibus* tradidit *Franciscus* ALEXANDRI. *PERENNE.*
VIR. Apud rusticos OPHIOGLOSSUM *vulgatum* magno est in existimatione ad vulnera glutinanda, & folia vulneribus imponunt. Per infusionem quoque ex eadem herba oleum parant ad vulnera, & ambusta. Succum certe glutinoso-adstringentem hujusmodi planta suppeditat aptum ad vulnerum conglutinationem promovendam.

OSMUNDA. HALL. *hist.* 3. *pag.* 6. TOURN. *tab.* 324.

Spica ramosa, fructificationibus globosis.

2387 OSMUNDA lunaria.
Osmunda scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. LINN. *spec. p.* 1519.
Osmunda foliis pinnatis flabelliformibus lunatis. HALL. *hist. n.* 1686.
Osmunda spica caulina solitaria, fronde pinnatifida solitaria. GOU. *hort.* 523. *n.* 1.
Lunaria racemosa minor, & vulgaris. BAUH. *pin. p.* 354.

Lunaria botrytis. BAUH. *hist.* III. 709.
Osmunda foliis lunatis. TOURN. *inst. p.* 547. GERID. *App. tab.* 75.
Ophioglossum pinnatum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 9.
Loc. Frequentissime in pascuis montanis, & subalpinis. *PERENNIS.*
VIR. Herba tota styptica, & adstringens est, ac a nostris Alpicolis, data opera, colligitur, ut remedium habeant in immodico mensium fluxu. Datur pulvis herbae contritae drachmae unius pondere. Vidi interdum vere, & evidenter profuisse.

2388. OSMUNDA regalis.
Osmunda frondibus bipinnatis, apice racemiferis. LINN. *spec. p.* 1521.
Osmunda regalis, sive Filix florida. PLUM. *fil.* 35. *tab.* 13. *f.* 4.
Osmunda vulgaris, & palustris. TOURN. *inst. p.* 547.
OFF. Osmunda regalis, sive Filix florida.
Loc. Locis umbrosis humidis prope *Giaveno*, & *Ivrea* eundo ad Pagum *Brosso*. Prope *Eporediam* circa lacum *di S. Michele*, & supra *la Vigna* ... loco dicto *la ...vino* reperit *Cl.* BELLARDI. *PERENNIS.*
VIR. Styptica, & tonica est radix OSMUNDAE *regalis*, a Britannis in rachitide celebrata. In rachitide vere profuisse observavi, ejusdem usu diu protracto. Quum autem soleat haec planta in solo argillaceo martiali spongioso crescere, suspicor ferri particulis a radice resorptis non exiguam partem virtutis tribuendam esse. Multiplici ratione adhibetur, aut pulvis drachmae unius, alternove dosi pulmento ex granis Mays immiscetur; aut radix ipsa decoquitur unciae ... pondere. Paratur etiam extractum, quod adhibetur a scrupulo uno ad scrupulos duos.

STRUTHIOPTERIS HALL. *hist. tom.* 3. *p.* 6.

Foliorum alia sterilia, & perennia, alia fertilia, & annua. Superficies interna tota capitulis fructiferis obtecta est.

2389. STRUTHIOPTERIS Filicastrum N.
Osmunda (Struthiopteris) *frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, scapo fructificante distincto.* LINN. *spec. p.* 1522.
Filix palustris altior, fusco pulvere hirsuta. BAUH. *pin. p.* 358.
Filicastrum septentrionale, & palustre. AMM. *ruth.* 175. *...* 10. *tab.* 18.
Loc. Secus flumen *Cossolia* in montibus *Regalensibus*, & secus flumen *Sangon* prope *Giaveno*. *Cl.* BELLARDI vidit in pascuis humidis prope *Cavaso*. *PERENNIS.*

2390. STRUTHIOPTERIS spicant.
Osmunda frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integerrimis parallelis. LINN. *spec. p.* 1522.
Struthiopteris HALL. *hist. n.* 1687.
Polypodiastrum vulgare foliis rigidis. MICH. *florent.* 165.
Lonchitis minor. BAUH. *pin. p.* 359.
Acrostichum nemorale. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 11.
Loc. In sylva vallis *Usinnar Ticinesi* dicta, inter *Chemonix*, & *Chelanches*, in alpibus *de Notre Dame de la Gorge* supra *Giaveno*, & in montibus supra *Robilant* frequens est; incolit vero praesertim loca lapidosa in sylvis castanearum.

PTERIS. LINN. *gen. n.* 1038. *syst. n.* 1174.

Fructificationes in lineis marginalibus.

2391. PTERIS aquilina.
Pteris frondibus supradecompositis, foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis; infimis pinnatifidis, superioribus minoribus. LINN. *spec. p.* 1533.
Filix foliis duplicato-pinnatis, pinnis nervosis integerrimis, obtusis lanceolatis. HALL. *hist. n.* 1688.
Filix ramosa major pinnulis obtusis non dentatis. BAUH. *pin. p.* 357.
VERN. Felin, aliis Fela, vel Feis.

Loc. Ubique in pascuis sterilibus collium, & montium vulgatissima, ubi etiam frequens in sylvis montanis apricis. *Perennis.*

Vir. Etiam PTERIDIS *aquilinae* radix contra teniam laudatur; eadem nauseam excitat, subamara est, & adstringens principium adstringens universae plantae inest. Ex cineribus combustae plantae sal alkalinus lixiviale eliciunt, qui vitrariorum operi inservit.

2392 PTERIS crispa.

Filix foliis duplicato-pinnatis, sterilibus obscure dentatis, floridibus ovatis integerrimis. HALL. hist. tom. 3. n. 1689.

Osmunda (crispa) *frondibus supradecompositis, pinnis alternis subrotundis incisis.* LINN. spec. p. 1522.

Adianthum foliis minutim in oblongum incisis, pediculo viridi. BAUH. pin. 755.

Adianthum album tenuifolium rutae murariae accedens. BAUH. hist. III. p. 743.

Adianthum album floridum, sive filicula petraea crispa. PLUK. alm. 9. tab. 3. fig. 2.

Pteris tenuifolia. LAM. *Fl. Franc.* tom. 1. p. 13.

Loc. In scopulis alpium, in montibus *Bagilimbus*, *Vinadii*, & *Valderii* frequentissima est. *Perennis.*

ASPLENIUM. LINN. *gen. n.* 1042. *syst. n.* 1178. TOURN. *tab.* 318.

Fructificationes in lineolis disci frondis sparsae.

2393 ASPLENIUM scolopendrium.

Asplenium frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. LINN. spec. p. 1537.

Asplenium petiolis hirsutis, folio longo lineari-lanceolato integerrimo circa petiolum exciso. HALL. hist. n. 1695.

Lingua cervina officinarum. BAUH. pin. 353. TOURN. inst. p. 544.

Phyllitis, seu lingua cervina vulgi. BAUH. hist. III. p. 756.

Phillitis. MATTH.

Off. Lingua cervina, Phyllitis, Scolopendrion, seu Scolopendrium.

Loc. Locis umbrosis saxosis, praesertim secus fluentes aquas, ad montium, & alpium radices. Ad oras etiam puteorum, & fontium scaturigines in agro de *Sciolze*, & *Candeil* legit Cl. BELLARDI. *Perennis.*

2394 ASPLENIUM Ceterach.

Asplenium frondibus pinnatifidis lobis alternis confluentibus obtusis. LINN. syst. 12. p. 689.

Asplenium foliis pinnatis, pinnis in basi dilatatis obtusis, subtus muscosis. HALL. hist. n. 1694.

Asplenium sive ceterach. BAUH. hist. III. p. 749. TOURN. inst. p. 547.

Ceterach officinarum. BAUH. pin. p. 354.

Asplenon. MATTH.

Off. Asplenium, s. Ceterach.

Vern. *Erba dorà.*

Loc. Frequentissimum ad rupes, & muros locis montanis, & collinis. *Perennis.*

Vir. ASPLENIUM *Ceterach*, & *Scolopendrium* laudantur in visceribus imi ventris obstructionibus, & potissimum in lienis morbis; non inficiandum eam tantae vi etiam aliquam adstringentem virtutem possidere, ut et multae aliae remediis memoratae stirpes adspergantur, sed hujusmodi medii stimulentia, eisque etiam fortiora saponacea eccoprotica medicamenta desiderant. Adhiberi solent ex aqua decocta hae stirpes a manipulo semisse ad manipulum unum.

2395 ASPLENIUM trichomanoides.

Asplenium frondibus pinnatis, pinnis subrotundis crenatis. LINN. syst. 12. p. 690.

Trichomanes fronde pinnata, foliolis subrotundis crenatis. GLEDITZ. apud BOHEM. lips. 723. SCOP. *Fl. Carn.* p. 169.

Trichomanes, sive polytrichum officinarum. BAUH *pin* p. 356. TOURN. *inst.* p. 539.
Asplenium trichomanes. SCOP *Fl. Carn. ed.* 2. p. 292. n. 1263.
Trichomanes MATTH.

Off. Polytrichum, Adiantum rubrum, & Trichomanes.

Loc. Ubique locis saxosis, & ad vias in orae sylvarum, tum etiam e rupium fissuris, sive in montibus, sive in alpibus. *PERENNE*

Obs. Trichomanes foliis elegantur incisis TOURN. *tab.* 315. *F. F*, quod in alpibus nascitur, aut est insignis varietas ASPLENII *Trichomanoidis*, aut distincta species.

2396. ASPLENIUM *Ruta muraria.*
Asplenium frondibus alternatim decompositis, foliolis cuneiformibus crenulatis. LINN *spec.* p. 1541. HUDS. 386.
Asplenium foliis laxe ramosis, ramis secundis trifoliis, superioribus semitrilobis, lobis rhomboideis serrato-emarginatis. HALL. *hist.* n. 1691.
Adiantum fronde ramosa divisa, foliolis subrotundis ternato-cuneatis GLEDITZ. *apud* BOHEM. *Lips.* 710. SCOP. *Fl. Carn.* p. 168.
Ruta muraria. BAUH. *pin.* p. 356. BAUH. *hist. III.* 753. TOURN. *inst.* p. 541.
Asplenium murorum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 1. p. 28.

Loc. Ubique ad muros vetustos, & sepes. *PERENNE*

2397. ASPLENIUM *nigrum.*
Asplenium frondibus subtripinnatis, foliolis alternis, pinnis lanceolatis inciso-serratis. LINN. *spec.* p. 1541.
Asplenium foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnulis semipinnatis, lobulis ovatis serratis. HALL. *hist.* n. 1692.
Asplenium adiantum nigrum. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 1264.
Adiantum foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro. BAUH. *pin.* p. 355.
Adiantum nigrum officinarum. BAUH. *hist. III.* p. 742.
Filicula, quae adiantum nigrum officinarum pinnulis obtusioribus. TOURN. *inst.* p. 542.
Asplenium nigrum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 1. p. 28.

Loc. Locis lapidosis in montibus di *Pinerolo*, & di *San. Michele della Chiusa*, & ad rupes in agro *Cibanensi* provenire affirmat Cl. BELLARDI. *PERENNE.*

POLYPODIUM. LINN. *gen.* n. 1043; *syst.* n. 1179. TOURN. *tab.* 316.

Fructificationes in punctis subrotundis, sparsis per discum frondis.

2398. POLYPODIUM *vulgare.*
Polypodium frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. LINN. *spec.* p. 1544. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. n. 1166.
Polypodium foliis pinnatis lanceolatis, radice squamata. HALL. *hist.* n. 1696.
Polypodium fronde pinnata, pinnis lanceolatis indivisis serrulatis obtusis, connato-sessilibus. ROY. *Lugdb.* 499.
Polypodium vulgare. BAUH. *pin.* 359. PLUK. *fil.* 67. *tab. A. f.* 1.
Polypodium majus. DOD. *pempt.* 464.

Loc. Ubique in sylvis montanis, & collibus, atque saepe ad radices arborum. *PERENNE*

Vir. Radices POLYPODII in usum medicum recipiuntur, gustu subdulces sunt, nauseosae tamen, vires habent, quibus cocta resolvunt, abstergunt, atque etiam alvum cient. Speciatim laudatur radix POLYPODII in obstructionibus viscerum imi ventris, atque ingredi solet apozemata, quae in dictis morbis adhibentur. Dosis est ab uncia semisse ad unciam unam, & semis.

2399. POLYPODIUM *Lonchitis.*
Polypodium frondibus pinnatis, pinnis lunulatis ciliato-serratis declinatis, stipitibus strigosis. LINN. *spec.* p. 1548.

Polypodium foliis pinnatis, pinnis obtusis dentatis appendiculatis. HALL. *hist.* n. 1711.
Pteris fronde pinnata lanceolata, foliolis lunulatis ciliato-serratis, petiolo strigoso. GLEDITZ. *apud* BOHEM. *Lips.* 720.
Lonchitis aspera. BAUH. *pin.* 359. TOURN. *inst.* p. 538.
Loc. Locis lapidosis, & umbrosis montium, & alpium frequenter occurrit. PERENNE.

2400. POLYPODIUM aculeatum.
Polypodium frondibus bipinnatis, pinnulis lunulatis ciliato-dentatis, stipite strigoso. LINN. *spec.* p. 1522.
Polypodium pinnis pinnatis villosis serratis appendiculatis. HALL. *hist.* n. 1710.
Polypodium frondi bipinnata, pinnis lanceolato-dentato-ciliatis, stipite strigoso. HUDS. p. 389. n. 9.
Polypodium fronde duplicato-pinnata, foliolis lunulatis dentatis, petiolo strigoso. ROY. *Lugdb.* p. 500. n. 6.
Filix aculeata major. BAUH. *pin.* 358. *prodr.* 151.
Loc. Iisdem locis ut supra. PERENNE.

2401. POLYPODIUM phegopteris.
Polypodium frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, poribus pinnulæ quadrangulare irradiantis. LINN. *spec.* p. 1550.
Polypodium foliis pinnatis reflexis, pinnulis ovatis hirsutis, primis cum nervo confluentibus. HALL. *hist.* n. 1698.
Loc. Passim locis umbrosis montanis, & subalpinis. PERENNE.

2402. POLYPODIUM dryopteris.
Polypodium frondibus supradecompositis: foliolis ternis bipinnatis. LINN. *spec.* p. 1555.
Polypodium pinnis pinnatis conjugatis, pinnulis ovatis obtusis integris. HALL. *hist.* n. 1699.
Filix ramosa minor pinnulis dentatis. BAUH. *pin.* 358.
Filix pumila saxatilis. CLUS. *hist.* 2. p. 211.
Loc. Frequens in sylvis saxosis umbrosis subalpinis: frequentissima circa thermas *Valderii*, atque in alpibus *Valdensium*. Etiam in agro *Taurinensi* extra moenia urbis muris Septentrioni expositis inasci visa est a Cl. BELLARDI. PERENNE.

2403. POLYPODIUM cristatum.
Polypodium frondibus subbipinnatis, foliolis ovato-oblongis, pinnis obtusiusculis, apice acuto-serratis. LINN. *spec.* p. 1551.
Filix mas ramosa pinnulis dentatis. GER. *em.* 1129. PLUK. *phyt.* 181. *fig.* 2.
Loc. In sylvis umbrosis montanis, & subalpinis. PERENNE.

2404. POLYPODIUM Filix mas.
Polypodium frondibus bipinnatis, pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. LINN. *spec.* p. 1551.
Polypodium pinnis pinnatis obtusis dentatis. HALL. *hist.* n. 1701.
Pteris fronde duplicato-pinnata, foliolis obtusis crenulatis, petiolo strigoso. GLEDITSCH, *apud* BOHEM. *Lips.* 718. SCOP. *Fl. Carn.* p. 170.
Filix mas pinnulis crenatis. VAILL. *tab.* 9. *f.* 1.
Filix mas non ramosa dentata. BAUH. *pin.* p. 352.
Filix mascula. MATTH.
Off. Filix mas.
Loc. In sylvis subhumidis umbrosis collium, & montium passim. PERENNE.
Vir. Radix Filicis *maris* celebris est nostris temporibus propter *Nouffericum* specificum promulgatum, atque etiis vere reperta ad Taeniam expellendam. Vide *Précis du traitement contre le Tænia à Paris* 1775.

2405. POLYPODIUM Ponteduræ N.
Polypodium pinnis paucis, semipinnatis, brevissimis acute serratis. HALL. *hist.* n. 1702.
Filicula alpina foliis rotundioribus, & crenatis. PONT. *compend.* p. 19. SEGU. *suppl.* p. 34. *tab.* 1. *f.* 2.
Loc. In sylvis umbrosis ad thermas *Vinadii* legi. PERENNE.

2406. POLYPODIUM molle N.
Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis ovatis obtuse dentatis, dentibus non bifidis HALL. *hist. n.* 1733.
Filix mollis, seu glabra, vulgari non ramosae accedens. BAUH. *hist. III. p.* 738. VAILL. *p.* 53. *tab.* 9 *fig.* 4.
Filix non ramosa alpina foliolis, quasi ad alas, rotundioribus, omnibus autem dentatis. PONT. *comp. p.* 13. SEGU. *suppl. p.* 53. *tab.* 1 *fig.* 1.
Loc. Nascitur ad fontium scaturigines, & secus lente fluentes aquas. Secus *Padum* etiam reperit *Cl.* BELLARDI. *PERENNE.*

2407. POLYPODIUM Filix foemina.
Polypodium fronde bipinnata, pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. LINN. *syst.* 12. *p.* 695.
Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis semipinnatis, lobis acute bisectis. HALL. *hist. n.* 1704.
Polypodium filix foemina. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 295.
Felce femmina. MATTH.
OFF. Filix foemina.
Loc. In sylvis umbrosis collium, & montium frequens. *PERENNE.*

2408. POLYPODIUM rhaeticum.
Polypodium frondibus bipinnatis foliolis, pinnisque remotis lanceolatis, serraturis acuminatis LINN. *spec. p.* 1552.
Polypodium pinnis pinnatis, laxe divisis, pinnulis semipinnatis acutis. HALL. *hist. n.* 1708.
Polypodium fronde bipinnata, foliolis, pinnisque remotis lanceolatis, serraturis acuminatis. HUDS. *Fl. Angl. p.* 390.
Filix rhaetica tenuissime denticulata. BAUH. *hist. III. p.* 740. TOURN. *inst. p.* 537.
OFF. Adianthum album.
Loc. Frequens ad vias profundas inter saxa in collibus, & montibus; atque saepe prodit e rupium fissuris locis subalpinis. *PERENNE.*

2409. POLYPODIUM alpinum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 26.
Polypodium pinnis pinnarum pinnatis laxissime divisis, lobulis obtusis dentatis. HALL. *hist. n.* 1709.
Filicula alpina crispa. BAUH. *pin.* 358. SEGU. *suppl. tab.* 1. *f.* 3. *p.* 55.
Loc. In editioribus rupibus alpinis *Sabaudiae*, montis *Cenisii*, & vallis di *Lucana*. In alpibus di *Viù*, & *Usey* reperit *Cl.* BELLARDI. *PERENNE.*

2410. POLYPODIUM montanum. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 23.
Polypodium triplicato-pinnatum pinnulis tertiis semipinnatis, lobulis bifidis HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1710.
Filix montana ramosa minor argute denticulata. VAILL. 53.
Filix alpina myrrhidis facie Cambrobritannica. PLUK. *tab.* 89. *f.* 4.
Filix rhaetica tenuissime divisa. BAUH. *hist. III. p.* 740.
Loc. Locis umbrosis humidis montis *Cenisii*, & supra *Grot Cavol. Cl.* BELLARDI circa *Pralagnan.* *PERENNE.*

2411. POLYPODIUM fragile.
Polypodium frondibus bipinnatis, foliolis remotis, pinnulis subrotundis incisis. LINN. *spec. p.* 1553.
Polypodium pinnis pinnatis, laxe divisis, pinnulis semipinnatis, lobulis subrotundis dentatis. HALL. *hist. n.* 1707.
Filix saxatilis caulicolo tenui fragili. PLUK. *alm.* 150. *tab.* 180. *f.* 5.
Filix saxatilis non ramosa nigris maculis punctata. BAUH. *pin.* 358.
Polypodium album. LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 21.
Loc. Locis montanis inter saxa secus vias nascitur. Locis umbrosis collium *Canapicium* frequens esse animadvertit *Cl.* BELLARDI. *PERENNE.*

2412. POLYPODIUM regium.

Polypodium frondibus bipinnatis, foliolis suboppositis, pinnis alternis laciniatis LINN. *spec. p.* 1553.

Filix regia fumariae pinnulis VAILL. *Paris. p.* 51. *tab.* 9. *f.* 1.

Loc. Locis saxosis ad fontium scaturigines inter *Giaveno*, & *Quasse* PERENNE.

2413. POLYPODIUM fontanum.

Polypodium frondibus pinnatis laciniatis, foliolis subrotundis argute incisis, stipite levi. LINN. *syst.* 11. *p.* 693.

Polypodium dumasculum pinnis laxe pinnatis, pinnulis bidentatis, & tridentatis argutis. HALL. *hist. n.* 1706.

Polypodium frondibus bipinnatis, foliolis argute incisis, inferioribus subpalmatis, stipite laevi. GOU. *illustr. p.* 81.

Filicula montana minor. BAUH. *pin.* 358.

Loc. Frodit e rupium fissuris prope *Moutiers*, & in monte *S. Bernardi* Supra *Vasey* similibus locis legit *Cl.* BELLARDI PERENNE.

2414. POLYPODIUM thelipteris.

Acrostichum (thelipteris) *frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis integerrimis.* LINN. *spec. p.* 1528. HUDS. *Fl. Angl. p.* 384.

Filix mollis, seu glabra vulgari mari non ramosae accedens. BAUH. *hist.* 730. *tab.* 731. *fig.* 1.

Polypodium pteroides LAM. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 18.

Loc. Abunde circa lacum di *Candia*, & *Viverone*. In agro etiam *Vercellensi* locis palustribus frequenter occurrere adnotavit *Cl.* BELLARDI PERENNE.

ACROSTICUM. LINN. *gen. n.* 1037. *syst. n.* 1173.

Fructificationes discum totum frondis tegentes.

2415. ACROSTICUM septentrionale.

Acrostichum frondibus nudis linearibus laciniatis. LINN. *spec. p.* 1524.

Acrostichum caule bis bifurcato. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1714.

Filicula saxatilis, corniculata. TOURN. *inst. p.* 542.

Filix saxatilis corniculata. BAUH. *pin.* 358.

Filix saxatilis Tragi. BAUH. *hist. III.* 755.

Loc. Nihil vulgatius ad rupes locis montanis. PERENNE.

2416. ACROSTICUM maranthae.

Acrostichum frondibus subpinnatis: pinnis oppositis-confluentis subtus hirsutissimis basi subdentatis. LINN. *spec. p.* 1527.

Asplenium ramosum. TOURN. *inst. p.* 544.

Lonchitis folio ceterach. BAUH. *pin. p.* 359.

Lonchitis aspera maranthae. BAUH. *hist. III.* 745.

Loc. Inter *Lanzo*, & *Viù* abundat: inter *Varallo*, & *Allagna*, circa *Eporediam*, *Plossascum*. *Cl.* BELLARDI secus *Duriam* in saxosis prope *la Rocca di Villaregia*. Ignatius MOLINERI inter *Superga*, & *Baudisse*, non infrequens ad rupes montium subalpinorum locis apricis. PERENNE.

ADIANTHUM. LINN. *gen. n.* 1044. *syst. n.* 1180. TOURN. *tab.* 317.

Fructificationes in maculis terminalibus, sub replicato margine frondis.

2417. ADIANTHUM capillus veneris.

Adianthum foliis decompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. LINN. *spec. p.* 1558. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 199.

Adianthum petiolis ramosis, frondibus flabelliformibus lobatis. HALL. *hist. tom.* 3. *n.* 1713.

Adianthum coriandrifolium. LAM. *Fl. Franc. tab.* 1. *p.* 19.

Adiantum foliis coriandri BAUH. *pin. p.* 355. TOURN *inst* 543.
Adianto MATTH
Off. Capillus veneris.
Vern. *Capel venere.*
Loc. Ad rupes, & fontium scaturigines locis a sole minime percussis; secus *Padum* non infrequens, multo vulgatius sive in puteis, sive in rupibus *Liguriæ*, & collium maritimorum. PERENNE.
Vir. Haec inter praestantiores capillares herbas habetur. Extat in officinis syrupus *capillorum veneris* laudatus in tussi, morbisque pectoris. Nihil vere nobis haec planta promittit vim aliquam, sed levem tonicam, & adstringentem possidet. Virtus emmenagoga tribuitur, at sine vero fundamento, in fibrarum laxitate aliquam fortasse dare poterit utilitatem. Idem judicium ferendum est de ADIANTHO *nigro*, & *albo*, ruta *muraria*, & *Trichomane*, quae stirpes solent a Pharmacopaeis *Capillo veneri* substitui, ac inter capillares herbas etiam enumerantur.

MARSILEA LINN. ZALUZIANSKIA. NECKER. *act. palat. vol* 3. *p.* 303.

Fl. masc. .... Per gemmas planta haec certissime se propagat: fructificationem videre nobis datum adhuc non fuit: corpuscula ad basim radicis nata in loculis semina continentia relatum est.

2418. **M**ARSILEA quadrifolia.
Marsilea foliis quaternis LINN. *syst.* 12. *p.* 695.
Lemna HALL. *hist. tom.* 2. *n.* 1628.
Lenticula palustris quadrifolia BAUH. *pin.* 362.
Lens palustris quadrifolia BAUH. *hist. III. p.* 785. MORIS. *hist.* 3. *p.* 619. *s.* 15. *tab.* 4. *f.* 5.
Lens palustris altera CAM. *epit.* 853.
Loc. Circa lacus *Eporedienses* nascitur. PERENNE.

SALVINIA. MICHEL. *gen.* 107. *tab.* 58.

Fl. masc. .... Tubercula foliorum non videntur ulla ratione ad masculinos flores pertinere. Ad radicis initium, & primas divisiones adsunt sphaerulae incerti numeri mollium echinatae, granula, sive semina continentes.

2419. **S**ALVINIA natans.
Salvinia vulgaris aquis innatans, foliis subrotundis, punctatis, lente videndis MICH. *gen.* 107. *tab.* 58.
Marsilea foliis oppositis amplicibus. LINN. *syst.* 12. *p.* 696.
Lenticula palustris latifolia punctata BAUH. *pin.* 362.
Lens palustris patavina BAUH. *hist. III. p.* 785.
Loc. Circa lacus *Eporedienses* non modo nascitur, verum etiam in fossis aquarum stagnantium. Etiam secus *il Po morto*, & locis paludosis prope *Vanova*, aliisque provenit.

PILULARIA LINN. *gen. n.* 1047. *syst. n.* 1183.

Masculi flores in latere pulverulenta sub folio, Foeminea ad radicem posita est globus quadrilocularis, polyspermus.

2420. **P**ILULARIA globulifera. LINN. *syst.* 12. *p.* 697.
Pilularia palustris juncifolia VAILL. *Paris.* 159. *tab.* 15. *f.* 6. DILL. *musc.* 538. *tab.* 79. *f.* 1.
Graminifolia palustris repens, vasculis granorum piperis aemulis RAI. *hist.* 1325. *angl.* 3. *p.* 136. MORIS. *hist.* 3. *p.* 618. *s.* 15. *tab.* 7. *f.* 49.

Muscus aureus capillaris palustris, inter folia folliculis rotundis quadripartitis. PLUK. alm. 246 tab. 48. f. 1.

Loc. Thomas PRIM communicavit lectam in paludosis circa *Frossasco*, & *la Marsaglia*. *Petrus* MOLINERI in fossis aquarum stagnantium locis calidioribus non infrequentem esse observavit.

MUSCI

LYCOPODIUM. LINN. *gen.* n. 1049. *syst.* n. 1185.

Anthera bivalvis, sessilis. Calyptra nulla.

1411 LYCOPODIUM clavatum.

Lycopodium foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculis, geminis. LINN. *spec.* p. 1564.

Lycopodium ramis prolixis, spicis pendulis gemellis, foliis linearibus, pilo aristatis. HALL. *hist.* tom. 3. n. 1711.

Lycopodium (officinale) *surculo vago serpente ramoso terminali erecto, imbricato, dichotomo, sapiculifero.* NECKER. *Meth. musc.* p. 150. n. 2.

Lycopodium vulgare pilosum, anfractuosum, & repens. DILL. *hist. musc.* p. 441. tab. 58. f. 1.

Muscus terrestris clavatus. BAUH. *pin.* 360.

Vern. Bisse & Ours.

Loc. Passim in sylvis collinis, & montanis. *PERENNE.*

1412 LYCOPODIUM selaginoides.

Lycopodium foliis sparsis ciliatis lanceolatis, spicis solitariis terminalibus foliosis. LINN. *spec.* p. 1565. HUDS. *Fl. Angl.* p. 395.

Lycopodium spicis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis serratis confertis. HALL. *hist.* tom. 3. n. 1717. tab. 45. f. 1.

Lycopodium (selaginoides) *surculo decumbente sparsim terminali erecto, aliis capitulifero, foliis lanceolatis ciliatis recurvatiusculis.* NECKER. *Meth. musc.* p. 148. n. 6.

Selaginoides foliis spinosis. DILL. *hist. musc.* p. 460. tab. 68.

Muscus terrestris repens, clavis singularibus, foliolis erectis. SCHEUCHZ. *it. alp.* tom. 1. p. 43. tab. 6. f. 1.

Lycopodium ciliatum. LAM. *Fl. Franc.* tom. 1. p. 31.

Loc. Frequens locis spongiosis alpium. *PERENNE.*

1413 LYCOPODIUM selago.

Lycopodium foliis sparsis confertis, caule dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. LINN. *spec.* p. 1565.

Boletus subarcuatus violaceus lignosus; pileo semi-elliptico, convexo punctato, margine expanso, lobato, vel intus plicato, diversicolore, fasciis concentricis, pallidis, cinereis, canis, rufis, fuscis, tubulis candidis albis, seu leucophaeis, parvis, difformibus, non secedentibus, petiolo difformi, brevi, crasso, fusco, aut nullo. SCHAEFF. *fung. tab.* 263.

Loc. Super truncos arborum repentur.

1750. BOLETUS versicolor.

Icon Taur. Vol. XII tab. 78 *f.* 1 & 3.

Boletus acaulis, fasciis discoloribus, poris albis. LINN. *spec. p.* 1645.

Boletus acaulis, pileo coriaceo villoso, lineis concentricis discoloribus fasciato, tubulis albis tenuissimis. SCOP. *Fl. Carn.* 2. *n.* 1592.

Boletus coriaceus squamosus sessilis, & multiplex lobis varie divisis, & expansis, tubulis tenuissimis connexis angulosis. GLED. *p.* 70.

Polyporus sessilis, coriaceus planus, hirsutus, annulis versicoloribus. HALL. *hist.* 3. *n.* 1282.

Fungorum porosorum genus V. CLUS. *p.* 277.

Agaricum squamosum, superne versicolor, infra album foraminulis brevibus densissimis, caespitosum, & quasi pinnigerum. MICH. *p.* 119 *n.* 21.

Agaricus squamis viridescentibus. BATT. *tab.* 35.

SCHAEFF. *tab.* 136 & 269.

Loc. Frequens in truncis, & ad caudices arborum.

1751 BOLETUS hepaticus.

Boletus superne mollis, ac purpurascens, hepatis facie. POLLICH *hist. plant. Palat. p.* 300 *n.* 1178.

Polyporus sessilis sanguineus, crassus, mollis, obscure lobatus. HALL. *hist.* 3. *n.* 2315.

Fungus porosus pratensis, crassus. BOCC. *mus. di Fisic. p.* 305.

Lingua in caudicibus castanearum. CAESALP. *p.* 619.

Agaricum esculentum, castaneae adnascens, lentiscinum, hepatis facie, superne ex rubro ferrugineum, interne sanguineum, subtus ochroleucum. MICH. *p.* 117 *tab.* 60.

Boletus corpore sessili latissimo, superius lobato, inferius gibboso. GLED. *p.* 77.

SCHAEFF. *tab.* 117 118 119 & 120.

Vern. Linghe.

Loc. Ad caudices vetustiorum arborum, & praesertim quercuum, & castanearum. Edulis.

1752 BOLETUS luteus.

Boletus stipitatus, pileo pulvinato subviscido, poris rotundatis, convexis, flavissimis, stipite albo. LINN. *spec. p.* 1646.

Boletus pileo plano scaroso, glabro, tubulis difformibus, stipite annulato, longo. SCOP. *Fl. Carn.* 2. *n.* 1587.

Boletus caulescens pileo livido, subviscido, poris flavis convexis, stipite albido. LINN. *Fl. Svec.* 1247. DALL. *Paris.* 381.

Polyporus carne secedente petiolatus, annulatus. HALL. *hist.* 3. *n.* 2301.

Boletus luteus. DILL. *act. gies. p.* 18. *tab.* 10 *n.* 1.

Fungus porosus autumnalis viscidus. BUXB. *cent.* 5. *p.* 7. *tab.* 14.

SCHAEFF. *Fung. tab.* 114.

Loc. In pratis, & sylvis autumno.

1753 BOLETUS umbilicatus. SCOP. *Fl. Carn. ed.* 2. *n.* 1589.

Polyporus petiolatus pileo fusco depresso. HALL. *hist.* 3. *n.* 2299.

Polyporus exiguus, coriaceus fulvus pileolo concavo, ac in medio nonnihil umbilicato. Mich. p. 130. tab. 70 f. 9

Boletus albidus tenuissimus connexus pileolo orbiculari, ad oras fornicato, centro depresso, petiolo gracili, radice bulbosa. Gled. p. 73.

Loc. In sylvis, & inter ciborum innascitur.

1754 BOLETUS bovinus.

Icon. Tab. Vol. 1c. tab. 81. f. 3

Boletus caespitosus, pileo glabro pulvinato marginato, poris compositis acutis, porulis angulatis brevioribus. Linn. spec. p. 1646

Boletus stipitatus, pileo pulvinato glabro, tubulis connexis angulatis, carne pilei brevioribus. Scop. *Fl. Carn. ed. 2. p. 463. n. 1586*

Polyporus carne cedente petiolatus, fulvus, inferne virescens Hall. hist. tom. 3. n. 2302.

Boletus emulescens, pileo testaceo, poris compositis angulatis griseis. Linn. *Fl. Suec.* 1087. 1646 Dalib. *Paris.* 380

Boletus pileolo hemisphaerico, tubulis angulatis, petiolo ventricoso. Gled. p. 63

Suillus esculentus crassus, superne fulvus, inferne initio albidus, deinde ex flavo virescens, pediculo ventricoso, & superius parum pilei concolore. Mich. p. 127.

Boletus Schaeff. *fung. tab.* 103. 105. 707. 110

Fungus porcinus Bauh. *hist. III. p.* 833.

Loc. In sylvis apricis praesertim castanearum, & quercuum Edulis.

1755 BOLETUS candicans.

Boletus arcularius, pileo rugoso, lobato, tubulis tenuissimis. Scop. *Fl. Carn. p. 46. ed. c. n. 1596*

Agaricus speciosus Batt. *fung. p.* 68. *tab.* 34. *b*

Fungus cerasinus imbricatus alter alteri connatus, variegatus. Bauh. *pin. p.* 370.

Schaeff. *fung. tab.* 130. 131.

Loc. Ad caudices arborum provenit.

1756 BOLETUS cupreus. Schaeff. *tab.* 133.

Polyporus carne recedente purpureus, inferne flavus Hall. *hist.* 3. *n.* 2305.

Suillus esculentus crassus, superne viridulo rubens, inferne dilute luteus. Mich. *gen. p.* 127

Loc. In umbrosis sylvarum pascuis praesertim sub Populo, & Tremula.

1757 BOLETUS cannonianus. Scop. *Fl. Carn. ed. c. n.* 1598

Polyporus frondosus caespitosus, imbricatus spadiceus, poris albidis. Hall. *hist. n.* 2276.

Agaricum squamosum caespitosum, aculeatum, cinereum, & laciniatum, superne obscurum, inferne album, foraminulis brevissimis, rotundis, exiguis. Mich. *gen. p.* 119. *n.* 13.

Fungus major carnosior, dendroides cristatus. Bocc. *mus. p.* 301.

Schaeff. *fung. tab.* 111.

Vern. Rascet.

Loc. Secus vias locis apricis frequentissimus.

HYDNUM. Linn. *gen. n.* 1076. *syst. n.* 1261.

Fungi horizontalis, subtus echinatus.

1758 HYDNUM imbricatum

Hydnum stipitatum pileo convexo imbricato. Linn. *spec. p.* 1647

Echinus petiolatus albescens, superne squamosus Hall. *hist.* 3. *n.* 2304.

Erinaceus esculentus, albus, crassus Mich. *gen.* 130. *tab.* 72. *f.* 2

Fungus pene candidus, prona parte erinaceus Bauh. *hist. III. p.* 828

Schaeff. *fung. tab.* 140. 173

Loc. In sylvis, atque truncis arborum insidet.

1759. HYDNUM repandum

Icon. Taur. Vol. XII. tab. 81 f. 3

Hydnum stipitatum, pileo convexo, laevi, flexuoso. LINN. *spec. p.* 1647.

Echinus petiolatus rubrufus, petiolo laevi. HALL. *hist.* 3. *n.* 2315.

Erinaceus rubrior pallide rufus. DILL. *cat. giess. p.* 188. *tab.* 1.

Erinaceus esculentus pallide luteus. MICH. *gen.* 132. *tab.* 72. *f.* 3.

Boletus pileo pulvinato integerrimo, tubulis connatis, echinato-denticulatis. GLED. 4.

Loc. In sylvis.

1760. HYDNUM gelatinosum

Boletus acaulis gelatinosus, subtus aculeatus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 48. *n.* 10. *ed.* 2. *n.* 1671.

Echinus gelatinosus crystallinus. HALL. *hist.* 3. *n.* 2319.

Loc. In ligneis putridis.

1761. HYDNUM Coralloides. SCOP. *Fl. Carn. n.* 1607.

Clavaria ramosa; extremis ramulis teretibus subulatis, recto deorsum descendentibus. SCOP. *Fl. Carn. p.* 61. *n.* 5.

Echinus ramosus, aculeis parallelis. HALL. *hist. n.* 2317.

Agaricum esculentum, album, corrugatum multifidum, & denticulatum; denticulis rugosis. MICH. *gen. p.* 117. *n.* 1. *tab.* 64. *f.* 1.

SCHÆFF. *fung. tab.* 142.

Loc. In truncis arborum in sylvis collinis quandoque occurrit. Edulis.

1762. HYDNUM auriscalpium.

Hydnum stipitatum pileo dimidiato. LINN. *spec. p.* 1648.

Echinus petiolo gracili, lateralis, pileolo plano obscuro. HALL. *hist.* 3. *n.* 2321.

Erinaceus parvus hirsutus, ex fusco-fulvus, pileolo semiorbiculari, pediculo semitereti. MICH. *p.* 132. *tab.* 72. *f.* 8.

Fungus erinaceus parvus, in conis abiegnis nascens. BUXB. *Cent.* 1. *tab.* 57. *f.* 1.

Boletus pileo orbiculari &c. GLED. *p.* 74. *n.* 7.

Loc. In sylvis subalpinis locis muscosis.

1763. HYDNUM cyathiforme.

Hydnum aculeatum, coloratum, & caespitosum, connatum, pileo infundibuliformi, crinito, glabro, fusco, circulis concentricis, alternis, pallidioribus, & obscurioribus, albido; petiolo inverse conico, fusco, basi crassiore. SCHÆFF. *fung. tom.* 4. *pag.* 93. *tab.* 139.

Echinus infundibuliformis, rufus, intus zonatus. HALL. *hist. n.* 2310.

Boletus tortuosus, pileo campanulato, inverso, desuper sericeo, & fulvo ferrugineo, lineis concentricis distincto, tubulis subtus convexis echinato-denticulatis. GLED. *fung. pag.* 69.

Erinaceus infundibulum imitans, tortuosus, colore ex fulvo ferrugineo, pileo desuper veluti sericeo, & pluribus lineis circularibus exornato. MICH. *gen. pag.* 131. *tab.* 72. *fig.* 4.

Fungus campanulatus ligneus. STERB. *theatr. fung. pag.* 138. *tab.* 13. 1.

Loc. In sylvis, locisque muscosis ad arborum truncos.

PHALLUS. LINN. *gen. n.* 1077. *syst. r.* 1111.

Fungus supra reticulatus, subtus laevis.

1764. PHALLUS esculentus

Icon. Taur. Vol. XII. tab. 88. *f.* 1.

Phallus pileo ovato celluloso, stipite nudo rugoso. LINN. *syst.* 12. *p.* 724.

Phallus alveolatus pileo glabro &c. SCOP. *Fl. Carn.* 1. *n.* 1604.

Phallus petiolo nudo, pileo subtus laxo. LINN. *Hort. Cliff.* 479.

Phallus petiolo nudo, pileo tubere undique annexo. LINN. *Hort. Cliff.* 879. ROY. *Lugd. B.* 517.
Boletus capite ovato reticulato. HALL. *hist.* 3. n. 2247.
Boletus esculentus rugosus, albicans, quasi fuligine infectus. I. R. H. 561. tab. 329. f. A.
Fungi esculenti species tres. CLUS. *hist.* 2. p. 264.
Boletus esculentus, rugosus 1. 2. 3. MICH. *gen.* 130. tab. 85. f. 1. 2.
Vann. Pangole.
Loc. In pascuis ad oras sylvarum. Edulis.

1765 PHALLUS impudicus.
Phallus volvatus stipitatus pileo celluloso. LINN. *syst.* 12. p. 764.
Phallus volva exceptus, reticulato capite patulo. HALL. *hist.* tom. 3. n. 2248.
Phallus vulgaris totus albus volva rotunda, pileo celluloso, ac summa parte umbilico pervio ornato. MICH. *gen.* 201. tab. 83.
Phallus volva exceptus, pileo apice pervio. LINN. *Hort. Cliff.* 478. ROY. *Lugdb.* 517.
Phallus hollandicus, & batavicus. DAL. *hist.* 1398.
Fungus foetidus penis imaginem referens. BAUH. *pin.* 374.
Phallus foetidus. LAM. *Fl. Franç.* tom. 1. p. 111.
Loc. In sylvis collium Taurinensium.

CLATHRUS. LINN. *gen. n.* 1078. *syst. n.* 1215.

Fungus subrotundus, cancellatus.

1766 CLATHRUS cancellatus.
Clathrus ovatus subrotundus. LINN. *spec. p.* 1648.
Clathrus (cancellatus) ovatus subrotundus volva infundibuliformi maxima. GOU. *flor. monsp. p.* 463. *n.* 1.
Clathrus ruber. MICH. *gen.* 214. *tab.* 93.
Boletus cancellatus purpureus. TOURN. *inst.* 561. *tab.* 329. *f.* 6.
Fungus coralloides cancellatus. CLUS. *app. ch.*
Fungus rotundus cancellatus. BAUH. *pin.* 375.
Loc. In pascuis, & collinis Octobri, & Novembri.

ELVELA. LINN. *gen. n.* 1079. *syst. n.* 1214.

Fungus turbinatus.

1767 ELVELA mitra.
Elvela pileo deflexo adnato lobato difformi. LINN. *spec. p.* 1649.
Boletus capitulo explanato lacunoso. HALL. *hist.* tom. 3. n. 2246.
Fungoides fungiforme crispum lacunosum, & varie complicatum. MICH. *gen.* 204. *tab.* 86. *f.* 7.
Elvela pediculo lamine in formam tegumenti deorsum plicato, laciniato, & crispo, petiolo fistuloso, striato, & rimoso. GLED. *p.* 36.
SCHAEFF. *fung.* tab. 159. 160. 161. 162.
Loc. Frequens in sylvis. Edulis.

1768 ELVELA cornucopioides.
Elvela acipitata; pileo infundibuliformi, punctato, margine reflexo. SCOP. *Fl. Carn. p.* 51. *n.* 1, *ed.* 2. *n.* 1618.
Peziza infundibuliformis disco patente, atrato, punctato. LINN. *syst.* 11. *p.* 765.
Elvela corpore infundibuliformi intus fusco, extus cinereo; margine tumido, extrorsum reflexo. GLED. *fung. p.* 43.
Peziza membranacea, tubae similis, marginibus replicatis. HALL. *hist. n.* 2216.
Fungoidaster. MICH. *tab.* 82. *f.* 5. 6.
Fungoides nigricans majus cornucopiae forma. VAILL. *tab.* 13. *f.* 11.
SCHAEFF. *tab.* 165.
Loc. In sylvis.

2769 ELVELA sambucina.
Elvela acaulis auriformis gelatinosa cinerea. Scop. *Fl. Carn. p. 56. n. 7. ed. 2. n. 1612.*
Tremella sessilis membranacea auriformis cinerea. Linn. *syst. nat. p. 1344.*
Peziza bracteata, cespitosa, plana, extus striata. Hall. *hist. n. 2220.*
Elvela auricula membranacea rugosa, & tripa, in formam gyrosam, & concavam varie complicata. Gled. *fung. p. 39.*
Agaricum auriculae forma. Mich. *gen. p. 124. tab. 66. fig. 1.*
Loc. Frequens in sambuco, & in corticibus vetustarum arborum.

2770 ELVELA ochracea.
Elvela acaulis rotunda, & cespitosa, cartilaginea, fungilis, pileo concavo plicato, malleiformi ochraceo. Schaeff. *fung. tab. 155.*
Peziza bracteata, sordide lutea, subvillosa. Hall. *hist. n. 2223.*
Fungoides crispum, & undosum, acetabuli forma, intus, & foris obscurum. Mich. *gen. p. 206. n. 4.*
Loc. In ligno putrescenti, atque etiam in fimo reperitur.

2771 ELVELA flammea.
Elvela sessilis, cuneiformis, gelatinosa, rubra. Scop. *Fl. Carn. ed. 2. n. 1615.*
Peziza gelatinosa, coccinea, scyphus tenues amplectens, & gregaria. Hall. *hist. n. 2221.*
Loc. In ramis arborum putridis.

2772 ELVELA albida.
Elvela acaulis solitaria, & cespitosa, coriacea; pileo concavo hemisphaerico, intus e caeruleo albido, glabro, extus subfusco, hirsuto, margine inaequali piloso, infra radicante. Schaeff. *fung. tab. 151.*
Peziza sessilis, hemisphaerica, extus villosa spadicea. Hall. *hist. n. 2131.*
Elvela hemisphaerica, lutescens, sessilis, radice longa. Gled. *fung. p. 46. n. 9.*
Fungoides scutellatum, inferne album, interne obscurum, & subhirsutum. Mich. *gen. p. 208. n. 8. tab. 86. f. 4.*
Loc. In arboribus demortuis reperitur.

2773 ELVELA coccinea.
Elvela pileo cyathiformi, intus coccineo, extus albo; stipite pariter albo. Scop. *Fl. Carn. p. 55. ed. 2. n. 1613.*
Peziza minima, pediculata, coccinea, hirsuta. Hall. *hist. n. 2140.*
Elvela hemisphaerica, excavata intus coccinea, extus alba, pediculo longissimo concolore. Gled. *fung. p. 47.*
Fungoides pyxidatum, intus coccineum, extus albidum, pediculo pariter albo. Mich. *gen. plant. p. 207. tab. 86. f. 5.*
Loc. Locis humidis, & ramulis in terra corruptis.

2774 ELVELA ciliata.
Elvela sessilis disco aurantio, plana, ora ciliata. Scop. *Fl. Carn. p. 54. ed. 2. n. 1610.*
Peziza plana, margine convexo piloso. Linn. *syst. 12. p. 725.*
Elvela orbicularis minima, sessilis, coccinea plana, margine ciliato, vel nudo. Gled. *fung. p. 45.*
Peziza sessilis aurantia, plana, ciliata. Hall. *hist. n. 2240.*
Fungoides coccineum, lentiforme; oris pilosis. Mich. *gen. p. 207. tab. 86. f. 19.*
Loc. In lignis humidis, & quae corrumpi incipiunt.

2775 ELVELA lentiformis.
Elvela sessilis, disco flavo plano, glabro. Scop. *Fl. Carn. p. 55. n. 5. ed. 2. n. 1611.*
Peziza flava brevissime petiolata plana. Hall. *hist. n. 2241.*
Elvela lentiformis sessilis, & plana minima, aurantii coloris. Gled. *fung. p. 45.*
Loc. In sylvis montanis, & ramulis terrae inspersis nascitur.

CLAVARIA. Linn *gen. n.* 1078. *syst. n.* 1126.

Fungus laevis, oblongus.

1776. CLAVARIA pistillaris.
Clavaria clavae-formis simplicissima Linn *spec. p.* 1651.
Clavaria simplex Scop. *Fl. Carn.* 1. *p.* 481. *n.* 1622.
Clavaria alba longa petiolata Hall. *hist.* 3. *p.* 115. *n.* 1103.
Clavaria ex una basi multiplex fistulosa &c. Gled. *p.* 30.
Clavaria alba pistilli forma. Vaill. *Paris. p.* 39. *tab.* 8. *f.* 5.
Clavaria major lutea Mich. *gen.* 208. *tab.* 87. *f.* 1.
Fungus clavatus albidus pistillaris Bocc. *mus.* 1. *tab.* 307.
Loc. In sylvis montibus, & umbrosis.

1777. CLAVARIA ophioglossoides.
Clavaria clavata integerrima compressa obtusa. Linn. *spec. pag.* 1651.
Clavaria indivisa, nigra, compressa. Hall. *hist. n.* 1106.
Clavaria ophioglossoides nigra. Vaill. *Paris pag.* 39. *tab.* 9. *fig.* 3. Mich. *gen. p.* 208. *tab.* 87. *fig.* 4.
Schaeff. *fung. tab.* 317.
Loc. In sylvis muscosis humidis collium.

1778. CLAVARIA digitata.
Clavaria ramosa lignea nigra. Linn *spec. p.* 1652.
Agaricus digitatus niger. Tourn. *inst.* 562.
Loc. In sylvis frequens, truncis arborum innascens.

1779. CLAVARIA hypoxilon.
Clavaria ramoso-cornuta compressa Linn. *spec. p.* 1652.
Sphaeria nigerrima, aspera, palmata, cornubus planis, cornuis pulverulentis. Hall. *hist.* 3. *n.* 1194.
Valsa digitata. Scop. *Fl. Carn.* 2. *n.* 1413.
Lichen agaricus digitatus, niger; apicibus albo-rufis, seminibus galeis undique conspersus Mich. *gen. p.* 104. *n.* 4. *tab.* 54. *f.* 5.
Fungus ramosus, niger, compressus; parvus, apicibus albidis Raj. *Angl.* 3. *p.* 15.
Clavaria cornuta. Lam. *Fl. Franc. tom.* 1. *p.* 126.
Schaeff. *fung. tab.* 328.
Loc. In ligno corrupto adinvenitur.

1780. CLAVARIA palmata.
Clavaria ramosa, ramis compressis Scop. *Fl. Carn. p.* 60. *ed.* 2. *n.* 1614.
Clavaria caule plano, sulcato, ramis crenatis Hall. *hist.* 3. *n.* 1100.
Coralloides minor cristata Buxb. *cent.* 4. *p.* 39. *tab.* 66. *f.* 1.
Coralloides ramosum ex rufo caeruleum, platyceron, seu latis cornubus, apicibus brevioribus Mich. *gen. tab.* 89. *f.* 5.
Coralloides amethystina. Batt. *T. I. C.*
Loc. Frequens in vepribus ad oras sylvarum.

1781. CLAVARIA coralloides.
Clavaria ramis confertis ramosissimis inaequalibus Linn. *spec. p.* 1651.
Clavaria caule crassissimo, ramis innumerabilibus, cuspidatis breviter dentatis Hall. *hist.* 3. *n.* 1101.
Clavaria ramosa, ramis teretibus erectis. Scop. *Fl. Carn.* 1. *p.* 60. *n.* 4.
Clavaria corpore multifido inaequali, & ramosissimo, in apice gracilius tomentosa. Gled. *fung. p.* 31.

SCHÆFF *fung.* tab. 175.
Coralло-fungus flavus. VAILL. *Paris.* p. 41. tab. 8. f. 4.
Loc. Passim in sylvis montanis.

2782 CLAVARIA *muscoides.*
Clavaria ramis ramosis, acuminatis inaequalibus luteis. LINN. *spec.* p. 1652.
Clavaria caule ramoso, ramis incurvis acutis. HALL. *hist.* n. 2199.
Fungus parvus luteus ramosus. RAI. *angl.* p. 16. tab. 24. f. 7.
Clavaria coralloides. SCHÆFF. *fung.* tab. 173.
Loc. Ramis, & truncis arborum corruptis innascens interdum reperitur.

PEZIZA. LINN. *gen.* n. 1080. *syst.* n. 1215.

Fungus campanulatus, sessilis.

2783 PEZIZA *lentifera.*
Peziza campanulata lentifera. LINN. *spec.* p. 1649.
Peziza calyce campanulato. LINN. *hort. cliff.* 479. ROY. *lugdb.* B. 518.
Peziza (cyathiformis) sessilis campanulata. SCOP. *Fl. Carn.* p. 57. n. 1. *ed.* 2. n. 1629.
Cyathus sericeus intus laevis. HALL. n. 2215.
Peziza sessilis corpore campanulato, integerrimo. GLED. *fung.* p. 137.
Cyathoides cyathiforme cinereum, & velut sericeum. MICH. *gen.* 220. tab. 102. f. 1.
Fungoides infundibuliforme minus fuscum. VAILL. *Paris.* 56. tab. 11. f. 6. 7.
Fungus campaniformis, niger parvus, multa semina in se continens. PLUK. *phyt.* 184. f. 9.
Fungus pyxoides seminifer. LOESEL. *Pruss.* 98. tab. 16.
Fungus operculatus. BOCC. *mus.* 1. tab. 301. f. 1.
Loc. In stabulis, & asseribus, quae putrescere incipiunt.

2784 PEZIZA *crucibuliformis.* SCOP. *Flor. Carn.* ed. 2. n. 1630.
Peziza sessilis campanulata exigua cana, & glabra. GLED. *fung.* p. 138. n. 1. *verb.*
Cyathoides luteum crucibuliforme. MICH. *gen.* p. 220. tab. 102. *fig.* 3.
SCHÆFF. *fung.* tab. 179.
Loc. Autumno in sylvis umbrosis ligno innascitur.

2785 PEZIZA *acetabulum.*
Peziza cyathiformis: extus cinguitata venis eminentibus. LINN. *syst.* 12. p. 725.
Peziza bruttiana sordide lutea subvillosa. HALL. *hist.* n. 2223.
Fungoides fuscum acetabuliforme externe ramificatum. VAILL. *Paris.* 57. tab. 13. f. 1.
Fungoides fuscum majus. BUXB. *cent.* 4. p. 663. tab. 29. f. 1. 2.
Fungoides maximum vasi fusorii forma. MICH. *gen.* 206. tab. 86. f. 1.
Loc. Juxta vias locis humidis, & ad oras sylvarum.

LYCOPERDON. LINN. *gen.* n. 1062. *syst.* n. 1217.

Fungus subrotundus, seminibus farinaceis repletus.

2786 LYCOPERDON *Tuber.*
Lycoperdon globosum solidum muricatum, radice destitutum. LINN. *syst.* 12. p. 726.
Lycoperdon subterraneum conglomeratum tetrum nigro. HALL. *hist.* n. 2177.
Lycoperdon globosum subterraneum, solidum, & scabrum, basi, & radice carens, capsulis seminalibus magnis. GLED. *fung.* p. 153. n. 6.
Lycoperdon gulosorum. SCOP. *Fl. Carn.* 2. n. 1635.
Tuber brumale pulpa obscura odorata. MICH. *gen.* 221. tab. 164.
VERN. *Trifole.*
Loc. Frequens in collibus *Liguriae, Montisferrati,* & *Astensis provinciae.*
VIR. Suave, alliaceo-aromaticum Fungi genus est, in mensis expetitum, & aphrodisiacum.

1787 LYCOPERDON cervinum
Lycoperdon globosum solidiusculum centro farctifero, radice destitutum. LINN. *syst.* 12. *p.* 726.
Sphaeria subrotunda, tuberculis minimis, medulla atra, pulverulenta. HALL. *hist.* n. 1191.
Lycoperdastrum tuberosum arrhizon fulvum, cortice duriore crasso, & granulato, medulla ex albo purpurascente, tandem nigro crassiore. MICH. *gen.* 220. *tab.* 99. *f.* 4.
Tubera cervina. BAUH. *pin.* 376. LOB. *ic.* 276.
Tuberum genus quibusdam cervi Boletus. BAUH. *hist.* 3. *p.* 851.
Loc. In pascuis collibus.

1788 LYCOPERDON bovista.
Lycoperdon subrotundum lacerato-dehiscens. LINN. *syst.* 12. *p.* 726.
Lycoperdon saccatum cinereum, polline obscure viridi. HALL. *hist.* n. 2172.
Lycoperdon vulgare. TOURN. *inst.* 563.
Fungus maximus rotundus pulverulentus, dictus germanis Bofist. BAUH. *hist.* 3. *p.* 848.
Loc. In pascuis montanis, & collibus passim.

1789 LYCOPERDON aurantium.
Lycoperdon sphaeroidale basi rugosum asperatum, lateralis obsolete emarginatum dehiscens. LINN. *syst.* 12. 726.
Lycoperdon aurantii coloris, ad basim caeruleum. VAILL. *Paris.* 123. *tab.* 16. *f.* 9. 10.
Loc. In sylvis collium Taurinensium lectum est.

1790. LYCOPERDON stellatum.
Lycoperdon volva multifida patente, capitulo glabro: ore acuminato plicato. LINN. *syst.* 12. *p.* 726.
Lycoperdon cortice exteriore revoluto stellato. HALL. *hist.* n. 2174.
Lycoperdon volva multifida, patente coriacea inflexa, capitulo glabro, globoso, sessili, ore acuminato dentato. SCOP. *Fl. Carn.* t. *p.* 63. *n.* 2. *ed.* 2. *n.* 1633.
Lycoperdon globosum, & sessile, volva radiata, patente, ore acuminato. GLED. *fung.* *p.* 151. *n.* 5.
Lycoperdon stellatum, calyce inverso. BUXB. *cent.* 2. *p.* 45. *tab.* 49. *f.* 3.
Geaster major, umbilico fimbriato. MICH. *gen.* 220. *tab.* 100. *f.* 1. 2. 3.
Fungus pulverulentus, crepitus lupi dictus, coronatus, & inferne stellatus. RAI. *angl.* 3. *p.* 17. *tab.* 1. *f.* 2.
Fungus stellatus. BOCC. *mus.* 1. *tab.* 305. *f.* 4.
Loc. Musconis, & collinis locis autumno tempore.

1791 LYCOPERDON pedunculatum.
Lycoperdon stipite longo, capitulo globoso glabro: ore cylindrico integerrimo. LINN. *syst.* 12. *p.* 726.
Lycoperdon petiolo gracili, capite sphaerico, laevi, papillato, perforato. HALL. *hist.* n. 2170.
Lycoperdon sphaerico-papillatum, petiolo longissimo. GLED. *fung.* 150. *n.* 3.
Lycoperdon parisiense minimum, pediculo donatum. TOURN. *inst.* 563. *tab.* 331. *f.* E. E.
Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo insidens. RAI. *angl.* 3. *p.* 27.
Loc. In horto proprio vidit Cl. BELLARDI.

1792 LYCOPERDON excipuliforme.
Lycoperdon turbinatum candidum asperum, basi oblonga crassissima crispa. SCOP. *Fl. Carn.* *ed.* 2. *n.* 1631. *var.* 4.
Lycoperdon saccatum cinereum polline obscure viridi. HALL. *hist.* n. 2172. *var.* A. B. & *B.* 1.
Lycoperdon pyriforme cinereum. BATT. *fung. arim.* *p.* 65. *tab.* 31. *f.* E.
Lycoperdon album asperum leviter fastigiatum, basi altiore, & crispa donatum. MICH. *nov. gen. plant.* *p.* 217. *n.* 6.
Lycoperdon excipuli chymici forma. VAILL. *Paris.* *p.* 125. *tab.* 12. *f.* 15.
SCHAEFF. *fung.* *tab.* 187. 292. & 295.
Loc. In sylvis montanis.

2793 LYCOPERDON variolosum
Lycoperdon parasiticum vesicula subrotundum, cortice exteriore fulvo deciduo, semina atra compacta. LINN *syst ed.* 13 *append. p.* 234.
Sphaeria atra convexa, carne nigra. HALL. *hist n.* 2187.
Lichenoides tuberculosum compressum nigrum lignis putridis adnascens. DILL *musc.* 127 *tab* 18 *f* 7.
Lycogala globosum grani pisi magnitudine, aëris recocti coloris. MICH *gen.* 216 *tab.* 95 *f* 2.
Loc Habitat in arborum ramis emortuis

MUCOR LINN *gen. n.* 1083 *syst n* 1218.

Fungus vesiculis stipitatis.

2794 MUCOR sphaerocephalus
Mucor perennis, stipite filiformi, nigro, capitulo globoso cinereo. LINN *spec p.* 1655.
Trichia penolata nigra, capitulo sphaerico, vello ochroleuco HALL. *hist n.* 2161 *tab* 48 *f* 3.
Loc In parietibus, & supra lignos putridos.

2795 MUCOR embolus.
Mucor seta nigra, villo fusco. LINN *spec p* 1655.
Embolus nigerrimus, albo villo adpressus HALL. *hist. n.* 2137.
Loc. In lignis putridis.

2796 MUCOR mucedo.
Mucor stipitatus, capitulo globoso. LINN *spec. p* 1655.
Mucor filamentis granulatis fugacibus putrescentibus innatis LINN *Fl. Lapp.* 534. *Fl. Svec* 1184. ROY *Lugdb* 520.
Mucor petiolatus cinereus HALL *hist n* 2147
Mucor vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, pediculo griseo. MICH. *gen* 215 *tab* 95 *f* 1
Loc. In vegetabilibus putrescentibus

2797 MUCOR glaucus.
Mucor stipitatus, capitulo subrotundo aggregato. LINN *spec p* 1656.
Aspergillus capitatus capitulo glauco, seminibus rotundis MICH. *gen* 212 *tab* 91. *f* 1.
Loc. In fructibus corruptis

2798 MUCOR crustaceus
Mucor stipitatus, spicis digitatis. LINN *syst* 12 *p.* 717
Byssus filamentoso fugax alba, putrescentibus innata. ROY *Lugdb.* 520.
Botrytis non ramosa alba, seminibus rotundis MICH. *gen* 213 *tab.* 91. *f* 3
Loc In cibis corruptis.

2799 MUCOR cespitosus.
Mucor stipite ramoso, spicis ternatis LINN *syst.* 12 *p.* 727
Aspergillus albus tenuissimus, granulis dactyloidis fere, seminibus rotundis MICH *gen.* 213 *tab.* 91 *f* 3.
Loc In putrescentibus.

2800 MUCOR septicus.
Mucor unctuosus flavus. LINN *syst* 11. *p* 727
Fungo botryacea crocea, tauliculis ramosis laminatis HALL. *hist n.* 2133
Mucor crustaceus ramosissimus, mollis, & fugax crocei coloris GLED. *fung. p* 160.
Loc In lignis, & foliis putrescentibus.

ADDENDA ET EMENDANDA

Ad N. 35. Adde nomen specificum. *Galium rotundum cauliculis erectis ramosis, foliis quinis ellipticis, fructibus rugosis flore majoribus*

64. *Vir.* Non potest *Melissae* substitui, pro qua interdum adhibita est. Ejusdem usus negligitur, quamvis tenuem efficaciam aliquam amaritie, & odore promittat, qui ad Lamii odorem accedit. Laudatur est in morbis pectoris, & praecipue ad calculum pellendum in infuso adhibita. Non videtur magna praestare posse ad renes calculis expediendos, sed aliquid utilitatis esse in serosis pulmonum morbis, ac textiles mentes posse propellere.

130. *Betonica foliis ovatis rotunde crenatis, spica ovata compacta.* Hall. hist. 2. n. 265.

653. * TEUCRIUM supinum

Teucrium corymbo terminali, foliis linearibus margine revolutis. Linn. spec. p. 791. Jacq. *Fl. Austr.* tab. 417.

Polium montanum supinum minimum. Lob. ic. 488.

Polium montanum repens. Bauh. pin. 221.

Loc. Nasci in arenosis de Sciavo observavit *Cl.* Bellardi. *Perenne.*

339. Adde. Nascitur etiam in alpibus di *Tende*, observante *Cl.* Bellardi.

404. Adde Synonima.

Campanula foliis ovatis glabris obsolete serratis, ramis brevissimis caulis approximatis. Roy. *Lugdb.* 246.

Campanula foliis ovatis margine cartilagineo crenatis, oculo ramosissimo erigentis. Hort. *Cliff.* 64.

Rapunculus hortensis latiore folio, s. pyramidalis. Bauh. pin. 93.

438. *Vir.* Fructuum *Agni casti*, quibus olim vis tributa est Veneris stimulum retundendi, minimo aliqua facienda est, ut Tyrones Medicos moneamus nihil sperandum esse ab eorundem usu ad memoratum finem; quum imo videatur principio quodam acri emetico potius ad Venerem extimulare. Planta insuper ipsa ex odore suo, affinitateque generum naturae suspectae, & virulentae indolis esse videtur. Aliis igitur medicamentis pollutionum frequentia, & praeternaturalis ad Venerem stimulus emendandus.

459. Adde *Franciscus* Alexandri reperit eam provenire in Comitatu *Nicaeensi*

466. *Vir.* Caprifolium sive *Italicum*, sive *Germanicum* ad similes usus adhibita sunt; hodie tamen negliguntur, aliis utilioribus herbis suffectis. Aliquid suspecti indicat odor. Evidens vero est vim adstringentem cum abstersiva qualitate folia tenere. Gargarismatibus eadem recepta sunt in aegina aquosa, atque etiam in oris ulceribus. Baccae acres sunt, & suspectae, vomitum movent a quinque ad octo exhibitae. Dictum est earumdem infusum renes abstergere, & calculum pellere; sed id non sine periculo praestare, quum urinas sanguinolentas attulerint.

Pag. 131. post Polygonatum adde omissum ARISTOLOCHIÆ genus.

ARISTOLOCHIA LINN. gen. n. 911, 1702. n. 1020.

Germen stigmata sexpartita instructum sustinet corollam monopetalam, basi globosam, dein hexagono-cylindraceam, denique in linguae formam eductam. Antherae sex quadriloculares stigmatibus subtus adnatae sunt.

481.* ARISTOLOCHIA *rotunda*.
Icon Taur. Vol. VI tab. 140. 143.
Aristolochia foliis cordatis subsessilibus obtusis, caule infirmo, floribus solitariis. LINN. *spec. p.* 1364.
Aristolochia rotunda flore ex purpura nigro. BAUH. *pin.* 307.
Aristolochia rotunda prima. CLUS. *hist.* 2. *p.* 70.
Aristolochia rotunda MATTH.
OFF. Aristolochiae rotundae radix.
VERN. *Strologia rotunda.*
LOC. In sylvis collibus umbrosis *Pedemontanis*, & *Niceensibus*. PERENNIS.

481.** ARISTOLOCHIA *clematitis*.
Icon Taur. Vol. VI tab. 141. & *vol. XIX. tab.* 17.
Aristolochia foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. LINN. *spec. p.* 1364.
Aristolochia clematitis recta. BAUH. *pin.* 307.
Aristolochia clematitis vulgaris. BAUH. *hist. III. p.* 570.
Aristolochia longa. MATTH.
LOC. In agro *Taurinensi* secus *Padum*, & *Duriam* in saxosis declivibus; frequens quoque in arvis subhumidis agri *Pedemontani*, *Liguriae* &c. PERENNIS.

481.*** ARISTOLOCHIA *longa*.
Aristolochia foliis cordatis petiolatis integerrimis obtusiusculis, caule infirmo, floribus solitariis. LINN. *spec. p.* 1364.
Aristolochia caule infirmo ramoso, foliis cordatis integerrimis longe petiolatis, floribus solitariis. SAUV. *monsp.* 111.
Aristolochia longa vera. BAUH. *pin.* 307.
Aristolochia longa. CLUS. *hist.* 2. *p.* 70.
OFF. Aristolochia longa.
LOC. Sponte nascitur in vineis *Niceensibus*. PERENNIS.
VIR. Recensitae species ARISTOLOCHIÆ iisdem fruuntur principiis, similesque proprietates; verum apud nos sola rotunda frequentius usurpatur. Pars autem plurimum in usum ducta radix est. Acres, aromaticae, amarae, calefacientes sunt ARISTOLOCHIÆ, visque earum residet in principio resinoso, & gummoso. Majorem utilitatem summam prae ceteris impertit, majorem autem amaritiem extractum aquosum. Motum potenter haec planta excitat, ac humorem partibus vasorum abstergit, vasa validius exstimulat, aestum etiam aliquem in sanguine gignit, profluvium menstruum ciet, urinam, & sudorem. In rotundae usum radicem adhibent Chirurgi frequenter, atque fronticulis ad ulcera diluenda, & majorem muriatici proventum obtinendum. Pulverem etiam ulceribus inspersum adhibent, aut forti decoctione utuntur ad luxuriantes carnes absumendas, & sordida ulcera detergenda. Internus ARISTOLOCHIÆ usus opportunus est in morbis stomachi, qui ex muco tenaci abstergendo proficiscuntur; menses, & lochia pellit. Magis autem laudibus elata est in arthritide, & podagra, in asthmate humido, in cachexia, & hydrope incipiente. Quod ad podagram pertinet, quae animadvertimus, quae proposuimus num. 148 & 159, iterum excitemus. Caeterum usum internum ARISTOLOCHIÆ generatim innuerim nonnisi in frigidis, & pituitosis temperamentis, morbisque non febrilibus posse adhiberi, atque eadem circa radicem An tradita etiam ad hujusce plantae radicem, licet minus acrem, transferri possunt. In pulverem trita radix datur a granis decem ad scrupulum unum, in infuso a drachma semisse ad drachmas duas.

Ad N. 498 Adde in acetariis libenter recipitur

617\. Dele *tab.* 9 *fig.* 1. & haec citatio pertinet ad n. 616. ad quam est referenda varietas ibi commemorata, & tradita in *specimine stirpium Pedemontii pag.* 6. *tab.* 11 *fig.* 1.

639\. Excludatur TUSSILAGO sylvestris SCOPOLI.

657 *VIR.* Tota planta acris subaromatica, & pene urens est. Recens contrita, naribusque admota, aut siccata, & in pulverem trita sternutationem movet, ex quo effectu *Ptarmicae* nomen habet. Sive folia, sive radix, si masticentur, ac ora detineantur, salivagogum constituunt praesidium, unde in odontalgia, aliisque seronis capitis morbis, in quibus opportunum est salivationem validi incitare. Acetaria etiam ingreditur instar *Erucae*, & *Dracunculi hortensis*. Parum usitata planta est, sed POLYGONUM *hydropiper* principiis suis aemulare videtur, & magnas utilitates dare posse in morbis, in quibus acria, fortiterque incidentia desiderantur.

668 Deleatur hic numerus, quem CHRYSANTHEMUM modicum recensetur postea sub nomine MATRICARIÆ inodorae.

731 * SENECIO erucifolius.
Senecio corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis subhirtis, caule erecto. LINN. *syst.* 11. *p.* 551.
Jacobaea altissima, foliis Erucae, Absinthiive similibus, & tenuiter. RUPP. *jen.* 176.
Jacobaea incana repens. BARR. *rar.* 1075 *tab.* 153.
Jacobaea incana altera. BAUH. *pin.* 131.
Loc. In collibus ad oras sylvarum. *PERENNIS.*

743\. *VIR.* Adde. Idem Cl BELLARDI adnotavit Acriorem necuisse paralytico, in quo morbus profectus erat ex materie acri repercussa.

787\. Adde nomen specificum
Hieracium caule simplici folioso, trifloro, aut quadrifloro, foliis villosis mollibus ovatis subintegerrimis.

849\. Synonymon HALLERI, & icon hujusce numeri pertinere videntur ad HYPOCHÆRIM helveticam.

856 *VIR.* Ad internum usum non venit, sed extus Thymaeleae adustum externum recipitur.

Post N. 866 Addatur sequens genus CHAMÆROPS.

CHAMÆROPS LINN. *gen. n.* 1084. *syst. n.* 1219.

Ex ala spathae bifidae. ~~Habens~~ spathae ramosus floriger prodit. Calyx trifidus; petala tria; antherae sex adhaerentes filamentis in membranam sexdentatam, germina tria mutantur singula in baccam monospermam.

666 * CHAMÆROPS humilis.
Chamaerops frondibus palmatis plicatis, stipitibus spinosis. LINN. *spec. p.* 1657
Palma humilis, s. Chamaeriphes. BAUH. *hist.* I. *p.* 368.
Chamaeriphes. DOD. *pempt.* 820.
Chamaeriphes tetracarpos spinosa, folio flabelliformi. PONT. *anth.* 147. *tab.* 8
Loc. In agro Nicaeensi. *PERENNIS.*

Ad N. 961. Lege Sinapis maritima N. & Adde nomen specificum.
Sinapis glaberrima erecta ramosa, foliis subruncinatis sinuato-angulatis; siliquis glabris torulosis contortis, non spinosis.

1054. Adde nomen specificum.
Euphorbia glabra umbella multifida dichotoma: involucellis bifoliis subcordatis; petalis bicornibus; ramis sterilibus; foliis lanceolatis acuminatis.

1074. * THALICTRUM simplex.
Thalictrum caule folioso amplexicaule angulato. LINN. syst. 12. p. 377.
Thalictrum alpinum minus saxatile rutae folio, staminibus luteis. SEGU. *Veron.* 1. p. 174. tab. 11.
Loc. In saxosis alpium *Cottiarum* ranum non est. PERRONE

1103. Adde *Cl.* BELLARDI legit in pratis sterilibus *di Gigliano*, & *Moncrivello* prope lacum.

1125. Adde. *Cl.* BELLARDI vidit in summis collibus *Taurinensibus*.

1182. * GENISTA sibirica.
Genista foliis lanceolatis glabris, ramis aequalibus teretibus erectis. LINN. mant. alt. p. 571.
JACQ. *Hort. Vindob.* tab. 190.
Loc. Abunde vidit, & legit in sylvis *di Borgomanero Cl.* BELLARDI. PERRONE

1202. Adde Frequens est observante *Cl.* BELLARDI in vineis *di Borgomanero.*

1204. Excludatur VICIA pannonica CRANTZ.

1222. Adde nomen specificum.
Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, foliolis nervosis, seminibus subrotundis.

1162. *VIR.* Quamvis insueta planta sit, atque vix officinis nota, eamdem tamen omnino praetermittere nolo, nam odore, & sapore suo magnas omnino praestare posse promittit, atque mererent, si Medici eamdem experiantur. Vires resolventes, & aperientes eidem tributae sunt, traditur etiam quartanam febrem debellare, si ex aqua decocta bibatur, hac ratione exhibita sudorem movere; credidetim etiam ad focus recipi posse, mirae Sideritidis scopo resolvendi, & musculorum contractorum leniendi, quum affinia principia in utraque planta communia videntur. Foliorum decoctorum dosis esse potest ab uncia una, ad duas, aut tres

AD TOM. II.

1304. Adde. In montibus *di Fenestrelle* lectum est.

1317. *VIR.* Radices, & semina Mei viribus suis multum conveniunt, sed semina magis carminativa sunt. Principia habent acria aromatica exstimulantia, & resolventia. Eorumdem usu dicitur lac in mammis augeri. Radix praeterea commendatur ad mucum in pulmone haerentem incidendum, & ad menses pellendos. Inter diuretica medicamenta etiam locum habet.

1326. *VIR.* Folia CORIANDRI cimicem olent, & usu externo ad resolvendum inservire posse videntur, sed foetore suo omnem usum interdicunt. Semina probe matura grate aromatica sunt, sapore, & odore vero excellunt vi carminativa, & flatus discutiente, aliisque similibus viribus seminibus umbelliferarum; ut autem efficacius agant, non decoquenda, sed calenti aqua infundenda sunt, quum decoctio diutina activa principia dissipet, quae posita sunt in oleo quodam tenui essentiali aromatico.

Ad N. 1364.* SISON inundatum
Sison repens umbellis bifidis Linn. *syst.* 12. *p.* 210
Sison foliis radicalibus capillaribus, multifidis, caulinis pinnatis, ultimis pinnis trilobatis. Hall. *hist. tom.* 1. *n.* 780.
Sium foliis submersis capillaribus, emersis pinnatis. Roy. *lugdb.* 105
Sium minimum foliis imis ferulaceis Moris. *hist.* 3. *p.* 283. *s.* 9. *tab.* 9. *f.* 5
Sison inundatum Lam. *Fl. Franc. tom.* 3. *p.* 460
Loc. Lectum habet *Cl.* Bellardi prope *le Rocce di Corio.* *Perenne.*

1366 *Vir.* Add. Incidentes diureticas, & aliquo aromate extimulantes vires habet, in ceteris etiam recipitur loco meliloti, eique ex aqua decoctum lotii secretionem promovet. Nicaeenses non infrequenter adhibent, nostratibus in usum non venit.

1657 Adde nomen specificum.
Cistus arborescens exstipulatus, foliis cordato-lanceolatis rugoso-scabriculis denticulatis.

1705 Deleatur nomen ARENARIÆ montanae, & leg. ARENARIA capillacea †. *tab.* 86. *f.* 2.
Arenaria foliis setaceis, rigidis, glabris, floribus erectis, petalis calyce majoribus.
Deleantur etiam synonima, quum distincta a montana planta sit, eaque *Perennis.*

1715 Excludatur synonimum Halleri.

1729 * CERASTIUM lineare N. *tab.* 88 *fig.* 4.
Icon. Taur. Vol. XXVII. tab. 46.
Cerastium foliis linearibus flaccidis aristatis, pedunculis cubitifloris tomentosis, capsulis oblongis.
Loc. In rupibus subhorridis alpium *Valdensium*, & *Montis Cinisii* Cl. Bellardi frequenter natas observavit in alpibus *di Viù.* *Perenne.*
Obs. Dete descriptio Cerastii sub numero 1719 ad hanc speciem pertinet, quam habuere posteriores observationes, confirmante *Cl. Martino* Vahl, descriptam speciem differre docuerunt a Cerastio *stricto* Linnaei, quod vulgatius nascitur locis siccis *montanis*, & subalpinis.

1775 Abunde nascitur prope *la Turbia* in Comitatu *Nicaeensi*, observante *Cl.* Bellardi.

1784.* PRUNUS armeniaca.
Prunus floribus sessilibus, foliis subcordatis. Linn. *syst.* 10. *p.* 341.
Prunus foliis ovato-cordatis Roy. *Lugdb.* 468
Mala Armeniaca majora Bauh. *pin.* 441.
Vern. Armognan, e sua Arbor
Loc. Vidit in sylvis, & sylvestris *Montisferrati* Cl. Bellardi. *Arbor.*

1800 Adde nomen specificum.
Rosa germinibus ovatis, petiolis, pedunculisque hispidis, caule superne aculeatissimo Linn. *suppl. p.* 260

1808 *Cl.* Bellardi vidit ad sepes *de Villafranca* in Comitatu *Nicaeensi.*

1844. Dele citationem *Iconographiae Taurinensis.*

1940. Adde nomen specificum.
Sempervivum caule simplici erecto, foliis elliptico-acutis intus planis, cima trifida, petalis senis ochroleucis.

2021. Virtutes hic traditae transferantur ad n. 2000.

2482 * HYPNUM lucens

Hypnum surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis punctatis. Linn. *syst.* 12. *p.* 703.

Hypnum fronde compressa ramosa, ramis vage obvatis, foliis ovatis imbricatis reticulatis planis. Scop. *Fl. Carn. ed.* 1. *n.* 1319.

Hypnum pennatum aquaticum lucens, longis, latisque foliis. Dill. *musc.* 270. *tab.* 34. *fig.* 10.

Loc. Incolit loca paludosa.

2500. * HYPNUM riparium.

Hypnum surculis teretibus ramosis, foliis acutis patulis distantibus. Linn. *syst.* 12. *p.* 704.

Hypnum ramis teretibus, & pinnatis, foliis ovato-lanceolatis, pilo terminatis, setis aculeis brevibus. Hall. *hist. n.* 1746.

Hypnum caule ramoso tereti immerso subpinnato, foliis pennatibus lanceolatis elevatis, capsula eminente. Necker *meth. musc. p.* 184.

Hypnum aquaticum flagellis & teretibus, & pennatis. Dill. *musc. p.* 308. *tab.* 40. *f.* 44.

Loc. Secus fluvios, & fluentes aquas.

2537 * LICHEN pertusus.

Lichen leprosus verrucis subtestulans laevigatis pertusis, poro uno, alterove cylindrico. Linn. *syst.* 12. *p.* 709.

Lichen crustaceus cinereus, scutellis virescentibus. Huds. *angl.* 445.

Lichenoides verrucosum, & rugosum cinereum glabrum. Dill. *musc. p.* 128. *tab.* 18. *fig.* 9.

Lichenoides crustaceum arboreum tenuissimum cinereo-rufum, capsulis exiguis crebris. Mich. *gen.* 106. *tab.* 52. *fig.* 1.

Loc. Rupibus innascitur.

2747. Lin. 15. lege. In tabulas etiam sectus, melleoque contectus laudatur apta ratione applicitus ad haemorrhagias continendas.

2786 *Add. Obs.* Distinctiores duas varietates cineres enumerat, & nigri ab auctoribus confusas ego distinguendas omnino puto: hanc enim observationem excito, ut Botanici diligentius inquirant, non modo autem colore, atque interiore substantia, sed & exteriori superficie differre videntur, cum in nigro eadem evidenter cancellata sit, laevis in altero; differunt etiam ratione temporis, quo enascuntur, nigrum enim primo veris, & aestatis productum est, alterum autem solius autumni.

571. *Vir. Add.* Instar Cardinae aculis edulis, sed suavior, & succosior, eosdemque usus praebere potest.

574. *Vir. Add.* Centaurii majoris, & Centaurii magni eo nomine olim in officinis recepta propter vires abstersivas, & , ut ajunt, depurantes, nunc exolevit; alicubi quandam praeparata adhuc ingreditur.

NOMINA GENERUM

SYNONIMA BOTANICORUM

NOMINA STIRPIUM MEDICINALIUM, ET IN OFFICINIS RECEPTA.

NOMINA MATTHIOLI

NOMINA GALLICA.

* Nomina gallica, quæ a botanis vix differunt, data opera omissa sunt.

NOMINA VERNACULA

ERRATA

Quum propter visus debilitatem neque manuscriptum legere, neque typographiae processu ipse ponuerim, factum est, ut quaedam menda irrepserint. Graviora notantur, leviora lectoris benignitati commendantur.

TOM. I.

[illegible]

TOM. II.

[illegible]

IMPRIMATUR
FR. VINCENTIUS MARIA CARRAS
ORD. PRÆD. S TH. M.
VIC. GEN. S. OFFICII TAURINI
V. BELLARDI
MED. FAC. PRIOR AC RECTOR
V. SI PERMETTE LA STAMPA
GARRETTI DI FERRERE
PER LA GRANDE CANCELLERIA